Eiuſdem ſciẽtiæ ſcilicet artificialis eſt cognoſcere ſpeciem ideſt formam & materiam uſq; ad aliquem terminum ſimiliter & phyſicæ.
Co.xxiii. Eiuſdem ſciẽtiæ eſt conſiderare finem & quæ ſunt ꝓpter finem
Forma eſt finis materiæ & cuius cauſa fit.
Ad hoc qd' aliquid ſit finis motus continui requiritur ꝙ ſit ultimũ eius & cuius cauſa fit.
Non omne ultimũ eſt finis: ſed quod eſt ultimũ & optimum.
Co.xxiiii. Quædam artes faciunt materiã ſimpliciter quædam operoſe .i. materiam præexiſtentem in natura diſponunt ad receptionem formæ
Sumus quodammodo nos finis oium ſcilicet artificialium.
Dupliciter dicitur id cuius cauſa fit ſcilicet cuius & quo.
Co.xxv. Duæ ſunt artes principantes materiam ideſt principantes artibus facientibus materiam ſcilicet uſualis & factiua: gubernator enim qualis ſit ſpecies aliqua temonis cognoſcit & inſtituit: alius autem ex quo ligno erit.
Co.xxvi. Eorum quæ ſunt ad aliquid materia ẽ.
Sub alia forma oportet aliam materiam eſſe.
Terminus conſiderationis naturalis eſt circa formas quæ ſunt ſepara

.I. qnodāmodo a materia: i materia aūt fūt uidelicet ad formā hois.
Homo hoiem generat ex materia & sol.
Quomodo se habeat forma hominis scd'm qđ ē separabilis:& q̄d sit:phy
losophicæ potentiæ est determinare

Ex lectione. v.& co.xxvii.

Sciende grā &non operandi hoc negotiū est, i. scientia naturalis
Scire opinamur unūqq̄ quādo accipimus pp qd hoc aūt est accipere pri
mam causam.
Co.xxviii. Quattuor sūt causæ.s.materialis formalis efficiēs & finalis.
Oēs ptes quæ sunt in diffinitione redducūtur ad g̃is causæ formalis
Quæcunq̄ in mouente primo & ultimo fine intermedia fiunt sunt finis.
Co.xxx Contingit eiusdem multas causas esse per se & nō scd'm accidēs:
sed non eodem modo.
Quædā sunt sibi adinuicē causæ sed non eodem modo.
Idem aliquando causa contrariorū est.
Co.xxxi. Propositiones sunt causæ conclusionis sicut ex quo est.
Partes sunt causa materialis totius.
Finis est potissima cā inter causas & cā finalis aliarū causarum.
Finis habet rationem boni.
Nihil differt eandem causam finalē esse bonam uel uideri bonam.
Causæ per se eiusdem speciei aliæ sunt pri res aliæ posteriores aliæ pro
pe aliæ cōmunes ut sanitatis medicus & artifex. similiter accidit & in
causis per accidens.

Ex lectione.vi.&co.xxxiii.

Accidit statuefacienti polycletum esse & continentes polycletū sunt cau
sæ per accidens statuæ.
Causæ per accidens sunt aliæ aliis longius & propius rationi causæ.
Co:xxxiiii. Quædam dicuntur causæ in potentia quædam in actu.
Co.xxxvi. Causæ per se aliquando accipiuntur complexiue cum causis
per accidens.
Modi cārū numero sunt sex.uidelicet singulare & genus siue prius & po
sterius accidens & genus accidētis & simplex & cōplexum. & quilibet
horū distinguitur per actum & potentiam.
Co.xxxvii. Causæ in actu & singulares simul sunt uel non sunt: cum his
quorū sunt causæ:sed causæ i potentia nō semper.
Cx.xxxviii. Oportet in naturalibus cām uniuscuiusq̄ summam i. ultimō
querere sicut & in aliis scilicet artificialibus.
Causis debent proportionaliter respondere effectus.

Ex lectiōe septima &co.xxxviiii.

Multa dicuntur & esse & fieri propter fortunam & propter casum.
Co.xxxx. Quidā negātes fortunā dicūt oium eē aliq̄ cām determinatā

Co.xxxxi. Nullus antiquorum ſapientum cauſas generationis dicens aliquid de fortuna determinauit.
Co.xxxxiii. Caſus non eſt cauſa cœli & motuum cæleſtium.
Co.xxxxv. Nō ex quocunq; fœmine aliquid fit ſed ex tali feminæ oliua & ex tali homo
Co.xxxxvii. Quibuſdam uidetur q; fortuna ſit cā imanifeſta humano intellectui eam quā diuinum quoddam & fœlicius.

Ex lectione viii. & co.xxxxviii.

Quædam fiunt ut ſemper quædam ſicut frequenter: neutrum autem horum dicitur eſſe a fortuna.
Quæ fiunt in paucioribus omnes dicunt eſſe a fortuna.
Quæ ſunt in paucioribus ſunt a fortuna: & quæ ſunt a fortuna ſunt ut in paucioribus.
Co.xxxxviiii. Eorum quæ fiunt quædam fiunt propter finem ſcilicet deliberatum quædam uero non.
Eoꝝ quæ fiunt pp finem quædā fiūt ſcd'm ꝓpoſitum: quædam uero nō ſcd'm ꝓpoſitum.
Quæcūq; ab intellectu .i. a ꝓpoſitio agūtur & a natura fiunt pp finem.
Co.l. Sicut entiū aliud eſt per ſe & aliud per accidens ita & cauſaꝝ alia p ſe: alia per accidens.
Cauſa per ſe eſt finita: cauſa ſcd'm accidens infinita.
Infinita uni accidunt.
Co.li. Caſus & fortuna ſunt in hiis quæ ſunt propter finem.
Co.lii. Fortuna eſt cauſa per accidens in his quæ ſunt ſcd'm propoſitum propter finem i minori parte infinita eſt & imanifeſta hoi.
Propoſitū nō eſt ſine intellectu.

Ex lectione nona. & co.liii.

Infinitas cās neceſſe eſt eſſe: aquibus fiat quod eſt a fortuna: quare fortūa.
Co.liii. Fortuna non eſt ſimpliciter cauſa alicuius ſed ſcd'm accidens.
Co.lv. Dicere fortuna eſſe aliquid extra rōnem recte dicitur: ratio enim aut eſt eorum quæ ſemper ſunt aut ſicut frequenter q; ideſt de his ratiocinari poſſumus ſolum.
Co.lvi. Fortunā bona dicitur cum bonum aliquid euenit: praua autem cum prauum aliquid.
Eufortunium & fortunium ſunt quæ habent bonum uel malum cum magnitudine.
Parum pro nihilo reputatur.
Eufortunium eſt incertum: fortuna enim incerta eſt.

Ex lectione x. & co.lvii.

Differunt fortuna & caaſus: quoniam caſus in amplius eſt quam fortūa.
Co.lviii. Fortuna idem uidetur eſſe fœlicitati aut prope.

Fœlicitas eupraxia eſt ideſt bona operatiō.
Quibuſcunq; non cōtingit agere neq; a fortuna dicimus eos aliqd facere
Co.lviiii. Neq; inanimatum neq; infans neq; bæſtia aliquid facit a fortuna :quoniam non habent propoſitum neq; euforturium neq; infortunium ineſt his :niſi ſcd'm ſimilitudinem.
Pati a fortuna ineſt quodammodo his cum agens circa hæc aliquid agat a fortuna aliter autem non.
Co.lx Caſus non ſolum eſt in hoibus qui uoluntarie agunt:ſed etiam in aliis animatis & ianimatis.
Co.lxi In his quæ ſimpliciter fiūt propter aliquid cum non accidentis .i. eius quod accidit cauſa fiunt ſed cauſa alicuius extrinſeci tunc a caſu dicimus fieri.
Co.lxii Vanum dicitur cum id quod eſt propter aliquid non accidat ex eo propter quod fit.
Co.lxiiii Cum fiat aliquid extra naturam tunc non a fortuna ſed magis a caſu factum eſſe dicimus.
Eorum quæ fiunt a fortuna exterius eſt cauſa: ſed eorum quæ fiunt a caſu interius eſt cauſa.
Co.lxv Caſus & fortuna reducuntur ad cauſam:unde eſt principium motus'ideſt efficientem
Co.lxvi Nihil ſcd'm accidens prius eſt hiis quæ ſunt per ſe:quare neq; per accidens cauſa prius eſt ea quæ eſt per ſe.
Co.lxvii Poſterius eſt caſus & fortuna intellectu & natura.
Co.lxvii Propter quid tot eſt ſcd'm numeꝝ quot ſunt cauſæ prædictæ.
Aut propter quid reducitur in quod quid eſt ideſt in diffinitionem ut mathematicus aut in mouente primum .aut in alicuius gratia ideſt in finem aut in his quæ fiunt in materia.

Ex lectione .xi.& co.xx.

Quoniam quattor ſunt cauſæ de omnibus erit phyſici cognoſcere: & in omnes inducens propter quid demonſtrabit phyſicæ materiam formam mouentem :& quod eſt cuius cauſa.
eniunt tres cauſæ in unam multotiens.
Quod qd ē cā formalis & qd cuius cā .i.finalis una ē ſcd'm numerum.
Cauſa mouens eadem eſt in iſtis ſcilicet formali & finali : ſcd'm ſpeciem.
Co.lxxi Phyſicus tenetur omnino conſiderare quæcunq; mota mouent: quæcunq; autem non:non phyſicæ ſunt.
Triplex eſt ſtudium phyloſophiæ:hoc quidem circa immobile: aliud uero circa mobile qdē ſed incorruptibile: aliud aūt circa corruptibilia
Co.lxxiii Duplicia ſunt principia ſcilicet mota & non mota
Co.lxxiiii. Nā facit q; melius ē nō ſimpliciter:ſed ad uniuſcuiuſq; ſpam

Ex lectione .xiii.& co.lxxvii.

Quæcunq; sunt a natura aut sempet siunt:aut sicut frequenter:
Neq; a fortuna neq; a casu uidetur pluere multotiens in hyeme sed forte sub cane:neq; cauma sub cane fit a casu sed si in hyeme esset.
Co.lxxviii In quibuscunq; est aliquis finis:huiusmodi causa agitur q; prius est & quod consequenter.
Vnumquodq; sicut agitur sic aptum natum est agi : & sicut aptum natū est agi:sic agitur si non impediatur.
Ars imitatur naturam.
Co.lxxviiii. Ars alia quidem perficit quæ natura non potest operari:alia uero imitatur.
Quæ sunt scd'm artem fiunt propter finem :& quæ fiunt ā natura.
Co.lxxx. A natura & propter finem hirundo facit nidum & aranea telam & non ab arte.
Natura agit propter finem :
Co.lxxxi. Natura d' dupliciter:alia qdē sicut mā alia uero sicut forma.

Ex lectione.xiiii.& co.lxxxii.

Peccatum fit in his quæ sunt scd'm artem & in his quæ scd'm naturā sunt
Monstra sunt quædam peccata naturæ.
Co.lxxxiiii Oio destruit naturam dicēs naturam ,non agere propter finē
Illa dicuntur esse scd'm naturam quæcunq; a quoddam principio intrinseco scilicet determinato continue mota accedunt ad aliquem finem scilicet determinatum.
A determinato principio in deteriatū finem semper proceditur scilicet a natura nisi aliquid impediat.
Ars non deliberat thomas nec etiam artifex inquātum habet artem:
Arti assimilatur natura.
Thomas Natura est ratio cuiusdam artis diuine indita rebus qua ip̄æ res mouentur ad finem determinatum.

Ex lectione .xv.& co.lxxxvii.&.lxxxviii.

Ratio necessitatis scilicet in naturalibus & artificialibus sumitur a fine:in materia autem necessarium est:
Co.lxxxviiii Non sequitur si conclusio est quod principium sit sed si conclusio non est neq; principium erit.
Finis ponit necessitatem his quæ sunt ad finem.
Finis in speculabilibus est principiū non quidem actionis sed rōcinatiōis
Co.lxxxxi. Finis in naturalibus se habet sicut principium ī demōstratiuis.
Co.lxxxxii. Ponuntur &in diffitione quædam partes materiæ.

Propositiones ex tertio libro physicorum Aristotelis.

Ex lectione prima & co'primo:

Eceſſarium eſt ignorato motu ignorare naturam.
Motus eſt de numero continuorum.
Infinitum apparet primo in diffinitione continua.
Continuum eſt diuiſibile in infinitum.
Co.ii. Sine loco uacuo &tempore impoſſibile eſt eſſe motum:
Poſterior eſt ſpeculatio de propriis ea quæ eſt de communibus.
Co.iii. Entium aliud eſt endelechia ideſt actu tantum aliud eſt potentia tantum.
Eoꝝ quæ ſunt actu :hoc quidē ē ad aliquid:aliud uero quantū aliud quale aut aliquid aliorum prædicamentorum.
Eorum quæ ſunt ad aliquid aliud ſcd'm ſuperabundantiam & defectum dicitur aliud ſecūdū actiuum & paſſiuū ſecundū & omnino motiuum & mobile.
Co.iiii. Non eſt motus præter res ideſt præter genera rerum:
Omne quod mutatur aut mutatur ſecundum ſubſtantiam:aut quantitatem:aut ſecūdū qualitatē:aut ſcd'm locum.
Nihil eſt extra prædicamenta:& nihil ipſis cōmune eſt accipere.
Co.v. In omnibus generibus eſt aliquid dupliciter: uel ſicut perfectum: uel ſicut īperfectum.
Motus & mutationis tot ſunt ſpecies quot & entis.

Ex lectione ii.& co.vi.

Motus eſt endelechia ideſt actus exiſtentis in potentia ſecūdum qꝺ huiuſmodi eſt ideſt ſecūdum qꝺ eſt in potētia.
Sex ſunt ſpecies motus ſcilicet alteratio augmentatio diminutio generatio corruptio & loci mutatio.
Co.viii. Quædam eadem ſunt in potentia :& in actu quāuis non ſimul aut non ſecundum idem.
Omne mouens naturale cum mouet mouetur & ipſum.
Eſt quoddam mouens & immobile.
Co.x. Poſſe ſanari &poſſe laborare alterum eſt:ſubiectum aūt eorum unū & idem eſt.

Ex lectiōe.iii. & co.xi.

Contingit unūquodqꝫ quod eſt i potentia quandoqꝫ eſſe in actu.
Co.xii. Impoſſibile eſt ponere motū in alio genere quā i genere actus exiſtentis in potentia.
Motus non eſt alteritas nec inæqualitas.
Co.xiii. Motus indeterminatus eſt.
Co.xv. Motus quidam actus eſt:ſed īperfectus.
Neqꝫ ī priuatiōe neqꝫ ī pōtetia:neqꝫ in actu ſimplici ponitur motus:

Ex lectione .iiii.&co .xvi.

Motus eſt actus mobilis inquantum eſt mobile.

Co.xviii. Quod tangit patitur.
Forma ſemper exiſtimabitur mouens.
Co.xviiii. Motus eſt i mobili quia eſt actus eius.
Motiui actus non eſt alius ab actu mobilis.
Idem eſt ſpatium unius ad duo & duoꝝ ad unum & aſcendentis & deſcẽ
dentis ſecũdum rem non autem ſecundum rationem.
Opus & finis unuſcuiuſq; eſt actus eius.
Co.xviiii. Actio eſt actus actiui paſſio autem paſſiui.
Si actio eſt in mouente: omne mouens mouebitur aut habens motum
non mouebitur.
Si actio & paſſio ſint in patiente actus uniuſcuiuſq; nõ erit in unoquoq;:
& ſecũdũ duos motus aliquid mouebitur: ſed hoc impoſſibile.
Impoſſibile eſt duas alterationes unius ſpeciei eſſe unius ſubiecti.
Impoſſibile eſt duoꝝ alterorum ſecundum ſpeciem unum & eundem ac
tum eſſe ſcilicet ſecundum rem & rationem.
Co.xx Actio eſt actus agentis ut aquo ſed patientis ut in quo.
Actio & paſſio ſunt idem motus.
Co.xxiii Motus eſt actus potentiæ actiui & paſſiui inquantũ huiuſmodi.

Ex lectione .v. & co.xxiiii.

Scientia naturalis eſt circa magnitudines & tempora & motus quoꝝ unũ
quodq; neceſſe eſt aut finitum aut infinitum eſſe.
Non omne ens eſt finitum aut infinitum ut paſſio & punctus.
Ad phyſicum pertinet conſiderare de infinito ſi eſt: aut non eſt: & ſi
eſt quid ſit.
Quodcunq; habet principium habet finem.
Co.xxv. Omnes phyſici poſuerunt infinitum tanquam principium eo-
rum quæ ſunt.
Commento.xxviii. Anaxagoras dicit quod omnia incœpere moueri
aliquando.
Co.xxx Ominia aut principium ſunt aut ex principio.
Quod eſt immortale & incorruptibile phyſici diuinum appellabant:

Ex lectione .vi. & co.xxxi.

Tempus eſt infinitum.
Vtuntur mathematici infinito:
Intellectus non deficit quin ſuper quodlibet finitum non poſſit aliquid
addere.
Commento trigeſimotertio. Contingere ab eſſe nihil differt in per-
petuis.
Commento.xxxiiii. Infinitum dicitur unomodo quod non eſt poſſi-
bile tranſiri: ex eo quod non eſt aptum natum tranſiri: ſicut & nox
eſt inuiſibilis.

Secundo modo quod habet transitum inconsumabilem: aut q̄ uix habet
Tertio modo quod aptum natum est habere transitum aut finem: non tamen habet.
Infinitū uel dicitur per appositionem s. sicut i numeris: uel per diuisionē scilicet sicut in magnitudinibus: uel utroq̄ modo scilicet sicut in tpre
Co.xxxv. Omne diuisibile uel est numerus uel magnitudo.
Co.xxxvi. Passio minus est separabilis & per se existens quam subiectum.
Co.xxxvii. Substantiæ esse & substantia idem est.
Impossibile est actu esse infinitum.

Ex lectione.vii. & co xxxx:

Ratio corporis est quid sit determinatum planitiæ deest superficie.
Non est corpus infinitum neq̄ intelligibile neq̄ sensibile.
Co.xxxxii. Omne corpus sensibile aut est simplex aut compositum.
Infinitum elementum si esset excelleret & corrumperet finitum.
Co.xxxxiiii. Elementa habent contrarietatem adinuicem.
Co.xxxxv. Vnumquodq̄ ex quo componitur resoluitur in hoc.
Co.xxxxvii. Omne quod mutatur mutatur ex contrario in contrarium.

Ex lectione viii. & co.xxxxviii.

Aptum natum est corpus omne sensibile in aliquo loco esse.
Locus aliquis est unicuiq̄ corpori naturali.
Idem est locus scilicet naturalis partis & totius.
Co.xxxxviiii. Impossibile est non cōparare locum & corpus.
Locus est æqualis locato.
Co.l. Infinitum secundū anaxagoram est in seipso & non in alio.
Non ubicunq̄ aliquid est ibi aptum natum est esse.
Co.li. Terra quiescit in medio quia grauitatem habet.
Co.liii. Graue naturaliter fertur in medium: leue uero sursum.
Co.liii. Loci differentiæ sunt sursum & deorsum ante & retro dextro ū. & sinitrorsum.
Co.lv. Impossibile est locum esse infinitum.
In loco esse & in aliquo loco esse conuertuntur.

Ex lectione viiii & co.lvi.

Magnitudo actu infinita non est diuisione autem est.
Co.lvii. Est infinitum in potentia ens.
Dupliciter aliquid dicitur in potentia. uno modo quia totum potest reduci ad actum sicut possibile est hoc æs eē statuam. Alio modo dicitur i potētia quod postea fit actu ens non quidem totū simul sed successiue.
Duplic ter aliquid dicitur esse uel quia ē totū simul uel quia semper una pars eius est post aliam:
Infinitum est in sēper aliud & aliud accipiendo: & acceptum semp ē finitū
Co.lviii. Finitum quod accipitur in magnitudinibus uel apponendo uel

diuidendo permanet & non corrumpitur sed quod accipitur in generatione & tempore corrumpitur: sic tamen ut non sit deficere.

Co. lviiii. Omne finitum remouetur quolibet finito semper accepto.

Co. lx. Infinitum scd'm appositionē non excellit omnem determinatam magnitudinem in maius sicut infinitū scd'm diuisionem excellit omnem determinatam paruitatem in minus.

Non contingit magnitudinem esse maiorem in potentia omni magnitudine finita.

Co. lxi. Vnitas est minimum in numeris.

Vsq; ad decem plato fecit numerum.

Ex lectiōe. x. & co. lxiii.

Diffi. Infinitum est cuius semper secundum quantitatem accipientibus est aliquid ex recipere.

Diffi. Totum est cui nihil abest.

Co. lxiiii. Totum & perfectum aut sunt penitus idem aut proxima secundum naturam.

Nullum non habens finem est perfectum.

Co. lxv. Infinitum est materia perfectiōis magnitudinis: & quod potētia est totum actu uero non.

Infinitum non continet sed continetur inquātum infinitum est.

Infinitum est ignotum inquantū est infinitum: est enim sicut materia nō habens speciem ideſt formam.

Co. lxvi. Infinitum magis habet rationem partis quam totius & materiæ quam formæ.

Impossibile & inconueniens est ignotum & indeterminatum continere & determinare intelligibilia.

Ex lectione. xi. & co. lxvii.

Illud quōd continet est forma.

Co. lxviii. Omne unum indiuisibile est inquātum unum.

Numerus est plura uno.

Infinitæ sunt decisiones magnitudinis.

Numerus q i infinitū multiplicatur nō ē sepatus a decisiōe magnitudinū

Co. lxviiii. Continuum diuiditur in infinitū:

Quātū un' qq; cōtingit i potentia esse: tātū & in actu contingit esse.

Co. lxx. Infinitum non eodem modo est in motu & magnitudine & tempore sed per prius & posterius.

Co. lxxi. Mathematici non indigent infinito in actu neq; eo utuntur.

Co. lxxii. Infinitum est causa sicut materia.

Infinito esse est priuatio.

Subiectum per se infiniti est continuum sensibile.

Ex lectione. xii. & co. lxxiii.

Contingit unius corruptionem esse generationē alterius.
Co.lxxv. Intelligentiæ credere inconueniens est:non enim in re abun
dantia & defectus est:sed intelligentia:unumquodq; eni nostr intelli
get aliqs multiplicatū: seipsum augmentans in infinitum.
Tempus & motus infinita sunt non tamē actu.
Magnitudo neq; diuisiōe neq; intelligibili augmētatione ē ifinita ī actu.

Propositiones ex.iiii.libro physicorum Aristotelis.

Ex lectione prima & co.primo.

Eceſſe eſt phyſicū de loco ſicut & de infinito determinare.
Quod non eſt nuſquā eſt:ſed nō econuerſo.
n Loci mutatio eſt maxime coīs iter oēs motus & magis ꝓprius
Co.iiii. Loci mutationes phyſicorum corporū & ſimplicium non ſolū oſtendūt locū eſſe ſed etiam ꝙ habeat quandā potentiā ideſt uirtutem conſeruatiuam locati.
Fertur unumquodq; in ſui locum :non prohibitum.
Co.v. Surſum ē ubi fertur leue deorſum aūt ubi feruntur grauitatē hñtia.
Mathematica non ſunt in loco:ſed ſecūdū poſitionem habent per reſpectum ad nos dextrum &ſiniſtrum.
Co.vi. Vacuum eſt locus priuatus corpore.
Locus eſt aliquid præter corpora.
Omne corpus ſenſibile in loco eſt.
Co.vii. Illud ſine quo alia non poſſunt eſſe & ipſum ſine aliis poteſt eſſe: neceſſe eſt eſſe primum.
Non perditur locus his quæ ſunt in eo corruptis.

Ex lectióe.ii. & co.viii.

Dimenſiones ſunt tres quibus determinatur oē corpus.ſ. longitudo latitudo &profunditas.
Impoſſibile eſt corpus eſſe locum in eodem: nāq; eſſent duo corpora.
Co.viiii. Senſibilium corpoꝝ ſenſibilia ſunt principia:
Ex intelligibilibus elementis ideſt principiis nulla magnitudo fit.

Ex lectione iii.& co.xiiii.

Entium aliud eſt per ſe:aliud per accidens.
Locoꝝ alius quidē coīs in quo oīa corpora ſunt: alius uero proprius in quo primo ſunt.
Forma eſt terminus uniuſcuiuſq; rei.
Co.xvi. Forma & materia habent altiſſimā ſpeculationē & ſine inuicē nō facile eſt cognoſcere ipſa.
Co.xvii. Forma & materia non ſeparantur a re.

Locum contingit ſeparari a locato;
Locus non eſt pars locati:neq; accidens:
Co.xviii. Materia non continet ſed continetur
Co.xviiii. Impoſſibile eſt ei cuius non eſt motus neq; ſurſum neq; deorſum locum eſſe.
Co.xx. Tranſmutatur ſimul cum re & forma & materia & mouentur non ſemper in eodem loco ſed ubi res.

Ex lectione.iiii.& co.xxiii.

Octo modis aliquid dicitur eſſe ī aliquo:
Vno modo ſicut pars in toto.
Aliomodo ſicut totū in parte:non enim præter partes eſt totum.aliomō ſicut ſpecies in genere.
Aliomodo ſicut genus in ſpecie.
Aliomodo ſicut forma in materia:
Aliomodo ſicut motum in primo motiuo:
Aliomō ſicut i fine:oium aūt maxime proprium eſt ſicut locatū in loco.
Co.xxv.co.xxvi.co.xxvii. Contingit aliquid eſſe in ſeipſo per partes:ſed non primo:neq; per ſe:neq; per accidens.
Scientia eſt in anima.
Locus non eſt materia neq; forma.

Ex lectione.v.& co.xxviii.

Locus eſt primū cōtinēs illud cuius eſt locus:& nihil eſt reii.locati.
Primus locus neq; maior neq; minor eſt locato.
Locus non deficit unicuiq; locato:& ſeparabilis eſt.
Locus omnis habet ſurſum & deorſum.
Fertur unūqq; corpoꝝ naturaliter & manet in propriis locis.
Propria loca naturalium ſunt ſurſum & deorſum.
Co.xxxi. Sic pulcherrime diffinitur unumquodq;.ut quid ſit reddatur:& omnia oppoſitiua ipſius ſoluantur:& ex diffinitione proprietates eius manifeſtæ erunt & cauſa diſcordiæ & oppoſitorum circa ipſum manifeſta erit.
Co.xxxii. Nunquam quæreretur de loco niſi motus aliquis eſſet ſecundum locum.
Motus ſecundum locum alius eſt per ſe.ſ.loci mutatio:alius ex conſeq̄nti ſcilicet augmentum & decrementum.
Eorum quæ mouentur aliud mouetur per ſe in actu:aliud uero ſecundum accidens.
Eorum quæ mouentur per accidens alia ſunt contingentia moueri per ſe:ut partes corporis:alia uero non contingentia:ſed ſemper ſcd'm accidens ut albedo & ſcientia.

Co.xxxiiii. Cum continẽs diuiſum nõ eſt a cõtẽto ſed cõtinuũ : nõ dicimus contentum eſſe in illo ſicut in loco :ſed ſicut pars in toto.
Vltima contingentium ſunt ſimul .
Cum contentum eſt continuũ continenti nõ mouetur ĩ illo ſed cum illo diuiſum autem in illo mouetur ſiue moueatur continens ſiue non.

Ex lectione vi &co.xxxv..

Locus nõ eſt forma:ſunt enim utraq; termini ſed nõ eiuſdem :ſed formæ quidem rei:locus autem continentis corporis .
Co.xxxvii.Si eſſet locus aliquod ſpatiũ inter extrema corporis cõtinẽtis extra extrema ipſius cõtinentis.ſemp mouens in eodẽ loco:eſſent infiniti ſimul loci.
Nõ eſt alius locus aq̃ in quo mouetur cũ totũ uas trãſmutatur ſed idem .
Locus in quo eſt aliquid comitatur corpus cõtinens aut partes eius : ſed nõ locus in quo illud eſt qui eſt pars loci qui eſt locus totius cœli.
Co.xxxxviii.Locꝰ nõ mã mã.n.neq; diuiſa ẽ q̃re neq; ꝓtiet rẽ locꝰ ãt utr;q;
Co.xxxviiii. Corpus contentum eſt quod mouetur ſcd'm loci mutationẽ
Co.xxxx. Locus eſt immobilis
Totus fluuius magis eſt locus nauis quia eſt immobilis totus .
Di.Locus eſt terminus continentis immobilis primum.
Co.xxxxii.Leue natura fertur ſurſum graue uero deorſum.
Locus uidetur eẽ quædam ſuperficies .
Simul cum locato eſt locus.

Ex lectione.vii. & cõ.xxxxiii :

Cuicunq; corpori adiacet aliquod corpus extra continens ipſum hoc í loco eſt:cui uero non minime.
Co.xxxxiiii. Alia ſunt in loco ſcd'm potentiam:alia ſcdm actum.
Cum continuum eſt ſimiliũ partiũ &ſcd'm potẽtiã in loco partes ſunt:cũ aũt ſeparatæ ſunt & tangunt ſe ſecundum actum ſunt.
Co.xxxxv. Alia per ſe ſunt í loco ſicut oẽ corpus mobile alicubi p ſe: alia uero ſcd'm accidens:ut anima & cœlum ideſt ultima ſpæra.
Cœlũ non eſt alicubi totum ſed oẽs ptes eius in loco quodãmodo ſunt .
Vltimum cœlum ſolum mouetur circulariter.
Extra oẽ & totum cœlum nihil eſt propter hoc oĩa i cœlo ſunt .
Co.xxxxvi.Cœlum non eſt locus :ſed ultimum cœli i.ſuperficies cœli:

Ex lectione.yiii.& co.xxxxvii .

Augmentato corpore nõ eſt neceſſe ſimul augmentare locum .
Punctus non eſt locus.
Duo corpora impoſſibile eſt in eodẽ loco eẽ. Locus nõ eſt ſpatiũ aliqd corporeum ſiue dimenſio aliqua corporalis ſcd'm textũ cõmẽtatoris .
Locus nõ eſt í aliquo ſicut in loco ſed terminus in aliquo finito.
Co.xxxxyiii. Corpus cõtinens cui cõſequenter eſt corpus cõtẽtũ & qđ ab

eo tangitur nō ui: pximū est: & hæc simul apta nata eē ipassibilia sunt adinuicem.

Fertur unūquodq; in sui locum rationabiliter.

Thomas. Proximitas naturæ quæ est inter corpus cōtinens & contentū est causa quare corpus naturaliter mouetur ad suú locū.

Manet unumquodq; natura in proprio loco rationabiliter.

Sicut pars naturaliter quiescit in suo toto ita & locatū i loco suo naturali

Co.xxxviiii. Aq̄ materia est aeris aer aūt sicut actus quidā ipsius: & aq̄ potētia est aer scilicet simpliciter aer uero potentia est aqua quodāmō

Ex lectione .viiii. & co.l.

Est physici cōsiderare de uacuo sicut & de loco.

Co.liii. Multa parua quod magnum est constituunt.

Co.lv. Duo corpora impossibile est simul esse.

Co.lvi. Vas plenum cinere tantum recipit de aqua quātū uas uacuum.

Pyttagorici dicunt quod uacuū est quod determinat rex naturas.

Ex lectione .x. & co.lvii.

Ad cognoscendum qualiter se habeat ueritas circa uacuum oportet accipere quid significet nomen.

Co.lviii. Corpus sensibile scd'm tactum est grauitatē habēs uel leuitatem

Co.lxiii. Contingit augmentari corpus non solum ingrediēte aliquo sed etiam alteratione. ut si ex aqua fiat aer.

Vacuum est locus priuatus corpore.

Ex lectione .xi. & co.lxv.

Pars nisi seorsum ponatur non erit in loco sed in toto.

Omnis motus aut est uiolentus aut secundum naturam

Motus uiolentus posterior est eo qui est secundum naturam.

Non entis nulla est differentia

Co.lxx. Medium per quod aliquid fertur causa est uelocitatis uel tarditatis motus: quia corpus motum impedit maxime quidem medium qd' contra fertur: postea autem medium manens: sed magis mediū quod non facile diuiditur. huiusmodi autem est quod pinguius est.

Co.lxxi. Idem corpus uelocius fertur propter duas causas: aut indifferendo per quod fertur: ut per aquam aut per terram aut per aerem: aut indifferēdo quod fertur propter excellētiam grauitatis uel leuitatis eius

Ex lectione .xii. & co.lxxi.

Excellēs diuiditur in id quo excellit & in id quod excellitur.

Non excellit linea punctum nisi componatur ex punctis.

Vacuum ad plenū nullā possibile est habere ꝓportionē: neq; motus qui fit per uacuum ad motum qui fit per plenum.

Co.lxxiii. Omnis motus ad motum proportio est.

Omnis motus in tempore est.

Ois tēporis ad tps proportio est si sint utraq; finita

Ex lectione .xiii. & co.lxxvi.

Corpus ligneū cubicū & si sit calidum :aut frigidum :aut graue :aut leue: tamen alteꝝ est a passionibus istis & si non sint separabiles.

Co.lxxviii. Aer non uidetur.

Ex lectiōe.xiiii. & co.lxxxi.

Rarum est quid leue unde ignem rarum esse dicunt.

Co.lxxxii. Quanto aliquid est rarius magis sursum ferretur.

In uacuo sunt oia sine motu & uacuum sine motu est.

Co.lxxxiii. Plus aer ex aqua generatur quam econuerso.

Co.lxxxiiii Ex eo quod est in potentia actu fit quod fit.

Materia non separabilis est a contrariis esse tamen eius alterum est. i. secundum rationem altera est.

Materia contrariorum est una numero. ut calidi & frigidi.

Cum ex aqua fit aer eadē est materia numero non accipiēs in se aliud aliquid :sed qđ erat in potentia actu facta est:similiter & aqua ex aere fit.

Scintillæ nō est accipere aliqua pars in qua nec caliditas nec albedo insit

Magnitudo & paruitas sensibilis corporis: non accipiente aliquid materia:extenditur sed qui potentia est materia utriusq;.

Densum est graue & durum raꝝ autem leue &molle:dissonant aūt graue & durum in plumbo & ferro.

Ex lectione.xv.&co.lxxxviii.

Ex his quæ nō sunt compositum impossibile est esse & participare aliquā substantiam.

Co.lxxxviiii. Omnis diuisibilis existentis necesse est esse dum est aliquam partem eius aut aliquas partes.

Temporis aliæ partes factæ:aliæ futuræ sunt.

Ipsum nunc non est pars temporis.

Mensurat pars totum :& componi oportet totum ex partibus.

Co.lxxxx. Nulle partes temporis quæ sunt aliæ & aliæ adinuicem possūt esse simul nisi una contineat aliam:

Impossibile est sic se habere adinuicem duo nūc quod sint habita adiuicē

Co.lxxxxi. Nullius diuisibilis finiti unus tantum terminus est.

Co.lxxxxii. Simul esse dicuntur scd'm tps & nec prius nec posterius quæ sunt in eodem nunc.

Ex lectione .xvi.&co.lxxxxiii.

Pars temporis tempus quoddam est.

Pars circulationis non est circulatio.

Co.lxxxxiiii. In tempore omnia sunt:& in totius spera.

Co.lxxxxv. Omnis mutatio & motus in ipso transmutato est aut in loco ubi est ipsum transmutatum & transmutans.

Tempus ubiq; & apud omnia eſt.
Co.lxxxxvi. Mutatio & motus oís uelocior & tardior eſt.
Tardum & uelox tempore determinantur.
Velox eſt quod in pauco tempore per multū ſpatium mouetut.
Tardū eſt quod in multo tempore per paucū ſpatium mouetur.
Tp̄s nō determiatur tp̄e neq; quo ad quātitatē neq; quo ad qualitatem.
Co.lxxxxvii. Manifeſtū eſt quod tp̄s neq; motus eſt neq; ſine motu.

Ex lectione.xvii.&co.lxxxxviii.

Simul motum ſentimus & tempus.
Neceſſe eſt ipſum tempus aliquid eſſe ipſius motus:
Co.lxxxxviiii. Oē quod mouetur mouetur ex quodam in quidam.
Seqtur magnitudinem motus:propter id.n.q̄ magnitudo cōtinua &motus continuus erit:quátus uero motus eſt tantū & tempus erit.
Prius & poſterius in magnitudine primū ſunt & hoc ex ipſa poſitione.
Motus & tp̄s ita ſe habent quod ſemp alterū eoꝝ ſequitur alterum:
Co.c. Tunc dicimus fieri tempus quando prioris & poſterioris in motu ſenſum percipimus:
Co.ci. Tempus eſt numerus motus ſecundū prius & poſterius.
Co.cii. Numerus dicitur dupliciter ſcilicet quod numeratur uel numerabile & aliomodo quo numeramus.
Tempus eſt numerus quod numeratur & nō quo numeramus.
Eſt alterum quo numeramus & quod numeratur.

Ex lectione .xviii.& co.ciii.

Ipſum nunc idem eſt.ſ.ſubiecto ſcd̄m id qd̄ eſt.quod quid erat eſſe autem alterum eſt ideſt ratione alterum eſt
Co.ciiii. Ipſū nūc mēſurat tp̄s ſcd̄m qd̄ prio &poſterio ē &nō ſcd̄m id q̄ ē
Quod mouetur in eo qd̄ eſt alibi & alibi eſt alterum.
Ipſum nunc ſequitur ad id quod fertur ſicut tempus ad motum.
Per mobile cognoſcimus prius & poſterius in motu.
Notum in tempore maxime eſt nunc.
Co.cv. Niſi tp̄s ſit ipſū nunc non eſt .& ſi ipſum nunc non eſt tp̄s nō erit.
Quod fertur & loci mutatio ſunt ſimul.
Tempus continuatur per ipſum nunc & diuidatur per ipſum nunc.
Motus & loci mutatio una eſt ideſt ſumitur unitate ab eo quod mouetur quia unum eſt.
Punctum eſt principium unius partis lineæ & finis alterius.
Co.cvii. Ipſum nunc nulla pars temporis eſt:neq; pūcta ſūt partes lineæ: lineæ enim due partes unius lineæ ſunt.
Secundum quod eſt terminus nunc non eſt tempus ſed accidit tempori ſcilicet ſicut terminus terminato, ſecundum uero quod numerat eſt numerūs.

Teri illius ſolum ſunt cuius ſunt teri:numerus autem poteſt ee diuerſoꝝ

Ex lectione .xviiii. & co.cviii.

Tempus minime numerus ſimpliciter eſt.
Minimus numerus qui eſt ſimpliciter dualitas eſt.
In lineis eſt minimum multitudine ut duæ aut una:magnitudine aũt nõ.
In tempore eſt minimum ſecundum multitudinem ſecundum uero magnitudinem non eſt.

Co.cviiii Secũdũ q̃ tempus eſt cõtinuũ eſt longum &breue:ſecũdũ q̃ eſt numerus eſt multũ & paucũ :uelox autem & tardum non eſt.

Numerus quo numeramus uelox & tardus non eſt.

Co.cx Tempus prius & poſterius non eſt idem.

Numerus ſimpliciter ſcilicet quo numeramus eſt unus & idẽ qui ẽ cẽtum equoꝝ & qui eſt centũ hoĩum: quoꝝ autẽ eſt numerus.i.numerus numeratus altera ſunt.

Co.cxi Sicut contingit eſſe unum & eundem motum ſcilicet ſpecie iteꝝ & iterum ſic & tempus contingit.

Co.c.xii Non ſolum motum tempore metimur :ſed etiam motu tempus propter diffiniri adinuicem.

Per numeralia numeꝝ aliquando cognoſcimus & econuerſo.

Co.cxiii Imitatur magnitudinem motus in quantitate : continuitate & diuiſibilitate hunc autem tempus.

Ex lectione xx. & co.cxiiii.

Tempus eſt metrum motus & eius quod eſt moueri.
Tempus menſurat motum menſurando aliquem motum :quo mẽſurabit totum.
Eſt motui in tempore eſſe menſurari tp̃e:& ſcd'm id quod eſt & ſcd'm ſuã durationem:ſimul enim motum & eſſe motus menſurat tempus.

Co.cxv Alia motu eſſe in tempore eſt menſurari tp̃e nõ ipſa ſed eſſe eorum.i.ſecundum ſuam durationem

Aliquid eſſe in tempore dicimus dupliciter: unomodo quia tunc eſt quãdo tempus eſt:aliomodo ſicut aliqua ſunt in numero.
Aliquid dicitur eſſe in numero ſicut pars & paſſio :& quicquid eſt ipſius numeri aut quia numerus eſt ipſius.
Nunc & prius &poſterius & quæcunq; huiuſmodi:ſunt in tempore.ſicut in numero unitas quæ ſcilicet eſt pars numeri : & ſuperfluus quæ ſcilicet ſunt paſſiones &par. res autem ſicut ſunt in numero ſcilicet numerato ita ſunt in tempore.

Co.cxvi Non eſt idem in tempore eſſe & eſſe quando tempus eſt.

Co.xvii. Acccipi poteſt aliquod tempus maius omni eo quod eſt i tempore : unde neceſſe eſt omnia quæ ſunt in tempore contineri ſub tempore :& pati aliquid ſub tempore.

Consueuimus dicere quod tempus tabefacit:& senescunt omnia sub tẽ pore & obliuiscuntur propter tempus.
Non didicit aliquis propter tempus :neq; nouum factum est aliquid neq; bonum deest integrum & perfectum: corruptionis enim per se causa tempus est.
Quæ sunt semper scd'm q̃ semper sunt nõ fũt in tempore:non enim mẽ-suratur esse ipsoꝝ tempore: signum autem est quoniam neq; patiũtur aliquid a tempore.
Co.cxviii. Tempus est mensura quietis per accidens:omnis enim quies in tempore est.
Non omne immobile quiescit:sed priuatum motu:aptum tamen natum moueri.
Co.cxviiii. Quod mouetur non simpliciter erit mensurabile sub tempo-re secundum quod quantum aliquid est:sed secundum quod motus ipsius est quãtus.
Co.cxviiii. Nulla quæ neq; mouentur neq; quiescũt sunt in tempore.
Tempus est mensuratio motus & quietis.
Co.cxx. Quorum oppositа semper sunt hæc non sunt in tempore:quoꝝ autem non semper sunt :hæc sunt in tempore.

Ex lectione .xxi.& co.cxxi.

Nunc continuat tempus præteritum & futurum.
Nunc diuidit tempus potentia deest inquantum considerat ut multa in potentia & in quantum huiusmodi est:est alterum & alterum inquan-tum autem copulat semper idem est.
Co.cxxii. Dicitur etiam nunc tempus propinquum præsenti nunc.
Co.cxxiii. Tunc est tempus determinatum ad prius nunc.
Co.cxxv. Ipsum nunc principium & finis est :sed non eiusdem sed præte riti quidem finis futuri autem principium.
Tempus semper est in sui principio & in fine.
Tempus nunquam deficiet:semper enim in principio est.
Co.cxxvi. Illud dicitur iam quod est propinquum præsenti nunc:siue sit pars præteriti :siue futuri.
Co.cxxvii. Ipsum modo est pars præteriti prope præsenti nunc.
Olim est pars præteriti procul præsenti nunc.
Repente est quando est sine sensibili tempore .propter paruitatem.

Ex lectione .xxii.& co .cxxviii..

Omnis mutatio remouet scilicet de ratione sua rem a natura sua.
Co.cxxviii. Aliqui tempus sapientissimum dixerunt :paron autem pytha goricus ipsum penitus indisciplinabile rectius dixit.
In tempore oia generantur & corrumpuntur.
Tempus corruptionis magis erit per se causa quam generationis.

Mutatio per ſe eſt deſtructiua:generationis autem & ipſius eſſe cauſa eſt per accidens.
Nihil fitideſt generatur niſi moueatur ipſum quodãmodo ſcilicet manifeſte &agatur : corrumpitur autem etiã cũ non moueatur ſ.manifeſte
Co.cxxviiii. Omnẽ mutationẽ & oẽ quod mouetur neceſſe eſt moueri in tempore.
Prius & poſterius dicimus ſecũdũ diſtantiam ad ipſum nunc.
Ipſum nunc eſt terminus præteriti & futuri.
Cõtrario modo dicitur prius ſcd'm præteritũ & futurũ.in præterito enim dicitur prius quod longius eſt ab ipſo nunc:poſterius autem quod propinquius eſt:in futuro autem dicitur prius quod eſt propinquius ipſi nũc poſterius autem quod procul eſt
Nihil aliud aptum natum eſt numerare quam anima uel intellectus:
Non exiſtente anima tempus eſt utcunq; ens
Prius & poſterius in motu ſunt & hæc ſunt tps ſcd'm qp ſunt numerabilia

Ex lectione.xxiii.& co.cxxx.

Tempus eſt paſſio & habitus motus.
Co.cxxx Tempus & motus ſunt ſimul & ſcd'm actũ & ſcd'm potentiam.
Co.cxxii Omne tẽpus quod eſt ſimul & ſimiliter ideſt æqualiter eſt unũ tantum quod uero non eſt ſimul nõ eſt unum:ſed ſpecies eius eſt una.
Motus ſunt alteri & ſeorſum ideſt diuiſi ab inuicem:tempus autem ubique idem eſt.
Co.cxxxiii Motus localis eſt maxime regularis :&iter motus locales motus circularis.
Numeratur unũquodq; uno quodã proximo ſui generis.
Aliquo determiato motu & tpe mẽſuratur quãtitas motus & tpris.
Quod eſt primũ eſt menſura oium ꝓximorũ.i.oium quæ ſũt ſui generis.
Circulatio quæ eſt maxime regularis eſt menſura oium motuũ.
Alteratio & augmentatio non ſũt motus regulares.
Videtur tempus eſſe numerus motus primæ ſpæræ :quia hoc motu menſuratur & tempus & alii motus.
Co.cxxxiiii Equilaterus & gradatus nõ ſunt idem triangulus : ſed bene eadem figura.
Ibi dicimus identitatẽ ubi non eſt differentia:nõ aũt ubi eſt.

Propoſitiones ex.v.libro phyſicorum Ariſtotelis.

Ex comento primo.

Ranſmutatur tranſmutans ideſt trãſmutatũ oẽ tripliciter : aut ſcd'm accidens :ut muſicũ ambulare:aut ſcd'm partẽ :ut ſanatur

corpꝰ qa oculus ſanatur aut i eo q ipſū prio & ſcd'm ſe ipſū mouetur
Co. ii Eſt &i mouẽte ſimiliter: aliud quidẽ ſcd'm accidẽs mouet: aliud ſe cũdũ ptẽ: aliud uero p ſe ipſum mouet primũ ut cũ medicus ſanat.
Ad motum requiruntur quinq primo mouẽs primũ & ali d qd mouetur & tempus in quo mouetur & duo termini. ſ. ex quo & in quem.
Co. iii. Omnis motus a quodam in quidam eſt.
Co. iiii. Magis a termino in quem quã aquo mouetur denoïatur mutatio
Co. v. Qualitates: & paſſibiles qualitates: & locus: quæ ſunt termini eorum quæ mouentur immobilia ſunt.
Albedo non eſt motus: ſed albatio eſt motus.
Ex parte terminoꝝ põt accipi motus ſcd'm accidens: ut quid fit albũ i id q intelligere mutatur ſcd'm accidẽs: ut quod fit albũ i coloꝛẽ: & ſcd'm ptẽ ut qui uadit athenas: in europã: quia pars europæ athenæ ſunt & ſe cũdũ ſe ut quod in album colorem mutatur.
Co. vi. Mutatio per accidens in oïbus terminis eſt & in ſemper ideſt in oï tempore: & in omni ideſt in omni ſubiecto & motu:
Mutatio q nõ ẽ ſcd'm accidẽs eſt tãtũ i cõtrariis & i mediis & ꝯdictione.
Medium quodammodo eſt ultima: & hoc ad illa & illa ad hoc dicuntur quodammodo contraria.
Fuſcũ eſt albũ per cõparationẽ ad nigꝝ & nigꝝ per cõparationẽ ad albũ.

Ex lectiõe. ii. & co. vii.

Omnis mutatio eſt a quodam in quidam.
Quod mutatur mutatur quadrifarie: aut enim ex ſubiecto in ſubiectũ: aut ex ſubiecto in non ſubiectum: aut ex non ſubiecto in ſubiectum aut ex non ſubiecto in non ſubiectum.
Quæ eſt ex nõ ſubiecto in nõ ſubiectũ nõ eſt mutatio per hoc q nõ eſt ſecundum cõtradictionẽ: neq enim eſt cõtradictio neq cõtraria.
Mutatio ex nõ ſbo in ſbm eſt generatio ſecũdũ cõtradictionem.
Quando ex non albo generatur album eſt generario ſecundum quid: ſed quando ex non ente ſimpliciter generatur ſubſtantia eſt generatio ſimplex.
Mutatio quæ eſt ex ſubiecto in non ſubiectum corruptio eſt.
Quæ eſt ex ſubſtantia in non eſſe corruptio ſimpliciter eſt quæ uero in oppoſitã negationem eſt corruptio ſecundum quid.
Co. viii. Ens & non ens dicitur tripliciter: unomodo ſecundum compoſitionem & diuiſionem: aliomodo ſecundum potentiam quod ei qd' eſt in actu oppoſitum eſt: & ſic non contingit moueri: tertiomodo qd eſt in potentia quæ non excludit eſſe in actu ſimpliciter: & ſicut contingit moueri ſecundum accidens.
Impoſſibile eſt quod non eſt moueri.
Impoſſibile eſt generationem eſſe motum.

Verum est dicere q̃ non est de eo quod fit simpliciter.
Omne quod moueturin loco est.
Quod non est non est in loco.
Corruptio non est motus.
Contrarium est motui motus aut quies.
Corruptio generationi contraria est.
Co.viiii Mutationis tres sunt tantum species.
Motus est mutatio de subiecto in subiectum.
Priuatio ponitur contrarium & monstratur affirmatiue.

Ex lectione tertia

Necesse est tres esse species motus scilicet quantitatis & qualitatis & secundum locum.
Co.x Secundum substantiam non est motus propter nullum entiũ substantiæ contrarium esse.
Motus non est in ad aliquid neq; in actione & passione.
Motus non est motus :neq; generationis generatio : neq; omnino mutationis mutatio.
Co.xii. Nulla mutatio est per se de una mutatione in aliã :sed per accidẽs
Co.xiii. Infinitorum non est primum.neq; ultimũ :quare neq; habitũ erit
Co.xiiii Eadem motui contrarius est motus & quies : & generatio & corruptio contraria sunt.
Co.xv. Oportet materiam subesse ei quod fit:&mouenti.
Co.xvii Omne quod mouetur mouetur tripliciter aut in eo quod est secundum accidẽs:aut q̃a pars aliqua mouetur:aut quia per se mouetur :

Ex lectione quarta & co.xviii.

Motus est solum in qualitate quantitate &ubi: in unoquoq; enim horum est contrarietas.
Motus qui est in qualitate est alteratio.
Augmẽtum & decrementum est secũdum quantitatem :
Di Augmentum est motus in perfectam magnitudinem .
Diffi. Decrementum est motus a perfecta magnitudine in imperfectam magnitudinem.
Motus qui est in ubi secundum proprium & commune nomen innominatus est sit autem latio nominatus .
Hæc sola propriæ dicuntur ferri cum non in seipsis sit stare mutantibus locũ & quæcunq; non ipsa se ipsa mouent scd'm locum'.
Di.Co.xviiii Mutatio quæ est in eadem specie in magis & in minus :alteratio est.
In minus aliquid uadens in contrarium dicitur mutare in magis autem tãquam ex contrario in ipsũ .
Co.xx Im mobile est quod impossibile est moueri sicut sonus inuisibilis

& qđ multo tempore uix mouetur :aut tarde incipit quod dicitur grauiter mobile:&quod aptum natum eſt moueri :non mouetur aũt tunc cum aptum natum eſt & ubi & ſic: quod quidem quieſcere uoco immobilium ſolum:contrarium enim quies motui eſt.

Quies eſt priuatio in ſuſceptiuo motus.

Ex lectione quinta & co.xxii.

Simul dicuntur eſſe ſecundum locum quæcunq; in uno loco ſunt primo ſeparatim autem quæcunq; ſunt in altero.

Tangere dicuntur quorum ultima ſunt ſimul

Medium eſt in quod aptum natũ eſt primum pertingere quod mutatur continue ſecundum naturam:quam in ultimum in quem mutatur.

Ad minus eſt medium in tribus.

Vltimum mutationis eſt contrarium.

Co.xxiii. Continue mouetur quod nihil aut pauciſſimum deficit rei:ſed non tempori.

Nihil prohibet aliquem deficientem rei moueri continue ſecundum non tempori.

Co.xxiiii. Contrarium ſecundum locum eſt ſecundum rectitudinem diſtans plurimum.

Di.Co.xxv. Conſequenter eſt quod cũ ſolum poſt primum ſit aut poſitione aut ſpecie aut aliquo ſic determinatorum nullum medium eſt eorum eiuſdem generis:& cuius conſequenter eſt.

Co.xxvi.Diffi. Habitum eſt quod conſequenter eſt cum tangat.

Omnis mutatio in oppoſitis eſt.

In contradictoriis nihil eſt medium.

In contrariis eſt medium.

Continuum eſt aliquid habitum.

Diffi: Dico eſſe continuum cum unius & idem fiat terminus utriuſq; q̃ ſe tangunt & ſic ſignificat nomen.

Co.xxvii. In his eſt continuum ex quibus aptum natum eſt fieri unum ſecundum contactum.

Co.xxviii. Conſequenter ſe habens eſt primum inter iſta ſecundum quod prius dicitur aquo non conuertitur conſequentia eſſendi.

Co.xxviiii. Eodem modo contactus eſt prius quam continuum.

Punctis ineſt tangere unitatibus autem conſequenter :& punctorum cõtingit eſſe medium :unitatum autem non eſt neceſſe.

Ex lectione ſexta & co.xxxi.

Motus dicitur unus tripliciter ſcilicet genere ſpecie & numero:

Genere motus dicitur unus ſecũdum figuras prædicamenti ut loci mutatio omni mutationi genere una eſt:alteratio autem a loci mutatione altera genere eſt:

Specie motus eſt unus :cū genere unus :& indiuidua ſpecie ſit.

Co.xxxiii. Circularis motus a recto alter eſt ſpecie .

Co.xxxiiii. Simpliciter unus motus eſt qui ſubſtantia quidem unus & numero eſt.

Tria ſunt ſecundum numerum circa quæ dicimus motum unum ſcilicet quod mouetur & in quo mouetur & quando.

Ex lectione.vii. & co.xxxviiii

Omnis motus eſt continuus.

Vnum ſimpliciter dicitur dupliciter continuitate & indiuiſibilitate.

Co.xxxx. Motus illi habiti ſunt qui neq; ſpecie neq; genere idem ſunt:cur rens enim aliquis ſtatim febricitabit.

Co.xxxx. Non omnis motus fiet continuus omni motui.

Co.xxxxi. Ad hoc quod motus ſit continuus tria requiruntur .ſ. unitas ſpeciei unitas ſubiecti & temporis ut.ſ.immobilitas interſit.

Co.xxxxii. Motus etiam dicitur unus quia eſt perfectus.

Perfectum & totum ad unitatis rationem pertinent.

Motus dicitur unus qui ẽ regularis.

Co.xxxxiii. Irregularis motus non uidetur eſſe unus:diuiſibilis enim eſt.

Eſt in omni motu id quod regulariter eſt:uel non eſt .

Co.xxxxiiii Irregularitatis differentia aliquando eſt in quo mouetur impoſſibile eſt enim regularem eſſe motum non in regulari magnitudine:aliquando in uelocitate &tarditate :motus enim cuius uelocitas eſt eadem regularis eſt cuius autem non eadem irregularis .

Neq; ſpecies motus neq; differentiæ uelocitas & tarditas.

Nulla ſpecies uel differentia ſequitur ſpeciem ſui generis.

Co.xxxxv. Motus irregularis eſt unus inquantum eſt continuus.

Ex lectione.viii.& co.xxxxvii.

Motus qui eſt ex contrario non eſt contrarius ei qui eſt in cōtrarium idē enim & unus eſt eſſe ideſt rō autem non idem ipſis.

Co.xxxxviii. Motus qui eſt ex contrario non eſt contrarius ei qui eſt ex contrario.

Vnuſquiſq; motus magis denominatur ab illo in quem mutatur :quam ab illo ex quo mutatur .

Motus qui eſt ex ſanitate eſt idem ei qui eſt in egritudinem:& qui ex egritudine ei qui eſt in ſanitate .

Co.xxxxviiii. Motus qui eſt ex contrario in contrarium eſt contrarius ei qui eſt ex contrario incontrarium.

Co.l. Ipſum addiſcere eſt contrarium ei quod eſt decipi non per ſe ipſum ab alio.

Motus ſurſum eſt contrarius ei qui eſt deorſum & hæc ſunt contraria i lō gitudine ante ei qui eſt retro:& ſunt in profunditate: & qui eſt ad dex-

teram ei qui eſt ad ſiniſtram & hæc ſunt in latitudíne.
Re quibus non eſt cõtrarium ſicut ſcilicet ſunt ſubſtãtiæ mutatio quæ eſt ex ipſo ei quæ eſt in ipſum cõtraria eſt: unde generatio corruptionis contraria eſt.

Ex lectiõe.viiii.&co.liii.

Simpliciter contrarius eſt motus motui: opponitur autem ei & quies: priuatio enim ipſius eſt.
Motui qui eſt ex hoc puta ex.b.in cõtrarium: contrariatur quies quæ eſt in hoc ſcilicet in.b.& motui qui eſt ex contrario in hoc contrariatur qes quæ eſt in contrario.
Quiætes quæ ſunt in terminis contrariis contrariæ ſunt: nam ſi motus cõtrarii ſunt & quietes oppoſitæ erunt.
Accidit quietem quæ eſt in termino ad quem ſimul fieri motui in ipſum unde oppoſita non ſunt.
Co.lvi. Seneſcere quidem eſt ſcd'm naturam.
Co.lvii. Quæ ſunt per uiolentiã inſunt extra naturam.
Corruptio uiolenta eſt contraria corruptioni quæ eſt ſcd'm naturam:
Generationes quædam ſũt uiolentæ & non moderatæ quibus contrariæ ſunt quæ ſunt ſcd'm naturam.
Co.lviii. Corruptio non ſimpliciter eſt contraria corruptiõi: ſed ſcd'm qd' hæc eſt dulcis illa uero triſtis.
Co.lviiii. Ignis natura fertur ſurſum: deorſum uero terra.
Motus naturalis unius corporis eſt contrarius motui qui eſt extra naturam eiuſdem corporis.
Co.lx. Quies quæ eſt ſurſum eſt contraria motui qui eſt deſuper in deorſum reſpectu eiuſdem: illa enim eſt extra naturam: hic aũt ſcd'm naturã
Co.lxi. Motus naturalis quanto magis appropinquat adquietem tanto ẽ uelocior uiolentus autem eſt cõtratio.
Co.lxii. Eius quod mutatur aliud eſt in termino a quo aliud in termino ad quem.
Co.lxv. Magis motus motui contrarius eſt quam quies.

Propoſitiones ex.vi.libro phyſicorum Ariſtotelis

Ex lectione prima & co.primo.

Impoſſibile eſt ex indiuiſibilibus eſſe aliquod continuum.
Co.ii. Vltima punctorum non ſunt unum neq; ſimul neq; continua: neq; ſe tangentia.
Oẽ qd tangit aut totũ tãgit totũ aut ps partẽ: aut totũ pars.
Si duo indiuiſibilia ſe tangunt: neceſſe totum tangere totum.

Consequenter non erit punctum puncto: neq; ipsum nunc ipsi nunc:
Punctorum semper est medium linea:& ipsorũ nũc tẽpus.

Co.iii. Ex quibus cõponitur linea uel tẽpus in ipsis diuiditur:
Nullũ cõtinuũ i indiuisibilia diuisibile est. esset enim indiuisibile ab idi uisibili contactum

Ex lectione secũda.co.v:

Si magnitudo cõponitur uel diuiditur in diuisibilia & motus & tempus similiter.

Co.viii. Secũdũ impartibilẽ magnitudinẽ nõ põt aliquid moueri: sed motum est.

Ex lectione tertia & co.xi .&xiiii.

Necesse est uelocius mobile moueri per equalem magnitudinem in minori tempore.

Co.xv. Omnis motus in tempore est: & in omni tempore possibile est moueri.

Omne quod mouetur contingit & uelocius moueri & tardius:
In omni tempore contingit uelocius & tardius moueri quam sit motus datus in tali tempore.
Necesse est tempus esse continuum:dico autem continuum diuisibile in semper diuisibilia.

Co.xvii. Per easdem & equales diuisiões tempus &magnitudo diuiditur

Ex lectione .iiii.& co.xviii.

Si tps est infinitum &magnitudo:&sicut unũ sic &alterum ut si i ultimis ifinitum est tempus & longitudo i ultimis.si uero diuisione:& longitudo.si autem in utrisq; tempus:& n utrisq; longitudo.

Co.xviiii. Zenonis ratio falsum opinatur.quæ est non posse infinita transire aut tangere infinita in tempore infinito.

Dupliciter dicitur longitudo & tempus infinitum:& omnino oẽ continuum:aut secũdum diuisionem:aut in ultimis.
Quæ sunt infinita in ultimis non contingit se tangere in tempore finito quæ uero secundum diuisionem sunt contingit:& nãq; tempus sic infinitum est.
Non potest infinitum spatium in finito tempore transiri:neq; in infinito finitum:si enim tempus infinitum sit & magnitudo erit infinita: & si magnitudo &tempus.

Co.xxii. Neq; linea neq; planum neq; omnino continuorum ullum erit indiuisibile.

Ex lectione.v.& co.xxiiii.

Nunc dictum non secundum alterum:sed per se & primo necesse est esse in diuisibile & in omni tempore esse.
Est accipe aliquod ultimum præteriti:& infra quod nihil est futuri: & si

militer futuri infra quod nihil eſt præteriti.

Co.xxvi. Si nunc eſſet diuiſibile eſſet aliquid præteriti in futuro & aliquid futuri in præterito.

Co.xxviiii.&.xxx. N hil mouetur in ipſo nunc neq; quieſcit: diuidere tur enim ipſum nunc.

Co.xxx. Quieſcere dicimus aptum natum moueri & non mouetur quando quomõ & ſicut aptum natum eſt moueri.

Co.xxxi Quod mouetur i aliquo toto tempore mouetur in qualibet parte illius temporis ſecundum quod aptum natum eſt moueri: & quieſcens ſimiliter quieſcet.

Idem nunc eſt ultimum utrorumq; temporum.

Co.xxxii. Illud dicimus quieſcere quod ſimiliter ſe habet & nunc & prius: & ſecundum ſe totum & ſecundum partes.

Nunc non habet prius & poſterius.

Neceſſe omne quod mouetur & omne quod quieſcit moueri & quieſcere in tempore:

Omne quod mutatur neceſſe eſt eſſe diuiſibile.

Cum aliquid eſt in hoc in quo mutatum eſt non amplius mutatur & cũ eſt in eo ex quo mutatur & ipſum & partes omnes: non mutantur: neceſſe eſt igitur quod mutatur ſecundum aliquam partem eſſe in hoc: & ſecundum aliam in illud.

Ex lectione.vi. &co.xxxiii.

Motus eſt diuiſibilis dupliciter uno quidem mouetur tẽpore: aliomodo uero ſecundum partium motus illius quod mouetur.

Co.xxxiiii. Omnis motus eſt alicuius mobilis.

Plurium non erit unus motus.

Co.xxxv. Continuus motus continuorum quorundam eſt.

Co.xxxvi. Tempus omne diuiſibile eſt.

Neceſſe eſt diuidi motum ſecundum tempus:

Co.xxxvii.xxxviii.xxxviiii. Neceſſe eſt eaſdem eſſe diuiſiones & temporis & motus: & ipſius moueri & qd mouetur: & in quo motus eſt: ſed nõ oium ſimiliter eſt in quibus eſt motus: ſed quanti quidem per ſe: quali autem per accidens: & uno horum diuiſo omnia diuidentur & in ipſo finita eſſe uel infinita ſe habebit ſimiliter de omnibus & ſequitur maxime ab ipſa quod mutatur: omnia diuidi & finita uel infita eſſe.

Ex lectiõe.vii. & co.xxxx.

Neceſſe eſt quod mutatur cum mutatum eſt eſſe in quo mutatum eſt.

Sequitur ad mutari ipſum deficere & ad mutatum eſſe defeciſſe:

Co.xxxxi. Omne neceſſe eſt eſſe aut non eſſe.

Co.xxxxiii. Quod factum eſt quando factum eſt erit: & quod corruptum eſt qnando corruptum eſt non erit.

Co.xxxxiiii Illud in quo primo mutatū eſt: quod mutatum eſt neceſſe eſt eſſe atomum.

Co.xxxxv. Quod corruptum eſt & quidem factum eſt in atomo corruptum & factum eſt.

Dicitur in quo primo mutatum eſt dupliciter: aliud quidem in quo perfecta mutatio eſt: & eſt uerum dicere quod mutatum eſt: aliud uero i quo primo incepit mutari.

Co.xxxxvi. Contingit mutationem perfici & mutationis ultimum indiuiſibile eſt propter id quod eſt finis motus.

Non eſt accipere aliquod principium ideſt primam partem mutatiōis neque temporis in quo primo quis mutatur.

Co.xxxxviii. Omne quod mutatur demonſtratū eſt diuiſibile eſſe.

Co.xxxxviiii. Tria ſunt quæ accipiuntur in mutatione: quod mutatur: in quo mutatur & in quod mutatur ut homo tempus & album.

Ipſum ſecundum quod mutatur non ſimiliter ſe habebit ut alia duo: hō quidem & tēpus diuiſibilia ſunt: de albo autem alia ratio eſt: propter q̄ ſecundum accidens oīa diuiſibilia ſūt: cui enim accidit album aut quale diuiſibile eſt.

In ſola mutatione ſcd'm qualitatem contingit indiuiſibile per ſe eſſe.

Ex lectione .viii. & co .l.

Dicitur aliquid in tempore mutari dupliciter unomodo primo & per ſe: aliomodo ſecūdū alterum ut in anno quia in die.

Si aliquid mutatur primo in aliquo tempore neceſſe eſt in qualibet parte illius temporis mutari.

Co.lii. Omne quod mouetur neceſſe eſt eſſe motum prius.

Co.liii. Semper ab ipſis nunc ſcd'm diuiſionē tempus eſt determinatū.

Co.liiii. Oē quod mutatur neceſſe eſt infinite mutatū eſſe.

Co.lv. Non ſolum quod mutatur neceſſe eſt mutatum eē prius: ſed & q̄d mutatum eſt neceſſe eſt prius mutari.

Oē quod ex quoda in quoddā mutatū eſt: in tempore mutatum eſt.

Co.lvii. Duo indiuiſibilia impoſſibile eſt eſſe coniuncta.

Co.lviii. In ipſo mutari mutatū eſſe eſt prius: in ipſo aūt mutatū eſſe eſt mutari: & nullo modo compræhenditur primum: cauſa autem huiuſ modi eſt quia non eſt impartibile impartibili coniunctum.

Co.lviii. Quod factum eſt neceſſe fieri prius & quod fit factum eſſe quæcunq; tamen diuiſibilia & continua ſunt: non tamen ſemper: ſed aliquando aliud: ut illius aliquid ſimiliter & ipſo corrumpi corruptum ē prius corrupto autem eſſe corrumpi eſt prius.

In quocunq; tempore fit aliquid non erit utiq; ſicut in primo:

Ex lectione .viiii. & co .lx.

Impoſſibile eſt in infinito tempore tranſire magnitudinem finitam: nō

eandem ſemper reiterando:uel aliquid eius.

Impoſſibile eſt infinitum ex finitis eſſe propter id quod menſurantur fini ta a quodam uno multitudine uel magnitudine ſiue æqualia ſint ſiue inæqualia.

Commento.lxi. Infinitum mobile non pertranſit finitum ſpatium in finito tempore.

Co.lxiii.& co.lxiiii Impoſſibile eſt infinitum mobile tranſire infinitum ſpatium in tempore finito.

Co.lxiii Omnis loci mutatio in loco eſt

Ex lectione.x.&co.lxvii.

Omne quod aptum natum eſt moueri quando natum eſt moueri & quo & ſic neceſſe eſt ꝙ moueatur,aut quieſcat.

Neceſſe eſt oē quod ſtat ideſt mouetur in quietem cum ſtat moueri :non enim contingit quieſcere quieſcens ideſt in quietem tendens.

Co.lxviii. Omne quod ſtat neceſſe eſt in tempore ſtare:

Co.lxviiii. Contingit aliquid uelocius & tardius ſtare.

Co.lxxi. Neꝙ in ipſo ſtare neꝙ in ipſo moueri eſt accipere aliquam primā partem in qua quieſcens quieuerit :uel mobile ſit motum.

Co.lxxii Illud dicimus quieſcere quod non mouetur quando & in quo aptum natum eſt moueri.

Co.lxxiii. Quieſcere aliquid dicimus cum ſimiliter ſe habet nunc &prius Quieſcere nō eſt in impartibili.

In tempore non eſt accipere aliquod primum :neꝙ in magnitudine neꝙ in aliquo continuo.

Co.lxxiiii. Si accipiatur aliquod mobile quod primo & ſecūdū ſe mouea tur &non ſolū ratione partis impoſſibile eſt quod ſit ſecundū aliquid in eodem loco uel diſpoſitione in aliquo tempore.

Ex lectione.xi. & co.lxxvi.

Non componitur tempus ex ipſis nunc indiuiſibilibus ſicut nec alia magnitudo ulla.

Co.lxxxiii. Non oportet. ſi non tantum in altero ſit extremorum quod non dicatur album aut non album:album enim dicitur aut non album non quod totum ſit huiuſmodi: ſed quod plures aut magis propriæ partes ſint tales :non enim eſt idem non eſſe in hoc:& non eſſe totum in hoc.

Co.lxxxv. Partes totius quod mouetur circulariter nullo tempore ſunt in eodem loco.

Totum quod mouetur circulariter ſemper mouetur in alterum locum:

Ex lectione .xii.& co.lxxxvi.

Impartibile ſecundum quantitatem non contingit moueri niſi ſecundū accidens ut corpore moto aut magnitudine in qua eſt.

Aliqui ſunt motus partium ſecundum q̄ partes & aliqui totius ſecundū quod totum:& hæc differentia maxime uidebitur in ſpæra:non enim eadem erit uelocitas eorum quæ iuxta centrum ſunt & quæ extra :& q̄ totius ſicut non unius exiſtente motu ſed diuerſorum.

Co.lxxxviii.Neq; ex ipſis nunc eſt tempus neq; linea ex punctis:neq; motus ex momentis .

Co.lxxxviiii. Omne quod mouetur impoſſibile ē q̄ pertrāſeat maiorem magnitudinem ipſo mobili:quam equalem uel minorem.

Ex lectione.xiii.&co.lxxxxi .

Terminus generationis eſt eſſe corruptionis nō eſſe :terminus alteratiōis omnis ſunt contraria:terminus augmenti eſt ſecūdū naturam propriā perfecte magnitudinis:decrementi autem eſt qui eſt remotus a perfecta magnitudine.

Co.lxxxxii.Nulla mutatio eſt infinita :neq; loci mutatio.

Non omnis loci mutatio eſt in contrariis.

Impoſſibile dicitur dupliciter ſcilicet quod omnino non contingit eſſe: &quod non de facili poteſt eſſe.

Propoſitiones ex .vii .libro phyſicorum Ariſtotelis.

Ex lectione prima & co.primo:

Mne quod mouetur neceſſe eſt ab aliquo moueri.

Aliqua habent in ſe principium motus:& aliqua non.

o Co.ii.Omne quod a ſe ipſo mouetur nullo modo quieſcit per quietem cuiuſcunq; mobilis.

Neceſſe ē ſi aliquid quod mouetur pauſat per quietem alterius ab aliquo altero moueri .

Omne quod mouetur eſt diuiſibile.

Parte quieſcente quieſcit totum.

Ex lectione ſecunda & co.iii .

In mouentibus & motis non eſt abire in infinitumſed eſt deuenire ad aliquod quod primo eſt cauſa motus .

Co.v.Motus eſt unus numero qui ex eodem termino in idem numero & in tempore eodem numero fit:ut ex albo quod eſt unū numero i hoc nigrum:ſcd'm hoc tempus quod eſt unum & idem numero.

Genere idem eſt motus qui in eodem prædicamento ſubſtantiæ uel alterius generis eſt .

Specie qui ex eodem in idem ſpecie ut ex albo in nigrum aut ex bono in malum.

Co.vi. Si motus mobilis eſt deteriatur & tēpus in quo mouetur determi

natum erit.
Co.vii. Contingit in finito tempore infinitū motū esse nō idem: sed alterum & alterum sicut accidit multis & infinitis motis.
Co.viii. Quod mouetur primum secūdū locum & corporalem motum: necesse est tangi uel cōtinuum esse mouenti.
Co.viiii. Cōcesso cōtingenti nullū inconueniens poterit accidere.

Ex lectione.iii.&co.x:

Mouens primum nō sicut finis sed unde principium motus simul est cū eo quod mouetur & nihil eorum est medium.
Sicut tres sunt species motuū scilicet scd'm locū & secundum qualitatem & secundum quantitatem ita tres sunt species mobilium.
Loci mutatio est primus motuum.
Omne quod mouetur aut mouetur a se ipso aut ab altero.
Motus qui sunt ab altero quattuor sunt. s. pulsio tractio uectio uertigo & omnes alii ad hos reducuntur.
Pulsionum alia impulsio alia expulsio.
Diffi. Impulsio est cum mouens ei quod mouetur non deficit:
Di. pulsio est cum expellens deficit ei quod expellitur.
Quod uehitur non secundum se mouetur sed secundum accidens.
Vehēs aut mouetur p pulsum: aut per tractum aut per uertiginē: quare uectio in tribus necessario erit motibus.
Diffi. Tractio est cū motus trahentis ad se ipum uel ad alterꝫ est uelocior & non est separatus ab eo quod trahitur.
Vertigo cōponitur ex tractu & pulsione.
Pulsio est a se ipso aut ab alio ad aliud motus.
Di. Proiectio est quando uelocior fit motus eo quod secūdum naturā fertur fortiori facta pulsione.

Ex lectiōe.iiii. & co.xi.

Inter alteratum & alterans nullum est medium.
In oibus alteratis simul est ultimū alteratum & primum alterans.
Quod alteratur alteratur scd'm qualitatem sensibilem.
Sensibilibus qualitatibus differūt sensibilia corpora ab inuicem.
Co.xii. Scd'm oia qbꝫ alterātur corpora inaiata scd'm ea alterātur & aiata
Faciens scd'm passiōem & patiens simul sunt & iter illa nō est medium.
Augens & quod augetur sunt simul.

Ex lectione.v.&co.xiiii:

Solū horꝫ est alteratio q̄cūq; scd'm se dicūtur pati a q̄litatibus sēsibilibus
Co.xv. Ex quo ē forma statuæ nō dicimus statuā: sed denoiatiue æneam.
Aes dicimus esse humidum & calidum & forte: & non solū sic sed etiam humidum & calidum & forte dicimus esse æs æqualiter materiam prædicantes de passione & econuerso.

Quæ alterantur æqualiter cum paſſionibus de inuicem prædicantur.
Co.xvi. Inconueniens eſt dicere hominem aut domum accipientem finem ſue perfectionis alterari.
Co.xvii. Alteratio nō eſt in his quæ fiunt: inquantum fiunt neque in habitibus.
Habitus quædam uirtutes & malitiæ ſunt.
Virtus & malitia ſunt ad aliquid.

Ex lectione ſexta & co.xviii.

Circa uirtutes animæ & malitias non eſt alteratio.
Virtus quædam perfectio eſt.
Tunc maxime unūquodq; perfectum eſt cum attingit proprie uirtuti: & tunc eſt maxime ſecundum naturam.
Co.xviiii. Cum aliquid alteratur acceptio uirtutis & remotio malitiæ fit aut econtrario: alteratio tamen neutrum horum eſt.
Virtus impaſſibilitas quædam eſt ſcd'm ſtoycos.
Cōtraria paſſio uirtuti eſt malitia.
Tota uirtus moralis in delectationibus & triſtitiis cōſiſtit.
Omnis delectatio uel triſtitia aut eſt ſecūdū actum uoluptatis: aut ſecundum memoriam: aut ſecundum ſpeciē: & ſemper cauſa eſt ſenſus.
Co.xx. Intellectiua parte animæ non eſt alteratio.
Sciens ideſt ſcientia maxime dicitur ad aliquid.
Nulla mutatione facta in intellectiua parte fit ſcientia: ſed ſolum exiſtente quodam in ſenſitiua parte quæ eſt experientia uniuerſalem accipimus ſcientiam.
Actus ſciæ generatio non eſt neq; alteratio.
Quieſcendo & reſidendo ſciens fit anima & prudens.
Neq; cum dormiens excitatur aliquis aut ebrius pauſat: aut infirmans ordinatur. factus eſt ſciens: quamuis prius nō poterat uti ſcientia & ſecūdum eam agere.
Iuuenes non addiſcere neq; iudicare ſenſibus ſimiliter ſe moribus poſſunt multa enim in eis eſt perturbatio corporis & motus.
In nulla parte animæ eſt alteratio niſi per accidens: niſi in ſenſibili parte.

Ex lectione.vii.& co.xxi.

Non eſt equalis alteratio loci mutationi neq; maior aut minor.
Co.xxiiii. Nulla equiuoca comparantur adinuicem.
Commento.xxviii. Non ſolum oportet comparabilia non æquiuoca eſſe: ſed nec habere differentiam ex parte ſubiecti in quo recipiuntur neq; ex parte eius quod recipitur

Ex lectione .viii. & co.xxx.

Motus æque uelox eſt quod mouetur in equali tempore per æquale tan-

tæ longitudinis ſcd'm mutationem eiuſdem ſpeciei:
Alteratio & loci mutatio non poſſunt dici æquæ ueloces:
Tempus ſemper eſt athomum ſpecie.
Loci mutatio habet ſpecies quia illud ſuper quod mouetur ideſt magnitudo habet ſpecies.
Quæ mouentur in æquali tempore ſecundum eandem magnitudinem non ſpecie differentem æquæ uelocia ſunt
Commento trigeſimoprimō. Genus nō eſt aliquid unum ſed iuxta hoc latent multa.
Equiuocationum aliæ ſunt multum diſtantes: ut canis animal & cæleſte ſidus:aliæ uero multum habentes ſimilitudinem: ut homo uerus & pictus:aliæ uero proxime:aut genere ut corpus corruptibile & cæleſte:aut ſimilitudine ut magiſter qui docet in ſcholis & qui præeſt domui
Species eſt alia non quando idem in alio:ſed quando alia natura eſt in alio.
Diffinitio eſt qua diſcernimus utrum aliqua ſint idem aut aliud.
Co.xxxii. Vna alteratio eſt æquæ uelox alteri:in æquali enim tempore aliqua alterata ſunt.
In qualitate non inuenitur æqualitas ſed ſicut in quātitate æqualitas ita in qualitate ſimilitudo.
Ad hoc quod alteratio ſit æquæ uelox oportet quod qualitas ſit eadem & neque magis neque minus inſit &ſubiecti ſit æquale
Si illa quæ mouentur ſecundum ipſa & non ſecundum accidens ſpecie differunt & motus ſimiliter ſi genere genere ſi uero numero numero.

Ex lectione .viiii.&co.xxxv.

Omne mouēs localiter ſemper mouet aliquid in aliquo tempore uſque ad quantam aliquam lōgitudinem.
Semper ſimul aliquid mouet & mouetur.
Si aliqua potentia mouet aliquod mobile per aliquod ſpatium in aliquo tempore medietatem illius mobilis per duplum ſpatium: mouebit uel æqualis potentia in eodem tempore uel eadem in æquali tempore.
Medietatem mobilis mouebit per idem ſpatium æqualis potentia in medietate temporis.
Commento.xxxvi. Si aliqua potentia idem mobile mouet in eodem tempore per tantum ſpatium:& medietatem in medietate mouebit per tantum ſpatium & media potentia medietatem mobilis per idē ſpatium in æquali tempore.
Commento.xxxvii. Si tota uirtus totum mouet medietas non mouebit

neq; per quancūq; partē neq; in quocunq; tp̄e: unus enī moueret nanē.
Rō zenonis est falsa. s. qđ quælibet pars milii in terram ꝓiecta faciat so nū: quia totus modius cadens facit sonū.
Pars nō est nisi in potentia in toto.
Co. xxxviii. Si sint duo mouentia & utr̄q; eor̄ per se moueat tātū in tāto tp̄e per tantum spatium cōpositа simul cōpositū ex grauibus æquali ter mouebit longitudine in æquali tempore.
In augmento aliquid est qđ est augens aliquid qđ augetur & tp̄s & quā titas secundum quam augetur similiter & in alteratione est alterans & qđ alteratur & tempus & qualitas.

Propositiones ex octauo libro physicorum Aristotelis.

Ex lectiōe prima & co. primo.

Otus est ut uita quædam oībus natura subsistentibus.
Esse motum oēs affirmant de natura aliqd dicentes pp hoc ꝙ
m mūdū faciunt & de generatione & corruptiōe cōsideratio est oībus ipsis quam impossibile est esse nisi sit motus.
Qui dicūt infinitos mūdos esse sicut democritus: & quosdam q̄dem fieri quosdam autem corrumpi mūdor̄: semper dicūt esse motū.
Co. i. Anaxagoras dicit simul oībus existentibus & q̄escentibus in infinito tp̄e motū facere intellectū: & disgregare.
Empedocles dixit aliqua in parte tp̄is moueri: & iter̄ oīa quiescere mo ueri q̄dem cum amicitia ex multis faciat unum: aut discordia multa ex uno quiescere autem in mediis tēporibus.
Co. iii. Vtile est nō solū ad naturæ cōsiderationem scire ueritatem de motu: sed etiam ad scientiam de principio primo.

Ex lectione .ii. & co. iiii.

Dicimus motū eē ēdelechiā. i. actū mobilis scd̄m ꝙ est mobile.
Ad hoc ꝙ sit motus necesse est existere res possibiles moueri secūdū unū quēq; motum.
Co. vii. Quies est priuatio motus.
Co. viii. Quædam mouent singulariter idest uno mō tantū: ut naturalia: alia scd̄m cōtrarios motus ut agentia per intellectū.
Vna scientia uidetur esse cōtrarior̄.
Quæcūq; possibilia sūt facere aut pati aut mouere: uel moueri: nō penitꝰ possibilia sūt: sed put se hñt i q̄dā habitudie ḋteriata & ꝑpiqtate adiuicē
Co. viiii. Necesse est in his quæ sūt ad aliquid ut nō fiat noua habitudo: si nō utrūq; aut alter̄ mutetur.
Co. x. Prius & posterius nō erunt tp̄e nō existente.

Tempus non erit nisi sit motus.
Impossibile est tempus factum esse.
Solus plato genera uit tempus: simul enim cum cœlo factum esse: & ipsū cœlum factum esse dixit.
Co.xi. Impossibile est dicere & intelligere tempus sine ipso nunc.
Nunc est medietas quædam: & principium & finem simul habens: principium quidem futuri temporis: finem uero præteriti.
Necesse est tempus semper esse.
Si tempus semper est necesse est & motum semper esse.
Tempus est quædam passio motus.
Co.xiii. Motus est perpetuus.

Ex lectione .iii. & co .xiiii.

Nihil inordinatum est eorum quæ natura facit aut secundum naturam sunt.
Natura omnibus causa ordinationis est.
Infinitum ad infinitum nullā proportionem habet.
Ordinatio omnis proportio quædam est.
Quod naturæ est: aut semper eodem modo se habet: & non aliquando sic aliquādo uero non: aut rationem habet: quare non semper eodem modo se habet.
Aliquid dicētem non oportet affirmare solum: sed etiam causam dicere.
Amicitiæ est congregare inimicitiæ uero disgregare.
Aliqua sunt perpetua quorum alia est causa: ut quod triāgulus habet tres angulos equales duobus rectis.
Alia uero quorum nulla est causa: ut principiorum non est aliqua causa: & perpetua sunt.

Ex lectione .iiii. & co .xvii.

Est ex nobis ipsis principium nostri motus aliquando etiam si nihil extra moueat: & hoc i inanimatis esse non uidemus similiter.
Hō dicitur paruus mundus.
Co.xviii. Recte dicitur non eundem semper & unum numero esse motū qui est inter contraria.
Nihil prohibet quēdam eundem motum esse qui sit cōtinuus & ppetuus
Co.xx. Conspicimus semper aliquem naturalem motum in animali: huius autem motus non ipsum animal causa est: sed cōtinēs forsitan.
Necessarium est multos in corpore fieri motus a continente: horum aūt quosdam appetitum & intellectum mouere: & tunc totum iam animal mouere.

Ex lectione .v. & co .xxi.

Cōtingit eorum quæ sunt alia immobilia esse: alia uero semper moueri: alia autem quandoq; moueri & quandoq; quiescere.

Co.xxii Quomodo ꝙ oĩa quieſcánt nõ ſolum ad phyſicũ ptinet:ſed etiã ad oẽs ſcias & ad oẽs artes ꝓp id ꝙ motu utuntur omnes.

Importunitates de principiis mathematicis non pertinent ad mathematicum(ut ſcilicet eas remoueat) ſimiliter & in aliis ſcientiis.

In ſcientia quæ eſt de natura ſuppoſitio eſt:ꝙ natura ſit principiũ motus

Co.xxiii Neq; augeri neq; minui poſſibile eſt continue:ſed eſt & mediũ.

Non ſi guttæ tantum lapidis effodiunt & remouent in tanto tẽpore:medietas guttarum medietatem in medio effodit prius.

Si partibile in infinitum eſt quod alteratur :non propter hoc & alteratio: ſed uelox eſt multotiens.

Dicere aliquid continue alterari multum in manifeſtis eſt ambigere.

In contrarium omnis alteratio eſt.

Lapis neq; fit durior neq; mollior.

Commento.xxiiii. Terra & aliorum unumquodque corporum naturalium ex neceſſitate permanet cum ſunt in propriis locis mouentur autem uiolenter ex his.

Impoſſibile eſt aut omnia ſemper moueri :aut omnia ſemper quieſcere.

Ex lectione .vi. & co .xxvi

In omni motu eſt quædam generatio uel corruptio uel ſimplicite uel ſecundum quid.

Phantaſia & oppoſitio motus quidam ſunt.

Quærere rationem ad probandum quod in maiori dignitate habemus quam indigere ratione :eſt male iudicare inter melius & peius:& credibile & incredibile:& principium & non principium.

Ex lectione .vii.& co.xxvii.

Mouentium & eorum quæ mouentur: alia quidem ſecundum accidens mouent & mouentur:alio uero per ſe ipſa.

Secundum accidens mouent & mouentur dupliciter: uno modo quia ſunt i mouentibus aut in his quæ mouentur:aliomodo quia mouent & mouentur ſecundum partem.

Per ſe ipſa dicuntur mouere uel moueri:quæcunque mouent uel mouentur non in eo quod ſunt immouente aut in his quæ mouentur :neque in eo quod pars aliqua mouet aut mouetur.

Eorum quæ mouentur per ſe:alia a ſe ipſo mouentur alia uero ab alio.

Eorum quæ mouentur alia mouentur ſecundum naturã:alia uero uioſẽtia & extra naturam.

Quod ipſum a ſeipſo mouetur ſecundum naturam mouetur: ut quodlibet animalium.

Quorum principium motus eſt in ſe ipſis hæc a natura dicimus moueri.

Totum animal mouetur a natura:corpuſ autem eius contingit & a natura & extra naturam moueri.

Eorum quæ mouentur ab alio alia quidem mouentur a natura alia extra naturam.ut terra ſurſum:ignis deorſum:

Partes animalis multotiens mouentur extra naturam :iuxta poſitiones & modos motus.

Co.xxviii. In his quæ mouentur extra naturam manifeſtum eſt ab alio moueri quod mouetur:& illa quæ ſunt ſecundum naturam &a ſe ipſis mota :ut aialia:non immanifeſtū eſt ſi ab aliquo mouentur.

Sicut in nauibus & nō natura ſubſiſtentibus ſic & in animalibus diuerſū eſt mouens & quod mouetur.

Co.xxviiii. Vitale eſt mouere ſeipſa & animatoꝝ propriū :& facere ſtare.

Ambulandi cauſa in ipſis animatis eſt & nō ambulandi.

Irrationabile eſt ſi ſe ſecundum unum motum ſolum a ſe ipſis moueant quæ ſe ipſa mouent.

Co.xxx. Nō cōtingit cōtinuum aliquod ſe ipſum mouere.

Neceſſe eſt diuidi mouens in unoquoꝝ ab id quod mouetur ſicut uidemus in inanimatis cum mouet aliquod animatorum ipſa.

Ex lectione octaua &co.xxxi.

Alia ſunt motiua extra naturam ut uectis non natura grauis motiuus eſt: alia uero natura:ut actu calidum motiuum eſt illius quod eſt potentia calidum.

Illud eſt mobile natura quod eſt potētia quale:aut q̄tū:aut ubi: cū habeat principium huiuſmodi in ſe ipſo & nō ſecundum accidens.

Contingit idem eſſe potentia quale & quātum ſed alterum alteri accidet & non ſecundum ſe exiſtit.

Co.xxxii. Eſt aliter in potentia ad ſcientiam addiſcēs ſcientiam :& aliter ſciens iam:& non conſiderans.

Semper cum ſimul actiuum & paſſiuum ſunt: fit aliquando actu quod eſt in potentia.

Hīs ſcīam nō cōſiderās āt potētia ē ſcīēs q̄dāmō:ſed nō ſicut aī addiſcere

Actus leuis eſt alicubi eſſe ſurſum ,phibetur aūt cū in cōtrario loco ſit.

Cū quæritur quare in proprium locum moueātur grauia & leuia :cā ē qa apta nata ſunt ſic moueri:hoc enim eſt graui & leui eſſe.

Suſtinens & prohibens aliquod graue uel leue:eſt cauſa motus eorum p accidens ſicut ille qui mouet .

Naturalia habet in ſe principiū nō mouendi neq; faciendi ſed patiendi

Co.xxxiii. Leue &graue mouentur a grauante per ſe:aut a ſoluente prohibentia impedientia ſcilicet mouentur per accidens

Omnia quæ mouentur ab aliquo mouebuntur:

Ex lectioe nona

Aliquid eſt mouēs dupliciter aut.n.nō pp ſe ipm ē mouēs ſed pp alterū aut propter ſe ipſum.

Quod mouet propter se ipsum aut mouet per plura media aut per unum tantum :ut baculus mouet lapidem:& mouetur a manu mota ab hoie
Vtraq; mouere dicimus & primum & ultimum mouentium : sed magis primum: illud enim mouet ultimum:sed non hoc primum :& sine primo quod ultimum non mouebit ille autem sine hoc.
Co.xxxiiii. Infinitorum non est aliquod primum.
Co.xxxv. Impossibile est in infinitum abire in mouentibus &motis.
Co.xxxvi. Nihil per accidens est necessarium :sed contingit non esse.
Si ponamus possibile esse nullū ipossibile accidit licet forte falsū accidat
Motum impossibile est non esse.
Co.xxxvii. In motu tria necesse est esse : quod mouetur : & mouens & quo mouet:
Quod mouetur necesse est moueri:mouere autē non necesse est :sed quo mouet mouere & moueri.
Tangere necesse est adinuicem mouentia a primo utrunq; ad ultimū.
Anaxagoras recte dixit intellectum impassibilem inquiens &immixtum esse:quoniam quidem principium motus ipsum facit esse: sic enim utique solum mouebit cum sit immobilis:imperabit autē cū sit imixtus.
Co.xxxviii. Impossibile est quod mouens secundum eādem speciem moueatur qua mouet:oportet enim usq; ad indiuidua diuidentem peruenire:ut si aliquis docet geometrizare :hoc idem doceri geometrizare
Non est necesse quod mouens uno genere motus moueatur alio genere sed necesse est stare:finiti enim sunt motus.
Omne quod mouetur magis mouetur a priori mouente.
Co.xxxviiii. Non est necesse semper moueri quod mouetur ab alio :quare a quiescente mouebitur quod mouetur primū aut se ipsū mouebit.
Causa motus magis est se ipsum mouens quam quod mouetur ab alio.
Illud quod per se est causa:semper est prior eo quod est causa scd'm alterū

Ex lectione.x.&co.xxxx.

Necesse est omne quod mouetur esse diuisibile in semper diuisibilia.
Omne quod mouetur per se cōtinuum est.
Impossibile ē quod ipsum mouens se ipsum penitus moueat se ipsum totum :totū enim feretur & fertur secundum eandem loci mutationem unum cum sit & indiuiduum specie.
Illud quod mouetur mobile est.hoc enim mouetur quod est in potentia existens & actu.
Quod est in potentia in actum uadit.
Motus est actus mobilis sed imperfectus:
Mouentis se ipsum una pars mouet & alia mouetur.
Co.xxxxi. Mouens prius magis est causa mouendi quam sequens & mouebit magis.

Duplex est mouens:aliud quidē mouet quod ab alio mouetur:aliud aut ex seipso:proximus autem est principio quod longius est ab eo qđ mouetur q̄ medium.

Necesse est semper motum esse,

Co.xxxxii Mouentis se ipsum primo neq; una pars neq; plures mouebūt se ipsas :sed alia pars mouebit cum sit immobilis:alia autē mouebitur

Ex lectione.xi.&co.xxxxiii

Necesse est mouens se ipsum esse ex parte immobili mouēte & ex ea quæ mouetur non mouente ex necessitate.

Contacta adinuicem sunt utraq; pars mouentis se ipsum: si continuum ē quod mouetur mouens :si uero non solum ab altero alterum tāgitur

Quod mouetur continuum necesse est esse.

Co.xxxxiiii Nihil prohibet aliquid quod mouetur potentia esse diuisibile actu autem indiuisibile:

Si aliquid diuidatur actu non erit habens eādem potentiam ad hoc qđ moueat uel moueatur quam prius habebat.

Nihil prohibet in his quæ sunt diuisibilia potentia esse unum primum.

Manifestum est quoniam est primum mouēs immobile.

Ex lectiōe.xii. & co.xxxxv.

Oportet motum semper esse & non deficere.

Co xxxxvi Necessarium est esse aliquid immobile ab omni exterius mutatione & simpliciter & secundum accidens:motiuum autem alterius

Principiorum motiuorum quædam aliquando esse aliquando autem nō esse contingit sed non omnia.

Co.xxxxvii Vnum principium mouens magis quam multa:&finita quā infinita oportet extimare.

Co.xxxxviii Necesse est esse aliquod unum & perpetuum primū mouēs:

Si est aliud & aliud mouens:non continuus erit motus: sed consequenter se habens.

Ex lectione.xiii.&co.l.

Alia sunt semper immobili a alia uero quæ semper mouentur.

Co.li Motus localis animali non ex se ipso causa est:sed insunt alii motus natura in animalibus secūdum quos non mouentur per se ipsa :ut augmentum & decrementum & respiratio quibus mouetur animaliū unumquodq; quiescens :horum autem causa est continens & multa intrantium.

Quorumdam animalium dum coquitur alimentum dormiunt quidem disgregato autem surgunt &mouēt se ipsa:cum tamen primum principium extra naturam eius sit.

Mutat corpus locum quare & quod in corpore existens ideſt anima :sed per accidens tamen;

Co.lii Si aliquod eſt principiū mouens immobile & mouetur ſcd'm acci
dens :impoſſibile eſt continuū motum ipſum mouere.
Qua continue neceſſe eſt eſſe motum oportet aliquod primum mouens
immobile eſſe & nō ſcd'm accidens.
Principio manente neceſſe eſt oē manere quod continuū eſt ad principiū
Non eſt idem moueri ſcd'm accidens a ſe ipſo:& ab altero.
Moueri per accidens ab altero ieſt quibuſdam principiis cœleſtium mo
tuū quæ ſecūdū plures feruntur motus:ſed a ſe ipo moueri per accidēs
corruptibilibus ſolum ineſt.
Co.liii Si aliquod eſt ſemper mouens &quidem immobile quod nec mo
uetur per ſe nec per accidens ipſum autem perpetuum ſit neceſſe eſt &
primum quod mouetur ab hoc perpetuū eſſe.
Impoſſibile eſt eſſe generationem & corruptionem & mutationem niſi
aliquid moueat & moueatur.
Immobile eundem ſemper mouebit motū & eodem modo nihil .ſ.habi
tudini: mutans ad id quod mouetur.
Quod mouetur ab eo quod mouetur ab immobili propter id ꝙ aliter &
aliter ſe habet ad res non eiuſdem motus erit cauſa.

Ex lectione .xiiii. & co .liiii:

Neceſſarium eſt unū & eūdē eſſe primum motum & continuum quo pri
mum mouens mouet.
Co.lv Tribus exiſtētibus motibus alio quidem ſcd'm magnitudinem: &
alio ſcd'm paſſionē:&quodā ſcd'm locū:quē uocamus loci mutationē
hunc neceſſarium eſt eſſe primum:
Impoſſibile eſt eſſe augmentum alteratione non præexiſtente.
Diffi Neceſſe eſt alterationem in cōtraria eſſe mutationem.
Alterationē ſine loci mutatiōe nō cōtingit eſſe.
Si neceſſe eſt ſemper motum eſſe neceſſe eſt & loci mutationem ſemper
eſſe cum ſit prima motuum.
Oium paſſionū .ideſt paſſibiliū qualitatum principiumdenſitas &raritas
eſt hic loquitur ſcd'm opinionem antiquorum uel aliquam habet ueri
tatem ſi ordo impaſſibilibus qualitatibus attendatur ſecundum propi
quitatem ad materiale principium
Graue & leue :moſſe & durum calidū & frigidū denſitates uidentur eſſe
& raritates.
Denſitas & raritas congregatio quædam & diſgregatio eſt ſecundum q̄s
generatio &corruptio dicitur ſubſtantiarum.
Quæ congregantur & diſgregantur neceſſe eſt ſcd'm locū mutari.
Prius dicitur multifarie dicitur enim prius quo non exiſtente non erunt
alia illud uero ſine reliquis quod ſcilicet eſt prius natura & quod pri
us eſt tempore:& quod ſecundum ſubſtantiam .ideſt ſecundum per

fectionem.
Motus qui eſt ſemper magis eſt continuus quã cõſequentet ſe habens.
Dignius eſt motum eſſe cõtinuum quam conſequenter eſſe.
Quod dignius eſt ſemper accipimus in natura ſi poſſibile eſt eſſe.
Poſſibile eſt motum localem eſſe continuum:
Alium motum excepto locali continum eſſe non eſt poſſibile.
Neq; augmentari:neq; alterari:neq; fieri neq; corrumpi contingit:niſi ſit motus continuus quẽ mouet primum mouens.
Co.lvii. Motus localis eſt prius tempore aliis motibus quia perpetuus eſt
In uno aliquo habentium generationem:loci mutationem neceſſe eſt poſtremam motuum eſſe.
Loci mutatio iam perfectorum motus eſt.
Generationem impoſſibile ẽ eſſe primã omnium motuum omnia enim eſſent quæ mouentur corruptibilia.
Augmentum:alteratio decrementum:& corruptio:poſteriores ſcilicet tẽpore generatione ſunt.
Co.lviii. Quod generatione poſterius eſt natura prius eſt.
Vltimum loci mutatio omnibus ineſt quæ ſunt in generatione.
Aliqua immobilia omnino ſunt uiuentium propter indigentiam organi:ut plantæ & multa genera animalium.
Perfectus animalibus loci mutatio ineſt.
Loci mutatio eſt primus aliorum motuum ſecundum ſubſtantiam ideſt ſecundum perfectionem.
Co.lviiii. Nequaquã ſubſtantiam mutat quod mouetur ſecũdũ locũ.
Secundum alterationem fit tranſmutatio ſecundum qualitatem.
Quod augetur & decrementum patitur tranſmutatur ſecundum quantitatem.
Commento.lx. Mouens ſe ipſum maxime proprie mouet ſe ſecundum locum.
Mouens ſe ipſum dicimus eſſe principium eorum quæ mouentur & mouentium & primum in his quæ mouentur.
Aliquem aliorum motuum a locali non contingit eſſe continum:

Ex lectione .xv,& co.lxii.

Omnes motus & mutationes ſunt ex oppoſitis in contraria:
Generationi & corruptioni termini ſunt eſſe & non eſſe.
Alterationi termini ſunt contrariæ paſſiones.
Augmento & decremento termini ſunt magnitudo aut paruitas: ſiue pfectio magnitudinis aut imperfectio.
Motus ſunt contrarii qui ſunt in contraria.
Quod non ſemper mouetur determinato motu & exiſtente prius:neceſſe eſt prius quieſcere quiete oppoſita illi motui.

Generatio & corruptio opponuntur ſimpliciter deſt in uniuerſali &etiã ſingularis ſingulari:& eorum non erit continua mutatio :ſed medium erit ipſorum tempus.

Non quieſcit quod non eſt:

Si ſolum medium ſit tempus non erit mutatio continua.

Idem pluribus erit contrarium ut motus motui contrario & quieti contrarius eſt.

Co.lxiii. Natura ſemper ſimiliter ſe habet in omnibus &operatur.

Ex lectiõe.xvi. & co.lxiiii.

Omne quod mouetur localiter :aut mouetur circulariter :aut ſecundum rectitudinem:aut ſecũdum motum mixtum ex utroq;.

Non eſt poſſibile motum compoſitum ex utriſq; eſſe continuum in infinitum.

Quod fertur ſecundum motum rectum in magnitudine infinita:non fertur continuum.

Quod reflectitur ſecundum motum rectum mouetur contrariis motibus

Contrarius eſt motus ſecundum locum ſurſum :ei qui eſt deorſum :& q eſt ante ei qui eſt retro :& qui eſt ad ſiniſtram ei qui eſt ad dextrã: loci eni contrarietates hæ ſunt.

Vnus motus & continuus eſt qui eſt unius ſubiecti & in uno tempore:& in eadem re non differenti ſecundum ſpeciem.

Contraria differunt ſpecie.

Contraria ſe corrumpunt & prohibẽt ſe adinuicem.

Co.lxv. Non eſt idem ferri circulo ideſt circulariter & ferri circulum ideſt pertranſire circulum.

Medium utrũq; eſt ſcilicet principium & finis: & unum numero ratione autem duo.

Aliud eſt quod eſt in potentia & quod eſt in actu.

Ex lectione.xvii.&co.lxvii.

Signum quod eſt in medio motus continui eſt potentia tantum finis & principiũ: ſignum autem aquo incipit reflexio eſt actu.

Non contingit continuum motum in recto perpetuum eſſe.

Infinita tranſire impoſſibile eſt.

Co.lxviii. Non eſt inconueniẽs ſi in infinito tempore infinitum quis trã ſeat ſpatium.

Si aliquis diuiſerit continuum in duo media uno ſigno tãquam duobus utitur :facit enim ipſum principium & finem.

In continuo ſunt infinita media non actu:ſed in potentia

Non contingit infinita actu tranſire in potentia autem contingit:

Quod continue mouetur infinita ſecũdum accidens tráſiuit: ſimpliciter autem non.

Accidit lineæ infinita media eẽ &ſ̃ba lineæ eſt altera ab hiis mediis &]eẽ.

Co.lxviii. Si in illo ſigno temporis quod diuidit prius &poſterius res nõ ſit eodem mouetur ſicut in tempore ſequenti :erit idem ens& non ens & quãdo fuit non eſt.

Non eſt poſſibile in indiuiſibilia tempus diuidi.

Ex lectiõe.xviii. & co.lxx.

Omne quod mouetur continue :ſi a nullo prohibeatur :in quod quidem uenit ſecũdum loci mutationem in hoc ſic ferebatur cum proximum erat ſicut mox cum incepit motum.

Motus diſtinctus quiete non eſt unus.

Co.lxxi. Quies eſt priuatio motus.

Quies quæ eſt in aliquo termino :oppoſita eſt motui qui eſt ab illo termino.

Co.lxxii. Non oportet quod ſi continuum eſt tempus quod ſit & motus continuus.

Ex lectione.xviiii.&co.lxxiii.

Quod motus circularis ſit unus & continuus nullũ impoſſibile cõtingit.

Non omnis motus qui eſt i hoc contrarius eſt motui qui eſt ex hoc neq; oppoſitus ſed bene contrarius eſt ei qui eſt in recto.

Circularis motus eſt ab eodem in idem.

Rectus motus eſt ab eodem in aliud.

Motus qui eſt in circulo nequaquam eſt per eadem media ſi multotiens feratur:ſed bene motus qui eſt in rectitudine.

Quod ſemper in alia & in alio medio fit contingit moueri continue: ſed qui in eiſdem multotiens non contingit.

Neque in ſemicirculo neque in aliqua circuli parte contingit moueri continue.

Quia motus circuli copulat finem principio ſolus eſt perfectus.

Co.lxxiiii. Non contingit alios motus a locali eſſe continuos.

Co.lxxv. Motus circularis eſt primus oĩum motuum.

Recto motus circularis eſt magis ſimplex & perfectus.

Motus rectus non reflexus eſt imperfectus & corruptus.

Prius eſt natura & ratione & tempore perfectum imperfecto : & corruptibili incorruptibile.

Prior eſt quem contingit perpetuum eſſe non contingenti perpetum eẽ.

Ex lectiõe.xx. & co.lxxvi.

Omne quod quieſcit quieſcit aut in termino a quo: aut in termino ad quem.

Termini in linea circulari ſunt indeterminati.

Vnumquodq; puntum in circulo principium & medium eſt & finis:ita ut quædam ſemper ſint in principio & fine & quodammodo nũquã ſint

Spera mouetur & quieſcit quodammodo :
Spæra ſemper eundem optinet locum .
Principium medium & finis magnitudinis circularis accidũt cẽtro:&iſta ſunt extra circulationem .
Quod mouetur circulariter fertur ſemder circa medium :ſed non ad ultimum :& propter hoc manet & ſemper quieſcit quodammodo totũ & non mouetur continue.
Quoniam menſura omnium motuum eſt circulatio :primam neceſſe eſt ipſam eſſe:& quia prima eſt menſura illorum eſt :accidit enim iſta cõuerſim ſe ſequi .
Omnia menſurantur primo.ſ.ſui generis.
Contingit ſolũ motum circularem eſſe regularem.
Quæ feruntur in recto a principio irregulariter feruntur ad finem.
Omnia quæ mouentur naturaliter quanto diſtant plus a prima quiete:ferũtur uelocius.
Circularis ſolius neq; finis neq; principium in ipſo .i.in centro aptum natum eſt eſſe ſed extra .
Co.lxxvii Quod loci mutatio primus motuum ſit teſtantur omnes qui cunq; de motu fecerunt memoriam .
Mouebit ſe ipſum animal & omne animatum ſecundum tranſmutationem localem.

Ex lectiõe .xxi.& co.lxxviii.

Impoſſibile eſt aliq̃od finitum ſecundũm potẽtiam mouere ſecundum infinitum tempus.
Infinitum tempus non auferam ſemper remouens æquale .
Co.lxxviiii In finita magnitudine nõ contingit ifinitam eſſe potentiam
Plus ; ideſt maior potentia ſemper æqualem effectum in minori eſt faciẽs tempore quã minor.
Nullum finitũ contingit infinitam potentiam habere nec ifinitũ finitam
Co.lxxx In infinita magnitudine nõ contingit ifinitam potentiam eſſe.
Contingit in minori magnitudine ampliorem potentiam eſſe
Omnis finitæ potentiæ neceſſe eſt eſſe finitum tempus.
Si tanta potentia mouet in tanto tempore:maior mouebit in minori tempore :ſed determinato ſecundum cõuerſionem proportionis.
Infinita potentia eſt excellens oẽ finitum tempus .

Ex lectione.xxii.& co lxxxii.

Omne quod mouetur mouetur ab aliquo :quæcunq; nõ ſe ipſa mouent
Primum mouens facit poſſibile mouere ut aerem aquam & huiuſmodi quod apta nata ſint mouere & moueri :
Secundum quod mouetur ſimul quieſcet ; ſcilicet moueri cum primum

mouens quieuerit :sed tamen mouens adhuc erit.
Pausat motus cum minor fuerit uirtus mouendi.
Motus proiectionis fit in contingentibus aliquando quidem moueri :ali quando quidem quiescere & non est cōtinuus:non enim est unum mo uens:sed habita ad inuicem sunt.

Ex lectiōe.xxiii.&co.lxxxiii.

Necesse est semper esse motum continuum:& hic est unus.
Necesse est motum unum esse alicuius magnitudinis:non enim mouetur impartibile & unum ab uno.
Mouens immobile non necesse est mouere :sed semper poterit mouere:i fatigabile enim est sic mouere:& regularis hic motus est:aut solus : aut maxime:
Mouēs immobile neq; unam habet mutationem.
Ad hoc qd' motus sit uniformis oportet id qd' mouetur nullā habere mu tationem iuxta illam qua mouetur a motore immobili
Co.lxxxiiii. Citius mouētur proxima mouenti.
In circulo est mouens primi motus & non in centro :
Co.lxxxv. Solus motus continuus est quē mouet mouens immobile
Mouens immobile semper similiter se habens & ad illud quod mouetur similiter se habebit & continue.
Co.lxxxvi. Primum mouens perpetuum mouet motum & in infinito tempore.
Primum mouens & immobile impartibile est & nullam habens magni tudinem:

Expliciunt propositiones ex.viii.libro physicorum Aristotelis.

Incipiunt propositiones ex libro primo de cœlo & mundo Aristotelis: Annotatioq; lectionum est secundum expositionem Sancti Thomæ.

Ex lectione prima & co.primo.

d E natura scientia plurima est circa corpora & magnitudines existens: & horum passiones & motus:adhuc aūt circa principia quæcūq; talis substantiæ scilicet corporis mobilis sunt.
Rerum naturaliū hæc habent corpus & magni tudinem:hæc autem principia habentium sunt ut scilicet anima :forma & materia.

Ex lectione secunda &commento secundo.

Diffi. Continuum est quod diuisibile est in semper diuisibilia.
Diffi. Corpus est quod omniquaq; diuisibile est.
Diffi. Linea ẽ magnitudo quæ ad unum ideſt ad unã partem diuiditur.
Diffi. Planum ideſt ſuperficies est magnitudo quæ ad duo diuiditur.
Diffi. Corpus est magnitudo quæ ad tria diuiditur.
Præter lineam planum & corpus non est alia magnitudo.
Quemadmodũ aiunt pytthagorici :totũ & omne tribus determinata sũt consumatio enim ,i.finis & medium & principiũ numerum habet eũ qui omnis est:hæc autem ſcilicet finis principiũm & mediũ eum qui trinitatis.
Ad sanctificationes deorum utimur numero ternario.
Quæ duo sunt ambo dicimus :&duos ambos:oẽs aũt nõ dicimus: sed de tribus hanc prædicationem .i.oẽs dicimus primum.
Co.iii. Omne &totum :& perfectum nõ secũdũ speciem ideſt formalẽ rõnem differunt abinuicem quia ſcilicet omnia important integritatem quãdam sed si differunt:in materia & in quibus dicuntur differunt:
Corpus est magnitudinum perfecta:solum enim determinatum est tribus ſcilicet dimenſionibus.
Terquaq; diuisibile:omniquaq; est diuisibile.
Co.iiii. Ex corpore in aliud genus magnitudinis non est transitio quem admodũ ex longitudine in superficiem:in corpus autem ex superficie.
Necesse est exitum fieri secundum defectionem.
Non est possibile perfectum deficere :oiquaq; enim est.
Totum ideſt uniuerſum cuius particularia corpora partes sunt perfectum necesse est esse:
Vniuersum quemadmodum nomen significat omniquaq; est:&non hac quidem hac autem non.

Ex lectiõe .iii. & co.v.

Oĩa physica corpora &magnitudines secundum se ipsa mobilia dicimus esse secũdũ locũ:natura enim principium motus esse in ipsis dicimus.
Oĩs motus secũdũ locum quem uocamus lationem :aut rectus aut circularis :aut ex his mixtus.
Motus rectus & circularis simplices soli sunt:causa autem est quia magnitudines ipsæ simplices sunt:
Diffi. Circulatio est motus qui circa medium .i.mundi.
Rectorum motuum alius est sursum alius deorsum.
Diffi. Motus sursum est qui est a medio.
Diffi. Motus deorsum est qui est ad medium.
Co.vi. Corporũ hæc quidẽ simplicia hæc autem cõposita ex simplicibus
Diffi. Simplicia corpora sunt quæcũq; motus principiũ habent secũdum naturã :puta ignis & terra & hoȝ species sicut .i.flãma bitumen & co-

gnata his scilicet aer & aqua.

Corpoꝝ simpliciũ simplices sunt motus: mixti aũt cõpositorum.

Moueri in corporibus compositis est secundum prædominans corpus simplex.

Ex lectione .iiii. & co.viii.

Necessariũ est esse aliquod corpus simplex quod natum est ferri circulari motu secundũ sui ipsius naturam.

Co.viiii. Violentia contingit eo motu qui est alterius eo autem qui est secundum naturam est impossibile.

Co.x. Motus qui est præter naturam est contrarius ei qui secũdũ naturã: Vnũ uni contrariũ esse necesse est.

Lationes sursum & deorsum inuicem cõtrariæ sunt.

Co.xi Si alicui corpori est scd'm naturã motus qui sursum ignis erit aut aer: si autem qui deorsum aqua erit aut terra.

Co.xii. Primã necessariũ ẽ eẽ circularẽ lationẽ: pfectũ enim ẽ prius natura imperfecto.

Circulus perfectoꝝ est: recta aũt linea neq; una pfecta est neq; enim quæ infinita sit finita habebit enim utiq; finẽ & terminũ neq; quæ infinitaꝝ una oium enim aliquid extra augeri enim contingit quãcunq;.

Necesse est circularẽ motũ alicuius simplicium corpoꝝ esse.

Nata est esse quædam substantia corporalis alia præter eas quæ hic consistentias diuinior & prior hoꝝ oium.

Oĩs simplex motus aut secũdum naturam aut præter naturam ẽ

Motus qui alii præter naturã est: alteri secũdũ naturã erit ut sursum igni secundum naturã. terræ autem præter naturam.

Necessarium est circularem motum qui his corporibus præter naturam est: alterius cuiusdam esse secundum naturam.

Irrationabile oio est esse cõtinuũ motũ & sempiternum: existentem præter naturam.

Est aliquod corpus præter còrpora quæ hic & circa nos sunt alteꝝ segregatũ tãto nobiliorem habens naturam quanto quidem plus elõgatum est ab his quæ hic sunt.

Ex lectione quinta & co.xvii.

Diffi. Graue est quod ferri natum est ad medium.

Diffi. Leue est quod ferri natum est a medio.

Diffi. Grauissimum est quod oĩbus subsțat deorsum latis.

Diffi. Leuissimum est quod oĩbus superfertur sursum latis.

Necesse est oẽ quod fertur deorsum aut sursum: aut leuitatem habere: aut grauitatem: aut ambo.

Co.xviii. Quod circũfertur corpus ideſt cœlũ ipossibile est habere grauitatẽ aut leuitatẽ: neq; enim secũdum naturam neq; præter naturam cõ

uenit ipſi moueri ad medium uel a medio:

Co.xvii. In idem feruntur totum & pars ſecũdũ naturam.

Scd'm naturã nõ cõtingit corpori quod circunfertur moueri motu alio q̃ circulari:aut præter naturam neq; particularũ ulli.

Ex lectione .vi. & co .xx.

Cœlũ igenitũ eſt & incorruptibile & iaugmentabile & inalterabile:

Oẽ generabile fit ex cõtrario & ſbo quodã: & corruptibile corrumpitur ſuppoſito quodam:&a contrario & in cõtrarium.

Circulationi alicui non eſt contrarius motus.

Recte uidetur natura:cœlum futuꝝ ingenitũ & incorruptibile: exemiſſe a cõtrariis.

Inter contraria ſunt generatio & corruptio.

Ex lectione.vii.& co.xxi.

Augmentabile oẽ augetur a cõnaturali adueniente:&reſoluto in materiã Cœlo nõ eſt ex quo factum ſit.

Si aliquid eſt inaugmentabile & incorruptibile eiuſdem eſt ſuſcipere & inalterabile eſſe.

Diffi. Alteratio eſt motus ſecũdum quale.

Co.xxii. Omnes hoies de diis habent exiſtimationẽ.& oẽs eũ qui ſurſum deo attribuunt locũ & barbari & græci quicũq; quidẽ putant deos eẽ: ut immortale immortali coaptatũ ſit.

In omni præterito tempore ſcd'm traditã iuicem memoriã nihil uidetur tranſmutatũ neq; ſecundum totũ extremũ cœlum: neq; ſecundũ partẽ ipſius propriam ullam.

Non ſemel neq; bis ſed infinities oportet putare eaſdem adueniſſe ueras de cœlo opiniones ad nos.

Tanquã altero quodam exiſtente primo corpore præter terram & ignem & aerem & aquam:æthera antiqui appellauerunt ſupremum locum:a currere ſemper ſempiterno tp̃e ponentes denominationem ip̃i:anaxagoras aũt utitur noĩe hoc non bene:noĩat enim æthera pro igne.

Quod hoc loco inquit Ariſtoteles æther a currere & nõ ab ardere:ut Anaxagoras uoluit:appellatũ:ſi latinã & nõ grecã locutionẽ attendamus barbare dictũ uidtur.uult igitur Ariſtoteles magis αἰθηρ æthir a θέω theo uel θειο theio quod eſt curro quam ab αἰθω ætho quod eſt ardeo denominationem ſumere idque ex textu græco liquido patet in quo ſic legimus αἰθέρα προσωνόμασαν τὸν ἀεὶ τοπον ἀπὸ τοῦ θεῖν & cætera quod eſt athera appellauerunt ſupræmũ locum a currere.

Ex lectione .viii. & co.xxiiii.

Nõ eſt circulationi cõtraria aliqua latio:

Cõcauũ & gibboſum nõ ſolũ ad inuicẽ opponi uidentur cõbinata & iux

ta se posita. sed & recto:

Ex textu comenti. Motus cōcauus est qui est in uentre arcus: & motus gibbosus qui est super deorsum arcus.

Latiões q̄ fiunt in recto ad iuicē opponūtur pp loca .I. sursum & deorsum.

Sursū ei qđ est deorsum cōtrariū ē: & hæc est loci differētia & cōtrarietas

Co. xxx. Contraria latio est ex cōtrario in cōtrariū.

Co. xxxi Loci cōtrarietates sunt sursū & deorsū ante & retro: dextr̄ & sinistr̄ & lationum cōtrarietates scd'm locor̄ sunt cōtrarietates:

Co. xxxii. Frustra calciamentum dicimus cuius nō est calciatio: Dus & natura nihil frustra faciunt.

Ex lectione. viiii. & co. xxxiii:

Qui modicū trāsgressus ē a ueritate fit lōge plus decies millies: huius aūt cā est quia principium uirtute maius quam magnitudine.

Quod in principio modicum est in fine fit multum magnum:

Co. xxxiiii. Finitis simplicibus corporibus existētibus & multitudīe & magnitudine: necesse ē & cōpositū finitū eē & multitudine & magnitudīe

Co. xxxv. Necesse est corpus qd' circūfertur finitū eē oē: si enim infinitum esset: infinitæ essent quæ a medio egredientes lineæ.

Infinitar̄ linear̄ infinita est distantia: infinitā enim distantiam dico cuius nullā est extra sumere magnitudinem tāgētē lineas:

Numerum dicimus infinitum quia maximus nō est.

Ex lectione. x. & co. xxxvi.

A finito tempore si auferas finitum tempus necesse est reliquum esse finitum & habere principium.

Si tps icessus h3 pricipiū est ꝓncipiū & motus q̄re & magnitudis q̄ mota ē

Ex lectione. xi. Co. xxxviiii

Neq; spæra neq; tetragonū neq; circulus qui .s. est superficialis figura: & nō corpora ut spæra infinita sunt.

Commento. xxxxii. Est conuertibiliter dicere quod si finitum sit tempus in quo reuolutum est: & magnitudinem quæ pertransita est necesse est esse finitam.

Ex lectione. xii. & co. xxxxiiii.

Contrariæ lationes sunt ad cōtraria loca:

Contrariorum si alterum determinatum est & alterum determinatū erit

Mediū .s. mūd determinatum est.

Determinato medio loco: & eum qui sursum locum necesse est determinatum esse.

Si loca determinata sunt & finita: & corpora finita erunt:

Co. xxxxv. Si sursum & deorsum determinata sunt & intermedium necesse est determinatum esse.

Co.xxxxvi Non est possibile corpus esse infinitum.
Necesse est infiniti corporis infinitā esse grauitatem uel leuitatem.
Co.xxxxvii Proportōnaliter se habēt magnitudines grauitatibus:minor enim grauitas minoris est magnitudinis &maior maioris
Cōtingit infinita existente magnitudine quātūcūq; auferre.
Co.l. Infinita eē grauitatem est impossibile similiter & leuitatem.
Co.lii. Proportio nulla est infiniti ad finitū.

Ex lectione.xiii.&co.lvii.

Finitis primis id est simplicibus motibus existentibus necesse est species simplicium corporum eē finitas.
Necesse est semper motum habere omne corpus physicum.
Co.lviii Impossibile est fieri quod non contingit factum eē.
Impossibile est ferri illuc:ubi nullū quod fertur possibile est peruenire:
Co.lxii. Si qui uiolentia est motus ineſt alicui:ineſt & qui secundū natu ram inerit.

Ex lectione .xiiii. &co.lxiii.

Impossibile est infinitum corpus a finito corpore pati aliquid aut facere finitum.
Co.lxiiii. Aequale corpus in æquali tempore est æqualiter alterās: minus autem in æquali minus & maius maius.
Infitum in nullo tempore mouebit finitum.
Co.lxvi Infinitum ab infinito nō cōtingit pati in aliquo tempore:
Co lxviii Omne corpus sensibile habet uirtutem actiuam aut passiuam aut ambo.
Impossibile est corpus infinitum sensibile eē.
Co.lxviiii. Quæcunq; corpora sunt in loco oīa sensibilia sunt sensibileq; nullum corpus est nō ens in loco.
Nō ē corpus sensibile extra cœlū:neq; unū neq; simpliciter neq; scd'm qd Intellectuale non est in loco:
Extra & intra locum significant.

Ex lectione.xv.& co. lxx.

Non est possibile in circuitu moueri corpus infinitum homœomerum ideſt similium partium ens.medium enim infiniti nō est:quod autem in circuitu mouetur circa medium mouetur.
Co.lxxi. Quæ est infinita infiniti& infiniti infinita est uirtus:
Co.lxxiii Quoꝝ natura partium est eadem horum necessariu m'ē esse eū dem motum ubi enim una gleba & tota terra fertur:& totius ignis.& scintilla in eundem locum.
Commento.lxxi ii. Vbi non est medium neq; extremū erit neq;,hoc qui dem sursum hoc autem deorsum.
Loco corporibus nō existente nō erit motus.

Co.lxxv.Vbi præter naturam aliquid manetur aut fertur:neceſſe eſt cuiuldam eſſe alterius hunc locum ſecundum naturam.

Ex lectione.xvi.&co.lxxvi.

In quo loco ſecundum naturam aliqua manent:non uiolentia feruntur & in quem feruntur manent:in quo autem uiolentia:& uiolentia ferũtur :& in quem uiolentia feruntur uiolentia & manent.

Violenta latio contraria eſt lationi ſecundum naturam.

Co.lxxvi.&co.lxxviiii.Impoſſibile eſt eſſe plures mundos uno :neceſſe ẽ enim omnes mundos ex eiſdem eſſe corporibus ſimiliter exiſtentibus ſecundum naturam eandemq; habentibus uirtutem :quare natæ erunt ferri ad hoc quidem medium quæ in alio mundo ſunt terræ partes:& ad hoc quidem extremum qui ibi ignis:& ſi hoc accident neceſſe eſt ferri ſurſum terram in proprio mundo :ignem autem ad medium.

Co.lxxxi.Dicere aliam eſſe naturam ſimplicium corporum ſi diſtent minus uel plus a propriis locis irrationabile eſt.nihil enim differt tanta q dem lõgitudine diſtare:aut tãta:differt enim ſcd'm rõnem quãto plus magis ſpecies autem eadem eſt.

Ex lectione.xvii.& co.lxxxii.

Quod omnino non natum eſt moueri,impoſſibile eſt hoc moueri uiolentia.

Neceſſe eſt eorum quæ ſimilis ſunt ſpeciei & ſingulorum ad unũ numero locũ ſcilicet uel ad medium uel ad extremum exiſtere motum qui ſcilicet eſt ſecundum naturam.

Ex textu comentatoris co.lxxxiiii.Diuerſitas corporum in numero nõ ẽ cauſa diuerſitatis locorum.

Co.lxxxvi.Omnino quod mouetur ex quodam in quidã trãſmutatur & hoc ex quo in quod ſpecie differunt.

Co.lxxxvii Motus circularis habet aliqualiter oppoſita ea quæ ſecundũ diametrum extrema:toti autem non eſt contrarium neq; unum.

Co.lxxxviii. Argumentum eſt eius q; nõ eſt in infinitum ferri terrã qdẽ quanto utiq; propinquior fit medio uelocius ferri & ignem quanto utiq; ei quod eſt ſurſum :ſi autem in infinitum eſſet infinita eſſet uelocitas ſi autem uelocitas & grauitas & leuitas.

Ex lectione.xviii. & co.lxxxviiii:

Ab alio nõ fertur ignis quidem ſurſum terra autem deorſum :neq; uiquẽadmodum quidam aiunt extruſione: tardius enim moueretur maior ignis ſurſum & maior terra deorſum :nunc autem contrarium eſt ſẽp Omnia a uim inferente longius facta tardius feruntur.

Vnde ui remouentur elementa :illuc feruntur non ui.

Co.lxxxxi.Tribus entibus corporalibus elementi:tria erunt &loca elemẽtoꝝ:unus quidem qui ſubſiſtẽtis ideſt terra qui circa medium eſt:alius

qui circularis ideſt cœli qui quidem eſt extremus: tertius autem q̃ me
dius hoꝝ qui medii corporis:& neceſſe ẽ in hoc medio loco eẽ corpus
quod ſuperfertur ideſt corpus leue:ſi enim non in hoc ſit extra erit.

Ex lectione.xviiii.&co.lxxxxii.

Mundus eſt ſempiternus incorruptibilis exiſtens & ingenitus:
In omnibus his quæ natura & in his quæ arte cõſtantibus & generatis:al
terum eſt ipſa ſecũdum ſe ipſam forma:& mixta cum materia puta ſpæ
ra:alterum ſpecies & ærea ſpera.
Q d' quid erat eẽ dicentes ſpære aut circuli non dicimus in ratione aureũ
aut æreũ :tanquam non exiſtentibus his de ſubſtantia.
Quoniam eſt cœlum ſenſibile:ſingularium utiq̃ erit ſenſibile enim om
ne in materia exiſtit.
Alteꝝ eſt huic cœlo eẽ:&cœlo ſimpliciter cœlum enim ſimplicitet:eſt ut
ſpecies &forma hoc aũt cœlũ:ut materiæ mixtum.
In omnibus ſic uidemus q̃ quorumcũq̃ ſubſtãtia eſt in materia ſunt plu
ra & infinita entia quæ eiuſdem ſpecie ideſt indiuidua.
Co lxxxxiii. Licet altera ſi rõ formæ ſine materia :& quæ eſt in materia:ni
hilominus neq̃ una neceſſitas eſt per hoc plus eẽ mũdos:neq̃ contin
git factos eſſe plures:ſi quidem mundus ex tota eſt materia:
Co.lxxxxiiii. Cum homini ſint materia carnes & oſſa:ſi ex oĩ carne & oĩ
bus oſſibus homo fiat:impoſſibile exiſtentibus diſſoluta eſſe :nõ utiq̃
contingit eẽ alium hominem.
Quorumcũq̃ ſubſtantia eſt in ſubiecta quadam materia hoꝝ nihil cõtin
git factum eẽ non exiſtente propria materia.
Co.lxxxxv. Cœlum ſingularium eſt :& eorum quæ ex materia conſtant:
ſed nõ ex parte ipſius materiæ cõſtat:ſed ex oĩ .ſ.ſua materia.

Ex lectione.xx.& co.lxxxxvi.

Cœlũ uno mõ dicimus ſubſtantiam extreme circulationis aut corpus na
turale :quod eſt inextrema circũferẽtia totius :cõſueuimus enim extre
mum &quod ſurſum eſt maxime uocare cœlum in quo &diuinum oẽ
locatum eẽ dicimus.
Secũdomodo dicitur cœlũ cõtinuum corpus extremæ circũferentiæ to
tius :in quo luna & ſol &quædã aſtroꝝ ſũt:&.n.hæc ĩ cœlo eẽ dicimus
Co.lxxxxvi.& co.lxxxxvii. Tertiomodo dicitur cœlum contentum cor
pus ab extrema circũferentia :totum enim & omne conſueuimus dice
re cœlum hoc q̃ ex omni neceſſe eſt cõſtare naturali & ſenſibili corpo
re:propter neq̃ eſſe nullũ extra cœũ corpus neq̃ cõtingere factũ eſſe.
Co.lxxxxvi i. Nihil differt conſiderare ſi eſt extra cœlum corpus aut fac
tum eſſẽ ſit poſſibile:
Materia eſt toti mundo corpus naturale ſenſibile:
Non ſunt nũc plures cœli ĩ.mundi neq̃ fuerunt neq̃ cõtingit fieri plures

ſed unum & ſolum & perfectũ eſt iſtud cœlũ.

Ex lectióe .xxi. & co. lxxxviii.

Neq; locus neq; uacuũ neq; tempus eſt extra cœlum.

Diffi Vacuum eſſe dicunt in quo non exiſtit corpus poſſibile autem factum eſſe.

Tempus eſt numerus motus.

Motus ſine phyſico copore nõ eſt.

Co.c Quæ ſunt extra cœlum in loco eſſe apta nata nõ ſunt: neq; tẽpus ipſa ſeneſcere facit: neq; eſt ullius una tranſmutatio eorũ q̃ ſunt ſup eam quæ maxime extra ordinatá lationem: ſed inalterabilia & impaſſibilia omnia optimam habentia uitam: & per ſe ſufficientiſſimam perficiũt in toto æterno idẽſt æternaliter.

Hoc nomen eternum diuine enuntiatũ eſt ab antiquis: finis enim continens id quod uniuſcuiuſq; uitæ tempus cuius nihil eſt extra ſecundũ naturam: æternum uniuſcuiuſq; uocatum eſt.

Totius cœli finis & oẽ tp̃s: & ifinitatẽ cõtinẽs perfectio: ætetnũ eſt a ſe per eẽ ſumens denoiationem: immortalis & diuinus exiſtens.

Aliis ab his q̃.ſ. habent uitã optimã & per ſe ſufficientiſſimã coĩcatum, eſt eẽ & uiuere his quidem clarius: his autem obſcurius:

Oẽ diuinũ intranſmutabile neceſſariũ eſt eẽ & primũ & ſummũ: neq; n. aliud melius eſt quod mouebit neq; habet prauum aliquid neq; idigẽs eſt ullo eorũ quæ ipſius ſunt bonorum.

Oĩa quieſcunt quæ mouẽtur quãdo uenerint ad locũ proprium.

Eius corporis quod circunfertur idem locus eſt unde incipit: & in quem conſumat motum.

Ex lectiõe .xxii. & co .ci.

Oportet diſquiſitores & nõ inimicos eſſe: iudicaturos reẽ ſufficienter.

Co.cii Genitũ cœlũ oẽs antiq eẽ dicũt: ſed genitũ ii quidem .ſ. orpheus heſiodus & Plato: ſẽpiternũ ii aũt ut .ſ. democritus corruptibilem quẽ admodũ quodcũq; aliud cõſtitutorũ: ii aũt uiciſſim quãdoq; quidẽ ſic aliter habere corruptũ: & hoc ſemper peficere ſic quẽadmodũ empedocles agrigentinus & heraclitus epheſius.

Dicere factum eẽ cœlum ſempiternum tamẽ eẽ impoſſibilium eſt: oĩa enĩ quæ generantur & corrumpi uidentur.

Co.ciii Quod nõ ẽ habẽs principiũ eius qd̃ eſt ſic ſe habere: ſed eſt impoſſibile aliter ſe habere prius & per oĩa ſæcula impoſſibile ẽ tranſmutari.

Ex lectione .xxiii. & co cvi.

Simul iidẽ inordinatũ eẽ & ordinatũ impoſſibile ẽ neceſſe ẽ generatiõe eſſe ſeparantẽ & tp̃s.

Co.cvi Dicere mũdũ uiciſſim cõſtare & diſſelui: nihil aliud facere ẽ quã aſtruere ipſum ſẽpiternum quid ẽ eẽ ſed tranſmutantẽ formam.

Adinuicem cõuenientibus elementis non quicunq; ordo est & constitutio sed eadem quia scilicet est semper dispositio mundi.

Co.cviiii Sunt quidam quibus contingere uidetur &ingenitũ aliqd ens corrumpi.&genitum incorruptibile perdurare sicut plato in thimæo:ibi enim ait cœlum non solum factum :sed & fore de cætero sempiterno tempore.

Ex lectione .xxiiii. &co.cx

Multipliciter dictis aliquibus :& si nulla differẽtia ad sermonem fiat necesse est intellectum confusum habere siquis diuiso multipliciter tanquam indiuiso utatur:immanifestum est enim secundum quam naturam ipsi acciderit quod dicitur.

Co.cxi Ingenitum uno modo dicitur si sit aliquid nunc prius non ens sine generatiõe & transmutatione :quemadmodum quidam tangi:& moueri dicunt:nõ enim generari dicunt tactum aut motum.

Secũdomodo dicitur ingenitũ si quod cõtingẽs est fieri aut nõ fieri:sed non est factum.

Tertiomodo dicitur ingenitum quod oĩo impossibile est fieri : ut quandoq; quidem sit quandoq; autem non.

Impossibile fieri dicitur dupliciter:aut enim qd simpliciter non uerum erit dicere qd fiet aut non facile: neq; cito aut bene.

Co.cxii Genitum unomõ dicitur quod fuit nõ ens prius posterius aut ẽs siue genitum siue nõ generatum :

Secũdomõ dicitur genitum qd possibile est esse:siue per uerã determinato possibili siue p facile.

Tertiomodo dicitur ingenitum si sit generatio ipsius ex non ente i ens:

Co.cxiii.& comento.cxiiii. Corruptibile &incorruptibile similiter tripliciter dicunt.

Ex lectione .xxv & co.cxvi.

Nominatur potentia uniuscuiusq; per respectum ad finem & excellentiæ uirtutem:

Diffinitio ex textu commenti . Virtus est ultimum potentiæ rei.

Necesse est qd põt secundum excellentiam tantum:& quæ infra sunt posse :puta si talenta centum tollere:& duo.

Co.cxvi Determinatur potentia aut quado in uirtute est excellentia ut potens uidere punctum & maiorem habebit sensum (uisus enim qui minoris excedit)aut quando est excellentia in re ut potens ire stadia centum uelocius est uelocitas enim quæ maioris excedit.

Ex lectiõe xxvi. & co.cxviii.

Si sunt quædam possibilia & esse & nõ esse : necesse est tempore aliquo determinatum esse plurimũ & eius quod est esse :& eius qd est nõ eẽ.

Impossibile est in infinito tpe idẽ possibile esse : & nõ esse in alio ifinito

Co.cxviiii. Nō idem eſt falſum aliquid eſſe ſimpliciter:&impoſſibile ſim pliciter :te enim non ſtantem dicere ſtare falſum quidem eſt:non autē impoſſibile :ſimul autem ſtare & ſedere non ſolum falſum eſt ſed im poſſibile.

Co.cxx.& co.cxxi Quod ſemper eſt ens ſimpliciter incorruptibile & inge nitum eſt :ſi enim corruptibile :ſimul erit & non erit ſecundum actum ſi aūt genitum erit poſſibile tempore quodam non eſſe.

Thomas. Potentia exiſtendi non eſt ad eſſe & non eſſe :reſpectu temporis in quo quis poteſt eſſe: cum omnia appetant eſſe & unūquodq; tantū ē quantum poteſt eſſe.

Diffi. Corruptibile eſt quod prius quidem ens :nunc autem non ens: aut contingēs quandoq; poſterius non eſſe.

Diffi. Genitum eſt quod eſt ens contingens prius non eſſe:

Non eſt dare in quo tempore ſit poſſibile quod ſemper eſt ut non ſit aut finito aut infinito.

Impoſſibile eſt poſterius ſine primo exiſtere:& ſi primum impoſſibile eſt exiſtere & quod poſterius.

Ex lectiōe.xxvii. & co.cxxii.

Negatio eius quod eſt ſemper poſſibile eſſe:non eſt ſemper poſſibile eſſe ſemper autem poſſibile non eē contrarium eſt ideſt oppoſita cōtrariæ cuius negatio eſt: non ſemper impoſſibile non eſſe.

Co.cxxiii Quod contrariorum neutrum eſt medium eſt eorum.

Auerrois Co.cxxiiii Illa potentia eſt ocioſa ex qua nulla actio prouenit.

Commento.cxxv Ingenitum incorruptibile & ſempiternum ad inuicem conſequuntur.

Ex lectione .xxviii.& co.cxxvii.

Semper entis &ſemper non entis eſt intermedium cui neutrum conſequi tur:hoc autem eſt genitum & corruptibile.

Ex lectione .xxiiii. &co.cxxxiii.

Ex textu commenti Quodlibet habet potentiā agēdi aut patiendi aut ut ſit ens aut ut ſit non ens :&hoc aut in tempore finito aut infinito.

Ex eodem textu. Tempus infinitum eſt etiam terminatum cum poſt ipſū non ſit tempus neq; inueniatur tempus maius illo.

Co.cxxxv. Quod eſt caſuale aut a fortuna præter ſemper & ut frequente aut eſt aut fit.

Co.cxxxvi Eorum quæ natura talia ſunt ut quandoq; ſint & quādoq; nō ſit :eadem eſt potentia contradictionis ideſt ad eſſe &non ee &materia cā eſt eius quod eſt eſſe & non eſſe.

Co.cxxxviii Nulla uirtus eſt eius quod eſt factum eſſe :ſed eſt eius quod ē eſſe & nō eſſe.

Co.cxxxx. Corruptibilia & generabilia & alterabilia omnia alterantur a

contrariis & ex quibus conſtant non entia ideſt cum prius nō eſſent eiſdem ipſis corrumpuntur.

Propoſitiones ex ſecūdo libro de cœlo & mundo Ariſtotelis.

Ex lectione prima & comento primo.

c OElum totum ideſt mundus neq; eſt factum: neq; contingit corrumpi: ſed eſt unum & ſempiternum & principium & conſumationem non habens totius æterni ideſt totius ſuæ durationis infinitæ.

Co.ii. Bene ſe habet perſuaſibilem ſe ipm exhibere antiquis: & maxime patrum noſtrorum ueros credere ẽ ſermones: ut ſit immortale aliqd & diuinum habentium quidem motum habentium autem talē ut nullus ſit finis ipſius: ſed magis iſte ſit aliorum finis & enim finis continētium eſt: & ipſa circulatio perfecta ens continet imperfectas: & habētes terminum & quietem.

Motus cœli eſt cauſa aliorum motuum & horum quidem cauſa principii motus horum autem ſuſcipiens quietem.

Cœlum & eū qui ſurſum locum antiqui diis attribuerunt uelut exiſtens totum ſolum immortale.

Co.iii. Motus cœli eſt ſine labore: propter neq; una indigere uiolenta neceſſitate quæ detineat prohibens ferri aptum natum ipſum aliter: omne enim tale magis laborioſum quanto ſempiternius ſit & diſpoſitionis optime eſt expers.

Co.iiii Non eſt ſecundū antiquam fabulam ſuſpicandum Athlante quodam ipſi cœlo opus eſſe ad ſalutem: hunc enim conſtituentes ſermonem: ut grauitatem habentibus & terrenis omnibus exiſtentibus his quæ ſurſum ſunt corporibus ſubſtituerunt cœlo fabuloſe uirtutem animatam.

Co.v. Non eſt dicendum propter circūgirationem exiſtentem celerioris lationis propria inclinatione: ſaluari cœli ſitum tanto tempore: quemadmodum Empedocles inquit.

Co.vi. Non eſt dicendum cœlum ſemper manere ab anima rationabili congente manere ſempiternū ut ſcilicet plato dixit neq; enim aiæ poſſibile eſt eſſe talem uitam ſine triſtitia & beatam:

Ex lectione.ii. & co.vii.

Manifeſtæ ſunt in animalibus differentiæ locorum: & his quidē omnes inſunt puta dextrum & ſiniſtrum: ante & retro: ſurſum & deorſum his autem quædam ſcilicet quatuor ultimæ ut animalibus imperfectis plā

tis aũt ſurſum & deorſum ſolum.

Co.viii Surſum longitudinis principium eſt:dextrum aut latitudinis: an terius uero profunditatis.

A ſurſum incipit augmentatio a dextris motus qui ſecuudum locũ:ab an rerioribus uero qui ſecundum ſenſum:anterius enim dico in quo ſenſus exiſtunt.

Co.viiii. Non in omni corpore ſurſum & deorſum : & dextum & ſiniſtrę & anterius & poſterius quærendum ſed quæcunq; habent principium motus animata entia :in ipſis quærendum.

In nullo inanimatorum uidemus unde principium motus.

Co.x. In corporibus inanimatis dicimus ſurſum & deorſum dextrum & ſiniſtrum ad nos referentes.

Co.xi. Pitthagorici duo tantum principia motuum dicebant.ſ. dextrũ & ſiniſtrum :quattuor autẽ reliquerunt nihilominus principalia exiſtẽtia

Nõ minorem differentiam habent quæ ſurſum ad quæ deorſum :&quæ anterius ad quæ poſterius :quam dextrum: & ſiniſtrum in omnibus animalibus.

Dextrum & ſiniſtrum uirtute differunt ſolum:aliæ autem non ſolum uir tute ſed etiam figuris.

Co.xii. Longitudo latitudine prior eſt:

Prioris principium prius eſt principio poſterioris:

Prius eſt ſurſum dextro ſecundum generationem.

Surſum eſt unde motus dextrum eſt a quo motus : ante autem ad quod motus.

Ex lectione.iii.& co. xiii.

Quoniam cœlum eſt animatum & habet in ſe principium motus: mani feſtum eſt quoniam habet ſurſum & deorſum & dextrum & ſiniſtrum

Et ſi motus cœli nequaquam incipiat :tamen habetur neceſſario princi pium unde incepit:ſi incipiebat moueri: quod mouetur.

Commento.xiiii. Dico longitudinem cœli eſſe illam quæ eſt ipſius ſecũ dum polos diſtantiæ.

Polorum qui ſuper nos apparens quæ deorſum pars eſt:qui autem nobis immanifeſtus quæ ſurſum eſt.

Co.xv. Dextrum unumquodq; dicimus unde eſt principium eis qui ſe cundnm locum motus cœli autem principium circulationis eſt un de ortus eſt aſtrorum quare hoc utique erit dextrum ubi autem occa ſus ſiniſtrum.

Si motus cœli incipit a dextris & ſiniſtris circunfertur : neceſſe eſt ſur ſum eſſe immanifeſtum polum ideſt polum antarticum : ſi autem ſurſum ſit manifeſtus polus ideſt polus articus a ſiniſtra erit motus: quod non dicimus.

Co.xvi Sub polo immanifesto habitantes in eo quod sursum sunt hemi sperio &apud dextrum nos autem in eo quod deorsum &apud sinistr e contrario quam ut pitthagorici dicunt.

Secunde circulationis:puta eius quæ planetarum:nos quidem in his quæ sursum & in dextris sumus:illi autem qui scilicet sunt sub polo antarti co in his quæ deorsum & sinistris sunt:e contrario enim in his est prin cipium motus propter contrarias esse lationes.

Ex lectiõe .iiii. & co.xvii.

Vnũquodq; quorum est opus gratia operis est.

Dei operatio est immortalitas hæc autem est uita sempiterna.

Necesse est deo motum sempiternum existere .

Quoniam cœlum corpus quoddam diuinum est : propter hoc habet qđ natura circũmoueatur semper.

Necesse est manere aliquid scilicet terram corporis circũlati quod in me/ dio sit ipsiusq; circũlati corporis nullam possibile est manere partem neq; uniuersaliter neq; in medio.

Co.xviii. Nihil præter naturam sempiternum est.

Posterius est quod præter naturam eo q; secundum naturam .

Quod præter naturam est excessus quidam est in generatione eius quod secundum naturam.

Si terra est necesse est & ignem esse.

Contrariorum si alterum est in natura necesse est &alterum esse in natura

Eadem est materia contrariorum.

Priuatione prius est affirmatio dico autem puta calidum frigido .

Co xviiii. Si ignis & terra est :necesse est & intermedia corpora ipsorum esse contrarietatem enim habet unumquodq; ad unumquodque ele/ mentorum .

Si elementa sunt contraria :necesse est generationẽ esse eo quod nullum ipsorum possibile est esse sempiternum :patiuntur enim & agunt con/ traria ad inuicem :& corruptiua in inuicem sunt.

Co.xx. Si necesse ẽ generationem esse necessariũ est & aliam scilicet a pri ma latione lationem unam uel plures esse.

Secundum eam dispositionem quæ est totius cœli : necesse est similiter & elementa ad inuicem esse.

Commento.xxi. Plura sunt circularia corpora quia necesse est genera/ tionem esse .

Aduerte quod Aristoteles in hac .xxiiii.lectione sic,pbat plures cœlos eẽ Si ẽ cœlũ corpus diuinum.necesse est motum eius esse sempiternum & circularem :si motus eius est talis :necesse est terram esse : si terra est ne cesse est ignem esse :si ignis & terra est necesse est aliqua intermedia eẽ si ista sunt necesse est generationem esse:si generatio est necesse est dis

similes motus in cœlo esse.ergo si cœlum est corpus diuinum necesse est plures motus in cœlo esse:& per consequens plura mobilia.

Ex lectione .v.&co.xxii .

Figuram spæricam necesse est habere cœlum hæc enim propriissima est scilicet corpori cælesti & substantia idest ratione & natura prima est figurarum.

Omnis figura plana aut rectilinea est:aut circularis

Diffi Figura rectilinea est quæ a pluribus continetur lineis.circularis aut quæ ab una.

Prius in unoquoq; genere est unum multis & simplex compositis.

Co.xxii.Diffi. Perfectum est cuius nihil est possibile extra accipere quæ ipsius sunt.

Recte lineæ semper quidem est appositio :circulari autem nequaquam.

Perfecta est linea continens circulum .

Perfectum prius est imperfecto :

Corpora spærica sola una superficie cõtinẽtur:rectilinea autem pluribus sic enim se habet spæra in solidis:sicut circulus in planis .

Co.xxvi. (Quoniam prima figura primi corporis est primum autem corpus est quod in extrema circunferentia: spæricum corpus erit quod fertur circulatione.

Continuũ spærico corpori spæricum est:& quæ ad medium horum quæ in spærico contenta & contacta sunt: tota spærica necesse est esse.

Corpora q̃ deorsum sunt planetarũ: tangunt eam quæ supra est spærã: omnia enim cælestium sperarum corpora tangunt se inuicem & continua sunt idest immediate sibi inuicem coniuncta.

Ex lectiõe .vi. & co.xxvii .

Si cœlum sit rectilineum aut alterius figuræ non æquales habentis ex medio lineas:puta lẽticularis aut oualis accidet &locum extra cœlum eẽ & corpus & uacuum circulo enim uersum rectilineum nequaquam eidem immorabitur regioni.

Co.xxviii Omnium motuum mensura est quæ est cœli latio:quia est sola continua & regularis & sempiterna.

In unoquoq; mensura est quod minimum est.

Minimus motus est ille qui est uelocissimus .

Velocissimus omnium motuum est motus cœli.

Commento.xxviii. Linearum quæ a se ipsis in se ipsis sunt minima est illa quæ circuli est linea.

Quod uelocissime mouetur spæricum necesse est esse.

Commento.xxx. Corpora superiora cum inferioribus continua nõ sũt tangunt autem ipsa.

Superficies aquæ sperica est.

Quod eſt contiguum ſpærico :aut motum circa ſpæricum ipſum tale ne ceſſe eſt eſſe.

Co.xxxii. Cælum ideſt rotunditate ſecundum diligentiã ornatus ſic eſt ut nihil neq; chirocmiton ideſt manu factum habeat ,ſimiliter neque aliud nobis in oculis apparentium.

Ex lectione.vii.& co.xxxiii.

Nihil ut contingit neq; a caſu euenit in ſempiternis.

Co.xxxiiii. De quibuſdã ſcilicet difficilibus & occultis enũciare aliquid temptare :& de omnibus :forſitan utiq; uidebitur eſſe ſignum aut mul tæ ſtultitiæ :aut multæ pronptitudinis.

Si quis neceſſarias cauſas firmius humano modo attigerit: tũc gratiam oportet habere inuenientibus.

Natura ſemper facit contingentium quod optimum eſt.

Dignior eſt locus qui eſt ſurſum eo qui eſt deorſum:& qui eſt anterius eo qui eſt poſterius.

Optimum eſt:cœlum moueri ad honorabilius.

Ex lectione.viii.& co.xxxv.

Ois irregularis motus remiſſionem habet & intenſionem & ſummum:

Summum eſt in motu aut unde fertur :ut qui præter naturam aut quo:ut qui ſecundum naturam : aut circa medium ut in proiectis.

Circulationis ſummum neq; eſt unde :neq; quo :neq; circa medium:neq; enim principium :neq; finis neq; medium ipſius eſt ſimpliciter.

Irregularitas motus fit pp intenſionem & remiſſionem motus.

Co.xxxvi. Quoniã oẽ qd mouetur ab aliquo mouetur neceſſe é irregula ritatem fieri motus:aut propter mouens quod non eadem uirtute mo ueat:aut propter motum quod alteratur & non permanet idem : aut p pter ambo quæ tranſmutantur.

Ex lectione.viiii.& co.xxxvii.

Remiſſio uniuſcuiuſq; motus fit propter impotentiã.

Impotentia eſt præter naturam :& enim in animalibus impotentiæ om nes præter naturam ſcilicet particularem ſunt & decrementum.tota.n. conſiſtentia animalis ex talibus conſtat quæ differunt propriis locis ſ. elementis: nulla enim partium eius habet eam quæ eſt ipſius regionẽ

In cæleſtibus corporibus non eſt aliquid præter naturam.ſimplicia enim & immixta ſunt & in propria regione &nihil ipſis contrarium eſt:neq; in potentia ſunt:neq; remiſſio:neq; itenſio motus eſt in eis.

Co.xxxviiii. Eſt accipere aliquod tempus minimum cuius nõ contingit moueri in minori cœlum:ſicut neq; citharizare :neq; ire in quocunq; tempore eſt poſſibile.

Co.xxxx. Oppoſita ſenſibiliora ſunt iuxta ſe poſita.

Cœlum non mouetur motu irregulari.

Ex lectione.x.& co.xxxxi.

Vnumquodq; astrorum consistit ex eodem corpore in quo existit latio-
nem habens.

Commento.xxxxii. Calor stellis & lumen generatur attrito aere ab illa-
rum latione.

Natus est motus ignire & ligna & lapides & ferrum.

Sagittæ motæ igniuntur sic ut liquescant plumbeæ & quōniam sic igni-
untur istæ necesse est & eum qui i circuitu ipsaꝝ est aerē hoc ipsū pati:

Aere sub circularis corporis spæra existente :necesse est ipsum lata illa in-
calescere:& hac maxime cui sol extat infixus.

Approximante sole & oriente & super nos existente generatur calor.

Astra ignea non sunt:neq; in igne feruntur.

Ex lectione.xi.& co.xxxxiii.

Cœlum & stellas quiescēre impossibile est quiescente terra:neq; enim fie
rent quæ uidentur.

Commento.xlvi.:Rationabile est circulos moueri .astra autem qescere &
infixa circulis ferri.

Maius corpus uelocius fertur propria latione :& sic est etiam in circu-
laribus.

Ex lectione.xii.& co.xxxxviii:

Astra spæricæ sunt figuræ.

Spærici duo sunt motus per se uolutatio & circūgiratio :& neutro mo-
uentur astra.

Solus astrorum sol uidetur circūgirari oriens propter infirmitatem uisus
quæ causa forte est eius quod est uideri scintillare stellas fixas .planetas
autem non scintillare.

Planetæ prope sunt :quare potens ad ipsos pertingit uisus: ad manentes
autem tremit propter longitudinem porrectus ualde longe :tremor au
tem facit ipsius astri uideri esse motum.

Ex lectione :xiii.& co.l:

Nihil qualitercunq; contingit facit natura :neq; est rationabile ad anima
libus naturam curasse scilicet dando ipsis instrumenta ad motum .sic
autem præciosa astra despexisse:sed uidetur studiosa factum auferre
omnia per quæ contingebat astra procedere per se ipsa.

Figura spærica ad motum qui est in anterius ineptissima est.

Ex lectione.xiiii.& co.lii.

Cœlorum fieri harmoniam tanquam consonantibus factis sonis leuiter
dictum est & superflue.

Ad inuicem uocis & silentii est diiudicatio.

Excellentes soni destruunt etiam in animatorum corporum molles: pu-
ta qui tonitrui dissipat lapides & durabiliora corporum.

Co.liiii. Quæcunq; ſecundum ſe ipſa ferũtur faciunt ſonum & plagam.
Quæcunq; in moto fixa ſunt aut exiſtunt quemadmodum in naui partes non poſſibile eſt ſonare :neq; rurſus nauis ſi feratur in fluuio.
Co.lvi. Neq; animata neq; uiolenta fertur latione nullum aſtrorum uelut futurum prouidente natura:quoniam non hoc modo ſe habente motu:nihil eſſet circa hunc locum noſtrum ſimiliter ſe habens ut ſcilicet diu quieſceret.

Ex lectiõe.xv.&co.lviii.

Vnumquodq; planetarum econtra fertur cœlo ſcilicet primo ſecundum ſui ipſius circulumideſt proprium.
Rationabile eſt propinquiſſimum ſimplici & primæ circulationi in plurimo tempore ptrãſire ſui ipſius circulum : maxime autem diſtans in minimo:aliorum autem propinquius ſemper in pluri.
Propinquiſſimo ſibi maxime præualet prima circulatio :diſtanti autẽ maxime omnium minime propter diſtantiam.

Ex lectione.xvi.&co.lviiii.

Natura nihil irrationabiliter neq; fruſtra facit.
Si unum aſtrum eſt ſpæricum palam eſt quia & utiq; alia erunt ſpærica.

Ex lectione.xvii.&co.lx.

Parum ſufficientes rationes diligere debemus de quibus maximas habemus dubitationes.
Pautioribus ſol & luna mouentur motibus quam erraticorum aſtrorum quædam :quãuis aſtra longius a medio & propinquius primo corpori ſint ipſis.
Luna uidemus dichotomamideſt in duas partes diuiſam ſiue ſemiplenã exiſtentem ſubintrãtem Martem & ocultatum martem ſecundum nigrum ipſius exeuntem autem ſecundum clarum & lucidum: ſimiliter de aliis aſtris dicunt qui dudum obſeruauerunt ægyptii & babilonii a quibus multas credulitates habemus de unoquoq; aſtroꝝ.

Ex lectione.xviii.&co.lxi.

Oportet exiſtimare de aſtris tanquam participantibus actione & uita :ſic enim nihil uidetur præter rationem eſſe accidens :
Co.lxiii. Quando hoc oportet operari huius gratia : hoc autem alterius : & hoc alterius :& uno quidem aut duobus facile eſt adipiſci: quando autem per plura oportet operari: difficilius eſt adipiſci ſcilicet finem ultimum.
Co.lxiiii. Quod optimum eſt nulla indiget actione ſcilicet ad conſecutionem finis etenim ipſum eſt cuius gratia alia fiunt.
Actio ſemper eſt in duobus :cum & cuius gratia ſit ideſt finis & ſit quod huius gratia eſtideſt quod eſt ad finem
Homis plurime ſunt operationesquia ſcilicet pluribus indiget ad finem

ſuum: aliorum autem animalium pauciores: planetarum autem parua
quidem id eſt imperfecta & una forte.
Hoc quidem ſcilicet prima cā quæ eſt deus: & ſubſtantia ſeparata habet
hoc dicit propter deū & participat hoc dicit pp ſubſtantias ſeparatas
optimo abſq; oī uidelicet motu hoc aūt .ſ.primū cœlum attingit ppe
optimū per paucos motus.hoc aūt .ſ.ſuperiores planetæ a ſole ſecun-
du ſanctū thomā:uel oēs planetæ ſcd'm auerroim p multos .hoc autē
ſ.ſol & luna ſcd'm ſanctū tho.uel aqua aer & ignis ſcd'm auerroim nō
percipit optimum:ſed ſufficit ad prope extremū uenire:
Co.lxvi. Maxime optimū eſt oībus finē optimū ſortiri:ſi aūt nō cōtingit
ſemp melius erit quanto utiq; propinquius ſit optimo
Primū cœlū cōfeſtim ſortitur optimū p unū motū.q̄ aūt in medio primi
& extremo; attingunt quidem:ſed per plures motus.

Ex lectione. viii.& Co.lxviii.

Intelligere oportet:ppter uitam ſ. nobiliorem & eſſe principiū uniuſcu-
iuſq;:multā eē excellētiā primæ ſpæræ ad alias ſpæras.
Co.lxviii. Prima latio una exiſtens multa mouet corporū cæleſtium: ife
riores aūt lationes multæ exiſtentes unū ſolū unaquæq; mouet.
Vnaquæq; errantium ſtellarum pluribus fertur lationibus.

Ex lectione.xx.& co lxxii.

Qui circa italiam ſunt uocati pytthagorici in medio ignē eſſe dicunt:ter
ram autem unū aſtro; eſſe:& exiſtentem circulariter latā circa mediū
noctem & diem facere:adhuc aūt oppoſitā aliā huic aſtruunt terrā anti
chthonā i.cōtra terrā poſita noīe uocant.
Co.lxxiiii. Nō idē eſt mediū magnitudinis:& rei mediū uel naturæ:quē-
admodū in aīali nō idem mediū eſt aīalis ut cor & corporis mediū ui-
delicet umbilicus.
Loci i.deſt magnitudinis medium magis aſſimilatur ultimo q̄ principio:
Honerabilius eſt cōtinēs & finis quā finitū & terminatū:hoc i.finitū qdē
enim materia:hoc aūt i.finis ſubſtantiæ cōſiſtentie eſt i.forma.

Ex lectiōe .xxii.& co.lxxvii.

Irrationabilioris eſt mentis non mirari:
Co.lxxviii. Stupe factū eſt merito phyloſophiſma .phyſicæ occaſio oīb;

Ex lectione.xxv.& co.lxxviii.

Aliquo eſuriente & ſiciente ualde & æqualiter:ſimiliter &ab eſibilibus &
potabilibus æqualiter diſtante:quieſcere neceſſariū non eſt.

Ex lectione.xxvi. & co.lxxxxiii.& co.lxxxxiiii.

Impoſſibile eſt ſempiternum eſſe uiolentum & præter naturam.
Mundi ordo ſempiternus eſt.
Co.c. Neceſſe eſt terrā in medio mundi eſſe:& immobilem.

Ex lectione.xxvii.& co. ciiii.

Figurã ſpæricam neceſſarium eſt terram habere :quia unaquæq; particularum grauitatem habet ad medium:& minor a maiori pulſa nõ põt in tumeſcere :ſed comprimi magis & cõſentire quouſq; ueniat ad medũ

Ex lectione .xxviii.& co.cviii.

Oportet unũquodq; dicere tale quod natura uult eſſe &e xiſtere:ſed non quod ui & præter naturam .

Commento.cviiii. Si terra rotunda non eſſet lune eclypſes non circulares haberent deciſiones.

Co.cx. Per aſtrorum apparentiam non ſolum manifeſtum eſt :quia terra eſt rotunda:ſed & quoniam magnitudo eius non eſt magna: modica enim tranſlatione facta :nobis ad meridiem & ad articum manifeſtus alter fit otizon :ita ut quæ ſuper caput ſunt aſtra magnam habeant trãſmutationem .

Co.cxi. Mathematici dicũt terra eſſe rotunditatis ad q̃draginta myriades .i.decem milia ſtadiorum .

Propoſitiones ex tertio libro de cœlo & mundo Ariſtoteles.

Ex lectione prima & comento primo .

Orum quæ natura dicuntur hæc quidem ſunt ſubſtantiæ :hæc autem operationes & paſſiones harum.

e Oẽs naturales ſubſtãtiæ,aut ſunt corpora :aut cum corporibus generantur.

Ex lectione .ii.& co.ii.

Dicere eſſe quædam entiũ ingenita & totaliter immobilia magis eſt alterius & prioris quam phyſicæ cõſiderationis.

Ex lectione.iii.&co.v.

Solida nõ cõponũtur ex ſuperficiebus:nec ſuperficies ex lineis:nec lineæ ex punctis:ſic enim non neceſſe eſſet lineæ partem lineam eſſe.

Co.vii. Paſſiones oẽs diuiſibiles ſunt dupliciter aut ſecundum ſpeciẽ:aut ſecundum accidens:ſecundũ ſpeciem quidem puta coloris album aut nigrum:ſecundum accidens autem ſi cui inexiſtunt ſit diuiſibile : q̃re quæcunq; ſimplicia paſſionum omnia diuiſibilia ſunt ſecundo modo

Co.viiii. Graue grauius & leue leuius contingit eſſe.grauius autem aut leuius non neceſſe eſt eſſe graue aut leue .

Co.xi. Spiſſum eſt a raro differens:eo q̃ inæquali molle plura exiſtant.

Diffi. Molle eſt quod in ſeipſum eſt cedens .

Ex lectione quinta & co.xviii.

Secũdũ naturã quidem unũ motum:præter naturam autẽ habet multos

motus unumquodq;

Commento.xviiii. Vnumquodq; quiſcere neceſſarium eſt aut ui:aut ſecũ dum naturam:

Vnúquodq; ui manet ubi & fertur ui: & ſcd'm naturã ubi ſcd'm naturam:

Oportet primũ mouẽtẽ nõ ui mouere ſed ſcdm naturã:i ifinitũ.n.ẽ:ſi nõ erit aliqd ſcd'm naturã mouẽs primũ:ſed ſp prius motũ ui mouebit:

Ex lectione ſexta & co.xxiii:

Ex nõ ferri i idẽ iordinatio motuũ nõ accidit:neq;.n.nũc i idẽ ferũtur oĩa ſed q̃ eiuſdẽ generis ſolũ ſicut.ſ.leuia ſũt uel grauia.

Co.xxiiii .Inordinate eſſe nihil aliud eſt quam præter naturam eſſe.

Ordo in ſenſibilibus:propria ſenſibilium natura eſt.

Illa eſt natura rerum qualem habent plura in plurimo tempore.

Ex lectione .vii.& co:xxviii.

Diffi. Natura eſt in eo quod mouetur exiſtens motus principium:

Diffi. Virtus ideſt potentia per uiolentiam mouẽs eſt principium motus in alio ſecundum quod aliud.

Virtus per uiolentiam mouens ad motum ſurſum :& ad motũ deorſum tanquã organo utitur aere:natus eſt enim aer & leuius eſſe & grauius: eam igitur quæ ſeorſum faciet lationem ſecundum quod leuius cum feratur & ſumat principium a uirtute:quæ deorſum uero ſecundum quod grauis.

Ex lectione.viii.& co.xxviiii.

Impoſſibile eſt omnis corporis eſſe generationem.

Aliud corpus ex alio fieri eſt poſſibile puta ex aerem ignem:totaliter autẽ ex nulla alia præexiſtente magnitudine impoſſibile eſt.

Ex potentia quodam ente corpore :actu fiet corpus.

Co xxx. In omnibus cognitio eſt per aliqua prima.

Diffinitio &commento xxxi. Elementum corporum eſt in quod alia corpora diuiduntur.intus autem exiſtens potentia aut actu & indiuiſibile in altera corpora ſpecie.

Co.xxxii.& co.xxxiii: In carne & ligno & in unoquoq; talium eſt potentia ignis & terra :in igne autem caro aut lignum non inſunt neq; ſecundum actum neq; ſecundum potentiam:ſegregarentur enim utiq;:

Ex lectione.viiii.& co.xxxvii.

Multo melius eſt finita facere principia quam infinita :nam & qui indiſciplinis finita ſumunt principia aut ſpecie aut quantitate.

Hucuſq; lectiões ſcd'm cõmẽtaria ſancti thomæ notatæ ſunt q̃.n.ſequuntur morte uetante nõ eſt cõmẽtatus lectionũ itaq; annotatio erit deinceps ſcd'm cõmentaria petri de aluernia.

Co.xxxx. Corpora differunt figuris :figuræ aũt finitæ ſunt & ex hoc concludit corpora eſſe finita.

Figuræ oēs corporeæ cōponūtur ex pyramidibus rectilinea quidē ex rectilineis :ſpæra aūt ex octo partibus pyramidalibus.
Figuraꝝ pyramis eſt ſubtilliſſima &prima

Ex lectiōe.x. & co.xxxxii.& Co.xxxxvi.

Neceſſe prius eſſe natura corpus quod magis ſubtiliū ptium eſt:
Co.l Impoſſibile eſt unū tantum elementum eſſe.

Ex lectiōe.xi. & co.liii.

Sempiterna eſſe elementa eſt impoſſibile :uidemus enim ignē & aquam & unūquodq; ſimplicium corporum reſolutum.
Extra infinitum tempus non eſt aliud tempus infinitum.
Minus corpus maiori facilius eſt corruptibile.
Duobus modis corrumpitur ignis:a cōtrario.n.corrūpitur extinctum & ipſum in ſeipſo marceſcens.
Neceſſe eſt generabilia & corruptibilia eſſe elementa corpoꝝ:
Co.lv Quoniam ex nō corpore elementa generari nō eſt poſſibile :neq; ex alio corpore :relinquitur ex inuicem generari
Quod fit & ex quo fit neceſſe eſt ſimul eſſe.

Ex lectione .xii. & co .lvii.

Eadē magnitudo conſtrictione non fit grauior
Co.lvi Cū ex aqua aer fit maiorē occupat locū :quod enim ſubtiliſſimaꝝ ptiū ē āpliori loco fit:manifeſtū eſt aūt hoc in pmutatione uaporāte.n: & itumeſcente humido rūpūtur cōtinentia molles uaſa:
Co.lx Oportet ſenſibiliū quidē ſenſibilia:ſempiternoꝝ aūt ſempiterna: corruptibilium uero corruptibilia eſſe principia.
Optimū eſt priora iudicare ex euentibus:& maxime eſt ex fine.
Finis factiue ſcientiæ eſt opus:naturalis aūt ſciæ qđ uidetur ſemp principalitet ſcd'm ſenſum:&iō in nālibus oportet ſcdm ſenſibilia iudicare q̄ apparent ſecúdum ſenſum.

Ex lectione .xiii.& co.lxvi

In planis tres tantum figure iplēt locū:trigonū .ſ. ſexies ſumptū tetragonū .ſ.quater ſūptū &exagonū .ſ.ter ſūptū i ſolidis duo ſolū:pyramis.ſ. xi.ſumpta & cubus .ſ.octies ſumptus & replere(ut accipitur hic)eſt occupare totū ſpatiū qđ eſt circa pūctū imaginatū i ſupficie uel corpore.
Co.lxvii Non ſunt determinatæ figure elementorum.
Sunt facile mobilia corpora ſpærica & pyramidalia: ſed non motu ſurſū & ſecundū rectum :ſed ea quæ uocatur uolutatio.
Co.lxxiiii Segregat ignis quæ non ſunt eiuſdem tribus :cōgregat autem quæ ſunt eiuſdem tribus:
Cōgregatio p ſe eſt ignis :ſegregatio aūt per accidens :congregans enim homiophylon ſeparat alienum.
Co.lxxv Elementa nō differunt ab inuicem propter figuras.

Co.lxxvii. Differentiæ elementorum propriiſſimæ ſunt quæ ſecũdũ paſſiones & opera &uirtutes ſunt.

Propoſitiones ex quarto libro de cœlo & mundo Ariſtotelis

Ex lectione prima &co.primo.

Co.i.& co.ii. De graui &leui cõtemplatio his qui de motu ſunt ſermonibus eſt propria:graue enim &leue in poſſe moueri phyſicæ dicimus conſiſtere.

Diffi.co.vi Simpliciter leue dicimus quod ſurſum fertur & ad extremum.

Diffi. Graue ſimpliciter dicimus quod deorſum fertur & ad medium.

Diffi. Leue ad aliud &leuius altero dicimus:aut graue uel grauius: quod habentibus æqualem mollem: ſurſum uel deorſum fertur alterum natura uelocius.

Co.viii. Quanto ignis plus fuerit leuius eſt :& ſurſum fertur uelocius :& a ſurſum deorſum paucus ignis fertur citius multus autem tardius.

Ex lectione.ii.&co.xx.

Co.xxii. Quoniam ſunt tres motus hic quidem ſecundum magnitudinem ideſt augmentum hic autem ſecundum ſpeciem ideſt ſecundum qualitatem :hic autem ſecundum locum in unoquoq; horum tranſmutationẽ uidemus factã ex contrariis ad contraria uel intermedia: & nõ incontingens a contingente ideſt non differenter unũquodq; ab unoquoq; ſed ut augmentabile & alterabile alterum ſic & augmentatiuum & alteratiuum.

Ad ſurſum & deorſum motiuum eſt quod grauis eſt factiuum & quod leuis eſt factiuum.

Mobile ad ſurſum & deorſum eſt quod potentia graue & leue eſt.

Co.xxiii. In eum qui ſui ipſius eſt locum ferri unumquodq;:ad ſui ipſius ſpeciem eſt ferri.i.ad formam uel perfectionem uel finem.

Locus modo quodam ſit ſpecies ideſt formacõtẽti.

Ferri in locum proprium ad ſimile eſt ferri.

Semper corpus quod ſuperius eſt ad id quod ẽ ſub ipſo:ut ſpecies ad materiam ſe habet.

Co.xxiiii. Quærere propter quid fertur ignis ſurſum & terra deorſum: idem eſt ac ſi quæratur propter quid ſanabile ſi moueatur & tranſmutetur ſecundum quod ſanabile in ſanitatem uenit &non in albedinem ſimiliter & augmentabile non in ſanitatẽ ſed in magnitudinis exceſſũ

Graue & leue in ſe ipſis habent principium tranſmutationis :ſenabile aũt & augmentabile non :ſed ab extra :quãuis & hæc ex ſeipſis tranſmuta

re contingat parua facta alteratione :

Graue &leue motuum suoꝝ in seipsis uidentur habere principium prop ter propinquissimam substantiæ ideſt formæesse materiam eorum.

Motus localis absolutorum ideſt perfectorum est &generatione ultimus motuum est quare primus erit secundum substantiam motus localis:

Cum fit ex aqua aer & ex graui leue uenit in sursum & quod potentia ens in actu iens uenit illuc & ad tantum &ad tale ubi est endelechia ideſt ac tus; mouet autem hoc quod a principio facit ſcilicet generans

Ex præcedentibus colligi potest illa propositio ꝙ generans uel mouens quantum dat de forma tantum dat de loco.

Exitentia entia terram mouentur in ea quæ ipsorum sunt loca nullo im/ pediente mouet autem hæc impedimentum remouens.

Ex lectiõe .iii.& co.xxvi.

Diffi. Graue simpliciter est quod omnibus substat deorsum latis secundū naturam.

Diffi Leue simpliciter est quod omnibus supereminet sursum latis.. Iste diffinitiones sumuntur a finibus grauis & leuis & magis demonstrant naturas eorum quam inferius positæ:

Com.xxvii. Graue & leue in respectu dicuntur supereminere & subesse existunt:

Aer & aqua terra sunt leuiora:supereminet enim ipsi quæcunq; eorum particula:igne autem sunt grauiora:substat enim:igitur quantacunque ipsorum sit particulam ad se ipsa autem hoc quidem simpliciter gra/ ue .hoc autem scilicet aer leue aer enim quantuncunq; sit supereminet aquæ aqua autem quantacunq; sit aeri subsTat:

Commento.xxviiii. In aere grauius ẽ talenti lignum plumbo paruo :in aqua autẽ leuius: causa autem est quia omnia elementa grauitatem ha bẽt p̃ter ignem & aqua necessarium est habere grauitatem ubi præter quam ī terra:aerem autem præter quam in terra& aqua :itaq; si aliquid aeris plus habet quam terræ & aquæ :in aqua quidem contingit leui / us esse quoddam in aere autem grauius :aeri enim non superfertur sed aquæ.

Commento.xxx In ea ideſt in propria quæ est ipsius regione ideſt in pro pria regionẽ omnia elementa grauitatem habent præter ignem &etiã aer ſcilicet habet grauitatem.

Ex lectione.iiii.& co.xxxi.

Diffinitio. Simpliciter leue est quod semper sursum natum est ferri nõ prohibitum.

Iste diffinitiones sumuntur ex motu & magis demonstrant differentias inter graue & leue simpliciter & graue & leue in comparatione.

Diffinitio. Simpliciter graue est quod semper deorsum natum est ferri

non prohibitum.

Ex lectione.v. & co.xxxvii.

Continens habet esse ideſt rationem ſpeciei ideſt formæ contentum autem materiæ & est in omnibus generibus eadem differentia :& enim in quali & in quãto hoc quidem puta albedo ut species est magis hoc autem ut nigredo ut materia.

Quod ſurſum est ſpeciei rationem habet quod autem deorſum materiæ

Ex lectione.vi.&co.xxxvii.

Necesse est elementa esse quattuor & unam materiam omnium communem esse.

Quoniam est unum ſolum elementum quod omnibus ſuperfertur: & unum quod omnibus ſubſtat neceſſe eſt duo alia esse q̃ ſubſtant cuidã & ſuperferuntur cuidam.

Ex lectione. vii.& Co.xxxxii.

Figure non ſunt cauſa eius quod est ferri ſimpliciter aut ſurſum aut deorſum ſed eius quod est ferri uelocius aut tardius.

Habentia latitudinem propter multum compræhendere ſuper manent propter non diſtrahi de facili quod plus est habentia autem figuras e contrario propter pauca compræhendere feruntur deorſum propter diuidere facile.& in aere multo magis quam in aqua

Expliciunt propoſitiones ex quarto libro de cœlo & mundo:

Incipiunt propoſitoes ex primo libro de generatione &corruptione Arĩ ſtotelis & lectionum annotatio eſt ſecundum expoſitionem Sancti Thomæ.

Ex lectione ſecunda & comento primo

Nam materiam contrariis eſt ſupponendum.

Ex lectióe.iii. & co.vii.

Indocti &ad pauca reſpicientes de facili annuntiant ideſt abſq; diligenti perſcrutatione ſententiam proferunt.

Ex lectione quarta & co. viii.

Si omnes puncti componantur nullam faciunt magnitudinem.

Ex lectione quinta & co.viiii.

Omne corpus ſenſibile diuiſibile ſecũdum qd̃cunq; ſignum & indiuiſibile eẽ:nõ eſt incõueuiens:hoc.n.põtate :hoc autem endelechia ideſt actu exiſtit.

Co.x Generatio ſimplex & corruptio fit non congregatione & ſegregatione ſed quoniam tranſmutatur ex hoc toto in hoc totum.

Quando fit tranſmutatio in forma & materia generatio ſimplex erit aut corruptio quando autem in paſſionibus ſecundū accidēs erit alteratio

Ex lectione .vi.&co.xi

Cum non exiſtit ſubſtantia neq; aliorum ullum prædicamentorum :puta neq; quale neq; quantum neq; ubi eſſet.

Ex lectione .vii. & co .xvii.

Quoniam huius corruptio alterius eſt generatio : & huius generatio alterius eſt corruptio indeſinentem neceſſe eſt eſſe traſmutationem.

Ex lectione.viii.&co.xviii.

In non ens.ſimpliciter uia eſt corruptio ſimplex:in ſimpliciter autem ens generatio ſimplex.

Cuius differentiæ magis ſignificant hoc aliquid magis eſt ſubſtantia :cuius autem priuationem non ens,ſicut calidum prædicamentum. i. affirmatum aliquid eſt & ſpecies ideſt forma frigiditas autem priuatio

Differt ignis & terra differentiis calidi & frigidi.

Secundum uirtutem magis eſt hoc aliquid ſpecies aer quam terra.

Quando aer in terram tranſmutatur fit generatio ſecúdum quid: quando uero terra in aerem fit generatio ſimpliciter.

Ex lectione .viiii.&co.xx.

Quæcunq; non ſubſtantiam ſignificant non dicuntur ſimpliciter generari ſed aliquid fieri.

Diffi.& co.xxi Generatio eſt corruptio non entis corruptio autem eſt generatio non entis.

Co.xxii. Non ens eſt materia terræ & ignis ſimiliter.

Si alia eſſet materia terræ & ignis non utiq; fierent ex inuicem.

Eſt materia ignis & terræ aliqualiter eadem &aliqualiter alia:quod enim qualitercunq; ens ſubiicitur eſt idem ſcilicet ſubiecto :eſſe autem ideſt ratio non idem.

Ex lectiōe.x.&co.xxiii.

Alteratio eſt quando manente ſubiecto ſenſibili tranſmutatur in paſſionibus aut contrariis entibus :aut mediis :ut corpus ſanum eſt & rurſus laborat manens idem :& æs rotundum quandoque autem angulare idem ens.

Quando totum tranſmutatur non manente aliquo ſubiecto ſenſibili ut ſubiecto eadem:ſed quaſi ex ſemine toto ſanguis :aut ex aqua aer : aut ex aere omni aqua generatio eſt huius: huius autem corruptio.

Co.xxiiii. Quando ſecundum quantum eſt alteratio contrarietatis :eſt augmentum & diminutio :quando aút ſecundum locum erit latio:quando autem ſecundum paſſiones & quale erit alteratio.

Hyle ideſt materia prima eſt maxime proprium ſubiectum generationis & corruptionis ſuſceptibile.

Ex lectione.xi.& co.xxv.

Quod alteratur non ex neceſſitate eſt:tranſmutans ſecundum locum:neque quod generatur :ſed bene quod augmentatur & diminuitur.

Quod fertur ſcd'm totum: uariat locum :q̄ aũt augmentatur ipſo manẽ te particulæ tranſmutantur ſecundum locum :non tamen quemadmodum quæ ſpære:hæ enim in ſimili loco tranſmutantur: toto manente quæ autem eius quod augetur ſemper in maiorem locum in minorem autem quæ eius quod minuitur.

Ex lectione.xii.& co.xxviiii:

Melius eſt inſeparatam omnibus facere materiam:ut entem unam & eandem numero:ratione autem non unam.

Ex lectione.xiii.

Neque punctos neque lineas ponendum eſt eſſe corpus materiam:

Materiam neq̄ ſine paſſione ideſt paſſibili qualitate:poſſibile eſt eſſe neq̄ ſine forma.

Co.xxx Generatur ſimpliciter alterum ex altero &ab aliquo ente actu aut homogeneos ideſt eiuſdem generis aut homoideos.i.eiuſdẽ ſpẽi

Co.xxxi.Materia ſubſtantiæ eſt corporeæ corporis iam talis corpus enim commune nullum.

Eadem eſt materia magnitudinis & paſſionis ratione quidẽ ſeparata ſubiecto autem non ſeparata niſi & paſſiones ſint ſeparabiles.

Non eſt augmentatio tranſmutatio ex aliquo inpotentia ad magnitudinem :actu autem nullam habentem magnitudinem: ſeparatũ enim eſſet ſcilicet omni forma quod commune eſt ſubiectum ideſt materia.

Tranſmutatio ex aliquo in potentia ad magnitudinem non augmentationis propria eſt:ſed generationis.

Diffi.augmentatio eſt exiſtentis magnitudinis additamẽtum:diminutio autem minoramentum.

Ex lectiõe.xiiii. & co.xxxii.

Eius quod augetur quæcunq̄ pars aucta eſt & indiminutione minor generata eſt.

Adueniente aliquo fit augmentum :recedente autem fit diminutio.

Co.xxxiii.Oportet ſaluare & exiſtentia eius quod augetur & diminuitur fieri augmentum & diminutionem.

Co.xxxiiii.Principium motus in eo eſt quod augmẽtatur & alteratur nõ in eo quod additur.

Ex lectiõe.xv.& co.xxxv.

Caro & os & unaquæq̄ partium talium eſt duplex ideſt dupliciter conſideratur:ſcilicet ſecundum ſpeciem:&ſecũdum materiam quẽadmodũ

& aliorum in materia exiſtentium.

Aduenięte aliquo contingit qualibet partē & unūquodq; augeri ſecūdū ſpeciem ſecundum materiam autem non ut in aqua quæ intrat & exit uas.

Ex lectione.xvi.& co.xxxviii.

Quo aliquid augetur in principio diſimile eſt in fine autem ſimile: ut ſi ſicco aduenit humidum tranſmutatur & generatur ſiccum.

Co.xxxviiii. Vino ſi quis ſuperinfūdat aquam poteſt uinum facere quod mixtum eſt:quemadmodum ignis tangens urenda: & hoc uocatur augmentum.

Contingit ignem facere ad exiſtentem ignem adiungentem ligna:& ſic quidem augmentatio eſt quando autem ipſa ligna ſeorſum incēduntur: generatio eſt.

Ex lectione.xvii.& co.xxxx:

Quantum uniuerſale non generatur quemadmodum nec animal nec hō nec aliquid uniuerſalium: ſed ut in his ideſt in ſingularibus uniuerſale:ſicut & quantum.

Co.xxxxi Nutrimentū augmentationi quidem eſt;idem:eſſe autem ideſt ratio:aliud.ſecundum enim q̄ id quod aduenit potentia eſt; quanta caro augmentatiuum eſt carnis:ſecundum id autem quod eſt ſolum potentia caro nutrimentum eſt.

Co.xxxxii. Si uirtus ſpeciei amplius facere non poteſt thomas ut ſcilicet tantum conuertat de nutrimento quod fit in potentia non ſolum ad ſpeciem ſed ad maiorem uel æqualem quantitatem ſed ut aqua ſemp uino amplius mixta in fine aquaticum facit aut aquam tūc diminutionem faciet quanti ſpecies autem manebit.

Ex lectione :xviii.& co.xliii.

Facere & pati non poſſunt propriæ quæ non poſſunt adinuicem tangere Quæ miſcentur neceſſe eſt eſſe adinuicem tangibilia.

Co.xliiii. Tangere principaliter dictum exiſtit in habentibus poſitionem poſitio autem in quibus & locus.

In mathematicis dandus eſt tactus &locus:ſiue ſit ſeparatum unūquodq; eorum ſiue quo mouetur.

Diffi. Tangere eſt quod eſt in habentibus poſitionem:quoꝝ ultima ſunt ſimul mouentibus:& motis:&ad ſe inuicē actiuis &paſſiuis.

Co.xlv Contingit aliquādo mouēs tāgere ſolum id quod mouetur:qđ aūt tangitur nō tangere cōtingit:quod tangit:ut ſunt quæ nō ſuut homogenea ideſt eiuſdem generis.

Si quid mouet:immobile exiſtēs illud tāgit quod mouetur:nō āt tāgitur Dicimus aliquando triſtantem tangere nos:ſed nos non eum.

Ex lectione.xviiii.& co.l.

Quæcunq; nata sunt pati & facere adinuicem.contraria sunt:aut contra rietatem habent.

Necesse est faciens & patiens genere quidem simile esse & idem :speciem autem dissimilem & contrarium.

Vniuersaliter homogeneos ab homogeneo patitur: quoniam contraria oia in eodem genere sunt:& patiuntur ab inuicem.

Actiua & passiua sibi inuicem sunt cotraria & media: & enim uniuersaliter generatio & corruptio in his est.

Co.li. Rationabiliter dicitur faciens uniuersaliter assimilare sibiipsi patiens:faciens enim & patiens contraria sunt.& generatio in contrarium: quapropter necesse est faciens in patiens transmutari :sic enim in contrarium erit generatio.

Co.lii. Dicimus quandoq; pati subiectum uel agere :ut sanari hominem & calefieri quandoq; autem contrarium:ut calefieri frigidum :& sanari laborans.

Ex lectione.xx.& co.liii.

Dupliciter dicitur mouens:unomodo in quo est principium motus scilicet primum mouens: alio modo ultimum mouens.

Primum mouens nihil prohibet in motu quidem immobile esse in quibusdam autem est & necessariú:ultimum autem oportet semper mouere motum:similiter est etiam & de actione.

Quæcúq; non habent eãdem materiam cum faciunt impassibilia sunt:ut medicina ipsa enim faciens sanitatem nihil patitur a sanato : cibus aũt faciens etiam ipsæ patitur.

Medicina est ut primum agẽs:ultimum autem ideſt proximum & immediatum cibus.

Co.liiii: Quæcunq; non in materia habent formam hæc quod impossibilia sunt factiuorum:quæcunq; aũt in materia habent passiua sunt.

Materiam dicimus esse similiter eandem cuiuslibet contrariorum.

Commento.lv. Effectiua causa est ut unum principium motus : & non ẽ finalis causa :nec formalis.

Habitibus præsentibus non adhuc generatur aliquid:sed est iam.

Species & fines habitus quidam sunt.

Materiã autem secundum quod materia passiuum est:

Ex lectione.xxii.& co.lxxvi.

Materia contrariorum numero est una:& potentia ipsorum scilicet remota non propinqua.

Ex lectione.xxiii.& co.lxxviii.

Continuum unumquõdq; &unũ ens.impassibile est ideo oportet agens & patiens esse diuisa:nam nihil patitur a seipso.

Nõ appropinquãtia neq; sibiipsis neq; aliis :facere innata sunt & pati.

Ex lectione.xxiiii.&co.lxxxiii.

Neq; materiam puta ligna igni miſceri dicimus neq; ignem miſceri cum ardet:neq; ipſam ſcilicet materiam ipſis particulis neq; igni ſed ignem quidem generari hanc corrumpi unde mixtio non eſt generatio.

Corpori cibū non dicimus mixtum & ideo mixtio non eſt augmentum.

Habitus & paſſiones nullatenus poſſibile eſt mixtas eē ſubiectis:ſed neq; album & diſciplinatum contingit miſceri. & ideo mixtio non eſt alteratio.

Non bene dicunt q; omnia quandoq; ſimul mixta eſſe: non enim omne omni miſcibile eſt:ſed exiſtere oportet ſeparabile utrunq; mixtorum.

Co.lxxxiiii. Non manet elementa actu in mixto: ut corpus & albū neq; corrumpuntur ſcilicet ſimpliciter neq; alterum neq; ambo:ſaluatur. nō uirtus eorum.

Ex lectione.xxv.& co.lxxxvii.

Quorum eſt eadem materia & actiua adinuicem ſunt & paſſiua:ſunt autē impaſſibilia entia quorum non eſt eadem materia:& horū non eſt mixtio:& ideo ſanitas non eſt mixta corporibus.

Co.lxxxviii. Actiuorum & paſſiuorum quæcunq; ſunt facile diuiſibilia multa quidem paucis:magna uero paruis compoſita non faciunt commixtionem:ſed augmentationem dominantis:tranſmutatur enim alterum in dominans:& ideo gutta uini mille milibus amphoris nō miſcetur:ſoluitur enim ſpecies & tranſmutatur in aquam quando autem potentiis ad æquantur aliqualiter tunc tranſmutatur utrunq; in dominans quia ſcilicet utrunq; dominatur & ex ſui ipſius natura nō generatur alterum ſed medium cōmune.

Thomas. Non eſt intelligendum q; in mixto ſit æqualitas uirtutum & potentiarum:nec æqualitas quantitatis miſcibilium:ſed quod ibi ſit æqualitas proportionis quam requirit forma generanda propter quam eſt mixio.mixtio enim naturalis eſt propter generationem.

Co.lxxxviiii. Miſcibilia ſunt quæcunq; agentium contrarietatem habent hæc enim ſunt adinuicem paſſiua.

Parua paruis miſcentur magis facilius enim & citius tranſeunt inuicem: multum autem a multo tardius hoc operatur

Bene determinabilia diuiſibilium & paſſiuorum miſcibilia ſunt diuidū tur enim in parua hæc facile:hoc enim eſt bene determinabile eſſe.

Maxime diuiſibilium ſcilicet in parua eſt humidum: ſi non uiſcoſum ſit ut ſcilicet eſt oleum.

Co.lxxxviiii.& co.lxxxx. Quando alterum miſcibilium ſolum paſſiuum eſt uehementer hoc autem ualde parum:aut nihil mixtum eſt ex ambobus aut parum:quod contingit circa ſtagnum & æs ſtagnum enim ut aliq; paſſio exiſtens ſine materia æris pene euaneſcit: & mixtū rece-

dit colorans solum:

Diffi. Mixtio est mixtibilium alteratorum unio:

Expliciunt propositiones ex primo libro de generatione & corruptione

Propositiones ex secundo libro de generatione & corruptiõe.

Ex lectione prima & commẽto primo.

Enèratio & corruptio oibus natura constantibus substãtiis nõ sine sensibilibus corporibus idest elementis est:

g Co.iii. Impossibile est esse sine contrarietate corpus hoc sensibile :aut enim graue aut leue aut calidum aut frigidum necesse est esse:

Co.iiii. Impossibile est subiectum generationis prædicari de generato scilicet in recto.

Co.vi. Dicimus aliquam materiam &unam corporum sensibilium idest elementorum & hanc non separabilem scilicet ab omni forma sed sẽper cum contrarietate ex qua generantur elementa.

Calidum non est materia frigido neq; hoc calido:sed subiectum amboꝝ scilicet est eorum materia.

Ex lectione secunda & co.vii.

Non omnes contrarietates :corporis species & principia faciunt :sed solum quæ secundum tactum secundum contrarietatem enim differunt & secundum tangibilem contrarietatem :ideo neq; albedo:neq; nigredo.neq; dulcedo uel amaritudo:neq; aliqua aliarum sensibilium qualitatum aliquod facit elemẽtum quãuis uisus sit prior tactu quia scilicet tales qualitates non sunt prime nec actiuæ nec passiuæ adinuicẽ ut sũt tangibiles qualitates & talia oportet esse principia primorum corpoꝝ scilicet elementorum:

Co.viii. Contrarietates secundum tactum sunt hæ calidum & frigidum: humidum :sicum graue & leue:durum & molle:lubricum & aridum: asperum & leue grossum & subtile.

Graue & leue neq; actiua neq; passiua sunt:neq; in faciendo uel in patiendo aliquid dicuntur ideo non sunt formæ elementorum.

Oportet actiua & passiua esse adinuicem elementa:miscentur enim & trã smutantur adinuicem:

Calidum & frigidum humidum & siccum hæc quidem scilicet calidum & frigidum actiua sunt:hæc autem scilicet humidum & siccum passiua

Diffi. Calidum est quod congregat homiogenea.

Diffi. Frigidũ est quod cõiungit & cõgregat tã quæ eiusdem naturæ:quã non eiusdem tribus.

Co.viiii.diff. Humidū eſt quod indeterminatū eſt proprio termino:ſed bene determinabile eſt alieno.

Diffi Siccū eſt quod bene terminabile:eſt proprio termino: difficile autē terminabile alieno

Co x Subtile & groſſum :& lubicū & aridū:&durum &molle:&alie differētiæ ſēſibiliū ex his ſūt.i.ex primis qualitatibus :uidelicet calido &frigido humido & ſicco.

Subtile eſt effectus humidi :groſſum autem ſicci :

Lubicum eſt effectus humidi aridū autem ſicci.

Diff.co.xii:Aridū eſt perfecte ſiccū:qua propter

Co.xiii. Diff. Molle ē quod cedit tāgēti quēadmodū & humidū:& tranſmuta tangens quod facit humidū :iō humidū nō eſt molle:ſed molle eſt effectus humidi :duꝛ aūt ſicci.

Diffi Durum eſt quod coagulatum eſt.

Co.xiiii.Diffi. Dicitur humidū quod habet alienā humiditatē ſuperficie tenus humidū ifuſū qđ habet in ꝓfundo:ſiccū aút qđ hac priuatum ē.

Diffi Humidū & coagulatū opponūtur:humidū eni ē qđ habet ꝓpriā humiditatē i profundo:coagulatū autē quod priuatur hac.

Co.xv| Neceſſe eſt calidū & frigidū humidū & ſiccū primas eē qualitates & alie ad has reducuntur.

Ex lectione .iii.& co xvi.

Ignis eſt calidus & ſiccus:aer calidus & humidus:uelut euaporatio enim eſt aer :aqua frigida & humida :terra autem frigida & ſicca:

Co.xx Ignis & unūquodq; elemētoꝝ quod ſentimus nō ſimplex eſt ſed mixtū ſimplicia quidē elementa talia ſunt nō tamen eadē .

Commento.xxi Coagulatio & arſio ſuperabūdantiæ ſuut hæc quidē frigiditatis hæc aūt caliditatis.

Diffi Glaties eſt coagulatio frigidi & humidi:& ignis qui circa nos ē: eſt arſio calidi & ſicci:iō nihil neq; ex glatie neq; ex igne generatur.

Co.xxiii Terra eſt ſicci magis quam frigidi:aqua frigidi magis quam humidi:aer magis humidi quam calidi :ignis autem calidi magis quam ſicci.

Ex lectiōe.iiii. & co.xxiiii.

Generatio in contraria & ex contrariis eſt.

Elementa omnia contrarietatem habeat adinuicem :quia eorum differentiæ cōtrariæ ſunt:his quidem ambæ ut igni & aquæ :his aūt altera ſolum ut aeri & aquæ.

Vniuerſaliter omne elementum ex omni elemento generari natum eſt.

Co.xxv. Elementa quæ habent adinuicem conuenientiam uelox eorum eſt tranſmutatio quæcunq; aūt nō habent tarda:quia facilius eſt unum quam multa tranſmutare :

Ex igne fiet aer altero scilicet sicco tantū transmntato scilicet secundum speciem & si corrumpitur frigidum :ignis erit ex terra:
Quando aquæ corrumpitur frigidum ignis autem siccum : aer erit quando autem ignis calidum : aeris autem humidum terra erit & quando aeris calidum:terræ autem siccum corrumpūt :aqua erit quando autē aeris humidum & terræ frigidum corrumpitur ignis erit.

Co.xxviii. Maxime ignis est flamma.

Diffi. Flamma est fumus ardens.
Fumus ex aere est & terra.

Ex lectione quinta & co.xxxi.

Nō est aliquod unum elementorum materia omnium aliorum:sed ē aliqua altera materia communis.

Ex lectione sexta & co.xxxvii:

Necesse est aliquid idē esse existens in oībus corporalibus quo mēsurātur
Ex aquæ pugillo erunt.x.pugilli aeris.
Quæ corporabilia sunt adinuicē habent eandem materiam:& transmutabilia sunt adinuicem.

Co.xxxviii. Quæ generātur scd'm naturā aut semp aut ut multū generantur.quæ aūt p̄ter naturā semp &ut multū ab euētu & a fortūa gnāntur.

Co.xli. Natura cā ē entiū qd'ita se habeāt q̄ uidelicet hó semp & ut freqn ter generet hoiem & bonū i.in se & optimū est i.i ordie uniuersi.

Co.xlv. Inconueniens est si aīa ex elemētis esse ponatur:aut unū aliquod elementorum :alterationes enim animæ non essent.

Ex lectione .vii.& co.xlviii.

Quando alterum elementorum simpliciter est in actu :potentia alterum erit:quando autem actu non omnino est:actu alterum est.
Elementorum quæ miscentur corrumpuntur intensiones siue formæ ad inuicem :& tunc mediū generatum neq̄ materia erit:neq̄ illorum contrariorum alterum actu simpliciter :sed mediū.
Medium fit multipliciter :& nō unomodo tantum.

Co.lviiii. Oīa mixta corpora quæcunq̄ circa media loca sunt ex oībus composita sunt simplicibus elementis.
Terra ī oībus mixtis ē:unūqd'q̄ enī maxime & multū ī ꝓprio loco q̄escit:
Sola simpliciū corpoꝝ bene determinabile corpus:est aqua.
Terra sine humido nō pōt cōmorari :sed humidū ē qd' cōtinet ipsā si .n. auferatur ex ipsa humidū:decidet utiq̄ terra in puluerem scilicet.
Quoniam generationes ex cōtrariis sunt & in sunt in mixto altera extrema cōtrarioꝝ desit qualitates terræ & aquæ necesse ē & altera in esse: qua ꝓpter in omni cōpōsito oīa simplicia corpora erunt.

Co.l. Oīa nutriuntur ex eisdem ex quibus sūt:oīa autem quattuor elemētis nutriuntur siue ex mixtis.

Nutrimentum eſt ſicut materia :quod nutritur autem ſicut forma materiæ coniuncta .
Rōnabile eſt ſolū ſimplicium corporū nutriri ignē :
Solus eſt maxime ſpecies ideſt formalis ignis

Ex lectione.viii.& co.li.

Facilius ſingularia inſpicimus quando de uniuerſalibus accipimus prius
Principia rerū gnābiliū hoc quidem eſt ut materia:hoc aūt ut forma oportet aūt & adhuc tertiū ſ.efficiens exiſtere nō enim ſufficientia ad generandum duo exiſtunt.
Materia eius quod eſt poſſibile eſſe & nō eſſe genarabilibus cauſa eſt.
Neceſſarium eſt generationē & corruptionē eſſe circa poſſibile eſſe & nō eſſe:nō aūt circa neceſſarium aliter ſe habere.
Materiæ eſt pati & moueri:mouere.n.& facere alterius eſt potentiæ.

Ex lectione.viiii.& co. liii.

Quoniā allatio ideſt motus localis perpetua eſt neceſſe eſt generationem cōtiue eē allatio.n.facit gnātiōē actualiter qa adducit &abducit gnāns
Multi rōabilius ē ens nō enti generatiōis cām eſſe quā nō ens enti.
Idē ſimiliter ſe habēs ſemper :idem innatum facere ſemper.
Co.lvi. Vna tantum exiſtente allatiōe nō cōtingit generationē & corruptionem fieri quia contraria ſunt.
Cōtrariorū cauſæ ſunt cōtrariæ ideoq; nō pōt allatū prima ideſt primi orbis generationis & corruptiōis cā eſſe:ſed quæ circa obliquū circulum ideſt circulū zodiaci;in hac enim & cōtinuū ī ē & moueri duos motus.
Sol & alia corpora cæleſtia i adueniendo & ppe eſſe generant & in recedendo & lōge fieri corrumpunt:& ſi multotiens adueniēdo generant & multotiens recedendo corrūpūt & in æquali tpe eſt corruptio & generatio quæ eſt ſecundum naturam .
Co.lvii.Tempus &uita uniuſcuiuſq; numerorū habet &hunc deteriatū ſcd'm numerū iſtorū acceſſuū corporū oīum.n.ordo &oē tps &uita mē ſurantur pariodo:ſed tamen nō eadē oēs ſed ii qdē minore.ii āt maiore:his q̄dē eni maior his autem minor pariodus eſt menſura.
Co.lviii. Eaquale eſt tempus generationis & corruptionis quæ eſt ſecundum naturam ſe contingit multotiens corrumpi propter adinuicē cōfuſionē:iæquali enim exiſtente materia & non ubiq; eadem : neceſſe ē inæquale eſſe generationes :& has quidem citiores has aūt tardiores.
Co.lviiii.Natura quod melius eſt conſiderat ſemper.
Melius eſt eſſe quam non eſſe.
Impoſſibile eſt eſſe ſemper in omnibus exiſtere propter longe a principio diſtare.
Aliquomodo cōpleuit deus naturæ deſiderīū cōtinuā faciēs generationem :ita enim maxime continuabitur eſſe : quia proximæ ſubſtantiæ

Idest eiusdem speciei cõtingit fieri sempiternus natura generatioem:
Co.lx. Causa quare unoquoq; corpore elementari in propriam allato re-
gionem :in infinito tempore nõ distant elementa:est quæ est adinuicẽ
transmutatio:si enim unũquodq; maneret in sua ipsius regione & non
transmutaretur aliquid ab eo quod prope : iam utiq; destitissent trans-
mutantur autem propter allationem scilicet obliqui circuli duplicem
existentem scilicet secundum accessum & recessum.

Ex lectione.x.& co.lxiiii.

Quandoq; quia rerum est dicere hoc est:oportet hoc est:quandoq; autem
quod nunc uerum est dicere quia futurum est nihil prohibet non gene
rari futurus enim incedere quis non incedet.

Co.lxvii Semper priori generato necesse est generari & quod posterius:
& ecõuerso in quibus scilicet est necessitas absoluta & unũ est tota ma
teria alterius ut in generatione elementorum sub circulo obliquo nõ
autem si alterum non sic tota materia alterius:ut fundamentũ domus

Co.lxviii. Non est principium infiniti neq; prius erit aliquid i infinito.

Quod est ex necessitate & quod semper simul sunt.quod enim est necesse
esse:non possibile est non esse:quo circa si ex necessitate est sempiternũ
est & si sempiternum est ex necesslitate est.

Non est possibile quod generatio in rectum sit sempiterna:quare sempi
terna erit quæ est incircuitu.

Co.lxx. Aer & aqua incircuitu generantur:si enim nubes erunt oportet
pluere :& si pluet oportet nubere esse. homines uero & alia animalia
nõ reuertuntur in se ipsa :ut rursus generetur idem :in rectum enim est
eoq; generatio & unum non est tota materia alterius.

Quoq; sba mota est incorruptibilis ut est sol eadem numero reiterantur
motus enim sequitur quod mouetur quorum autem est sed corruptibi
lis:necesse eadem specie non autem numero reiterare:ideo aqua ex ae-
re & aer ex aqua specie idem non numero reiterantur.

Expliciunt propositiões ex secundo libro de generatione & corruptiõe.

Incipiunt propositiões ex primo libro meteororum Aristotelis & lectio
nes notatæ sunt secundum expositionem petri de aluernia.

Ex lectione secunda.

Nũ est principiũ corporum ex quibus cõstat natura
coporq; circulariter latoq;.
Qui circa terrã totã existit mũdus ex quattuor elemẽ
tis constat.

Eſt ex neceſſitate continuus iſte mundus ſupeti oribus lationibus:ut omnis ipſius uirtus gubernetur inde.
Vnde motus principiū eſt omnibus illam cauſam putādū eſt eſſe primā.
Motus cœli perpetuus eſt:& finem non habens loco:ſed ſemper in finem quia ſcilicet ubi eſt finis eius eſt & principium.
Dicimus ignem & aerem & aquam & terram fieri exinuicem :& unumquodq; horum :in unoquoq; exiſtere potentia:ſicut & aliorum quibus unum aliquid & idem ſubiicitur :
Non dicimus ſemel:neq; bis :neq; raro eaſdem opiniões factas in hoïbus reiterari :ſed infinities:
Valde ſimplex eſt putare unūquodq; aſtroꝝ paruæ eſſe magnitudinis q̄a uidetur aſpicientibus hinc nobis ſic.
Neceſſe eſt eandē eē ꝓportōnē partis.ſ.eleměti ad partē &totius ad totū.
Neceſſe ē æq̄litatē uirtutis exiſtere magnitudinibus iæq̄libus elemētoꝝ
Corpus qd' ſurſū eſt uſq; ad lunā ſ.corpus cæleſte:alteꝝ eſt ab igne &aere & in ipſo hoc qdē purius eſt:hoc aūt minus lincerꝝ & differētias habet
Lato cœlo & corporibus ſunt in ipſo circulariter :corpus propinquū inferioris mūdi ſ.ignis ,accenditur &facit caliditatem diſgregatū ex motu corporis cæleſtis.
Diffi. Vapor eſt aquæ diſgregatio & natura eius humida eſt & calida :exalationis aūtem natura calida & ſicca.
Vapor potentia eſt uelut aqua:exalatio uero potentia eſt uelut ignis.
Eius q̄ eſt in ſuperiori aere nō conſtare nubes cā eſt quia nō eſt aer ſolum ſed magis uelut ignis unde facilime diſgregat exalationem ut paulo ꝫ ferius dicit ut non congregetur in aquam.
Nihil prohibet pp eā quæ eſt ſuperioris aeris in circuitu latiōem ꝓhiberi conſtare nubes in ſuperiori aere.
Fluere neceſſarium ē oēm in circuitu aerē quicūq; nō ītra peripheriam capitur definitā ideſt intra circūferentiam mōtiū ut & terra rotūda ſit totam:quia ſimul trahitur cum totius circulatione ignis quidem cum eo quod ſurſum eſt elemento ſ.cœlo cū igne aūt aer continuus.
Ventorum generatio fit in ſtagnantibus locis terræ & non excedunt uenti altos montes :
Eius q̄ eſt fieri eſtum & calorem ſufficiens eſt cauſa ſolis latio:uelocē.n. oportet eſſe talem lationem & non longe :quæ autem aſtrorum eſt latio uelox quidem eſt:longe autem:quæ autem lunæ deorſum quidem tarda autem :quæ uero ſolis ambo hæc habet ſufficienter.
Signum ſufficiens quod corpora cæleſtia non ſint calida neq; ignita:eſt diſcurſus aſtrorum ibi quidem enim non generantur:quæ autem deorſum generantur :quamuis quæ magis mouentur & citius ignantur citius.adhuc autem ſcilicet eſt ſignum quia ſol maxime uidetur eſſe cali

dus albus :ſed nō igneus eſt exiſtens.

Flammæ accenſæ circa cœlū & diſcurrentia ſydera & dali idest lampades
&æges idest capreæ omnia ſunt idem &propter eandem cauſam fiunt
differunt aŭt ſecundum magis & minus :

Calefacta terra & aqua a ſole:exalationem neceſſarium eſt fieri non ſim-
plicem(ut quidam putant):ſed duplicem :hanc quidem magis uaporo
ſam:hanc autem magis fumoſam:

Diffi. Exalatio humidi quod eſt in terra & ſuper terram uapor eſt :quæ
autem ipſius terræ ſiccæ exiſtentis fumus eſt:& fumoſam qnidem ne-
ceſſe eſt ſupereminere propter calidum :humidiorem autem ſubeſſe p
pter pondus.

Diffi Flamma eſt ſpiritus ſicci ardor.

Differunt ignes in ſuperiora generati ſecundum hypeccaumatis poſitio
nem aut multitudinem : ſi enim habeat latitudinem & longitudi-
nem hypeccauma multotiens uidetur accenſa flamma uelut in area
ardentis ſtipulæ :ſi uero plus hypeccauma fuerit ſecundum longitudi-
nem quam latitudinem :quando quidem quaſi ſcintillat ſimul cumbu
ſtum æges uocatur.quando autem ſine hac paſſione dali :quando ue- //i. horrens.
ro longitudines exalationis per modica & multipliciter diſperſæ:& ſi
militer : ſecundum latitudinem & perfuditatem ſydera uolantia di-
cuntur.

Aliquando a motu ſcilicet cæleſtium corporum exalatio exuſta generat
ſydera uolantia per quandam ſcilicet contmuitatem uelut quæ ſub lu
cerna poſita exalatio a ſuperiori flamma accendit inferiorem flam-
mam:aliquando uero exiſtente aere excluditur & ſegregatur calidum
ideſt exalatio calida uelut quæ ſunt ex digitis elabentia propter quod
& latio ipſorum aſſimilatur proiectioni :ſed non exuſtioni ut & in ter
ram & in mare uideantur cadentia & in nocte &per diem ſerenitate exi
ſtente uidentur.

Deorſū ſydera uolātia iaciuntur ꝙa coagulatio ad deorſū ĩclinat ꝓpellēs
pp ꝙ &fulmia deorſū cadūt oium enim hoꝝ generatio nō exuſtio ſed
cōgregatio ab expulſione eſt .i.a frigido faciēte expulſionē quoniā ſe-
cūdū naturā calidū ſurſum natum eſt ferri.

Pluria diſcurrentia ſydera ad latus feruntur: propter ferri duabus lationi-
bus :uiolentia quidem deorſum natura autem ſurſum omnia enim ſe
cundum diametrum feruntur talia.

Omnium diſcurrentium ſyderum cauſa quidem ut materia eſt exalatio:
ut autem mouens aliquando quidem quæ ſurſum latio .i.motus cœli
aliquando aŭt aeris cōcreti coagulatio:

Omnia ſydera diſcurrentia ſub luna fiunt : ſignum autem eſt apparens
ipſorum uelocitas:

Apparẽt aliquando in nocte ſerenitate exiſtente multa phantaſmata in aere puta hiatus :bothyni ideſt foueæ & ſanguinei colores cauſa autem in his eadem eſt quæ & impræſionibus ignitis:nam coloratur ille met aer utidẽ ſit hiatus & fouea quando aer magis eſt condenſatus i medio quam in extremitatibus: materia in medio non tantum recipit luminis quam extremitatibus.

Ex lectione tertia.

Anaxagoras & democritus aiunt cometas eſſe ſymphaſin errantium ſtellarum :cum propter prope uenire tangere adinuicem uideantur.

Italicorum quidam pythagoricorum dicunt cometam eſſe unum errantium ſiderum ſcilicet mercurium ſed prius multum tempus apparitionem ipſius eſſe.

Hippocrates chius & æſchylus diſcipulus eius ſimiliter ſcilicet ſicut italici dicunt :ſed comã nõ ex ipſo aiunt ſidere habere .ſed erantẽ propter locum aliquando recipere refracto noſtro uiſu ab attracto humore ab ipſo ad ſolem .

Oẽs errãtes ſtellæ in circulo aialium ideſt zodiaci uidentur.cometæ autẽ multi uiſi ſunt extra circulum ſcilicet zodiaci.

Non eſt uerum ꝙ in loco ad arctum fiat cometes ſolum:ſimul & exiſtente ſolæ circa tropicos æſtiuales:magnus enim cometes factus circa eũ qui in achaia terræmontum & circa fluctus aſcenſum ab occaſibus æq̃ noctialibus artus ſuit: & ad auſtrum iam multi facti ſunt.

Sub principe athenienſium glorioriſſimo molone facta ſuit cometa ſtella mẽſe gameleõe ideſt octobris ſole exiſtẽte circa tropicos hyemales:

Nos uidimus ꝙ eaꝝ ſtellaꝝ q̃ i fœmore ſunt canis:ſtella q̃dam habuit comã debilẽ tamẽ:& ĩtẽdentibus in ipſam:debile factũ eſt lumen eius :a diacentibus autem remiſſe uiſum :plus ſcilicet factum eſt lumen.

Omnes cometæ qui apud nos uiſi ſunt ſine occaſu diſparuerunt in loco ſuper orizontem:ita ut nec unius ſtellæ corpus de relinqueretur:neque plurium.

Nos ipſi uidimus ſtellã Iouis cuidam ſtellæ ingeminis exiſtenti ſubeuntem :& diſparere faciẽtẽ & nõ cometam factum .

Ex lectiõe.iiii.

De ĩmaniſeſtis ſenſui putamus ſufficiẽter demõſtraſſe ſcd̃m rõnem:ſi ad poſſibiles rões reduxerimus ex his quæ nunc apparẽt.

Exalatio calida & ſicca uſq̃ ad ſupræmã regiõem aeris eleuata:& a principio igneo nõ multo :ne cito exuratur .i.exalatio nec ſic debili ut ipſum ſcilicet principiũ extinguatur cito:inflamata:& cũ ſimul de ſubtus accidit aſcẽdere bene diſpoſitã exalationem:fit ſtella cometa qualitercũq̃ exalatũ extiterit figuratum .

Si oĩ q̃ q̃ .i.q̃ſi circularis diſpoſita ĩ medio ſpiſſo exalatio ſimiliter extiterit cometes uocatur ſi aũt ad ſogitudinem pogonias dicitur.i.barbata.

Quando in inferiori loco scilicet propinquiori nobis supra nubes tamen exalatio fuerit per se: apparet cometes quando autem sub astrorum ali quo errantiũ aut nõ errãtiũ cõsistit exalatio tũc cõetes erit alius non tñ apud ipsa astra coma sit: sed quemadmodum alo circa solem.

Quando secundum stellam sit talis concretio exalationis: necesse est eam dam manifestare lationem motum cometan: quo fertur stella: quádo autem consisterit per se tũc subtardantes uidentur: talis enim latio est mundi qui circa terram scilicet aeris qui est supra montes

Esse igneam ideſt calidam & siccam ignitam consistentiam cometarum argumentum est q̃ plures facti signãt uentos & siccitates:

Quando in ægon fluuiiũ qui scilicet est fluuius thratiæ cecidit lapis exae re a uento eleuatus: cecidit per diem & tunc accidit cometes stella fa ctus uespere.

Eius q̃ est nõ fieri multos neq̃ sæpe cometas & magis extra tropicos quã intra causa est solis & astrorum motus non solum congregãs calidam & siccam exalationem: sed etiam digregans cum consistit superius: & maxime etiam causa est quia plurimum talis exalationis congregatur in lactis regionem.

Ex lectione. v.

Vmbra terræ quæ uocatur nox: non est apud astra sed necesse est solem omnia astra prospicere: & nulli ipsorum terram obsistere.

Neq̃ circa solem neq̃ circa lunam fit coma: citius enim disgregatur quã ut constet talis concretio.

Circulus i quo apparet gala ideſt circulus lacteus plenus ẽ astris maxis & sulgidissimis & sporadis ideſt sparsis uocatis: ut per hæc continue: & semper omnis segregetur exalationis concretio.

Diffi. Gala est coma circuli maximi per segregationem exalationis facta: propter hoc non multi neq̃ sæpe fiũt cometæ quia continue segrega ta est exalatio.

Ex lectiõe. vi.

Mouens principale et primum principium eorum quæ circa terram fũt accidentium: & eam quæ sursum est generationem circulus est in quo est manifeste solis latio disgregans & congregans in proprie fieri aut longe causa generationis & corruptionis est.

Vapor infrigidatur propter derelictionem caloris: & propter locum & sic aqua ex aere facta iterum fertur ad terram.

Diffi. Exalatio quæ fit ex aqua uapor est: quæ autẽ ex aere in aqua ideſt ex uapore habente dispositionem aeris nubes est: caligo autem rema nentia eius quæ in aquam cõgregationis ideſt quod remanet ex nube post cõuersionẽ eo i aquam propter quod caligo est magis signum se renitatis quam aquarum:

Diffi. Caligo est uelut nebula stercus:
Eleuato humido propter calidi uirtutē:& iterum lato deorsum propter infrigidationem ad terram:si scd'm modica feratur pſecades dicitur:si autem secundum maiores partes pluuia uocatur.
Quod de die euaporat humidum si non tantum in suspensum eleuatum fuerit propter paucitatem calidi:& iterum decursum latum cum infrigidatum fuerit nocte:uocatur ros & pruina.
Diff. Pruina dicitur quando uapor congelatur priusquam in aquam conuertatur iterum.
Diffi. Ros dicitur cū concretus fuerit uapor ī aqua:& neq; sic fuerit æstus ut ex siccetur sursum ductus:neq; sic frigus ut congeletur uapor ipsæ.
Vapor calidior est aqua habet enim eleuantem calorem quare amplioris frigiditatis est ipsum coagulare coagulatur tamen altius per accidens ros raritatis.

Ros & pruina fiunt serenitate & tranquillitate existente: neq; enim eleuantur uapores:non existente serenitate:neq; constare poterunt flante uento:
Non longe a terra suspenditur uapor:nam in montibus non fit ros nec pruina:quia sursum ducitur uapor ex submissis & humefactis locis.
Auster temperiem facit. boreas autem facit hyemem: frigidus enim est.
Fit ros ubiq; australibus flantibus:præter quam in posito: ibi enim fit borealibus flantibus:australibus autem non:nam in posito auster non facit temperiem:ut fiat uapor:boreas autem propter frigiditatem antiperistasim ideſt contra resistentiam faciens calidū congregat:quare plus uaporat magis.
Vaporant putei magis borealibus flantibus quam australibus:sed borealia quidem extinguunt ante quam constet aliqua multitudo uaporum in australibus autem finitur congregari exalatio.
Pluuia & ros idem sunt & propter easdē causas fiunt:similiter nix & pruina:sed differunt secundū magis & minus inferius generari & in multitudine & paucitate.
Pluuia fit ex multo uapore infrigidato:causa autem huius est locus multis & tempus in quo colligitur:roris autem congregato unius est diei: & locus paruus.
Cum congelatur nubes nix est: cum autē uapor pruina fit.
In hyeme rarius fiunt grandines:& tunc fiunt quando minus frigus fuerit.
Accidit in ualde altis locis minime fieri grandines:licet uideamus niues in maxime altis fieri.
Maxime grandines sunt quæ sunt figuræ non rotundæ:& hæ congelatæ sunt circa terram:signum autem est quoniam latæ de lōge propter lō

ge fieri circulationem fiunt figuræ rotundæ & magnitudine minores
Propter antiperiſtaſim in æſtate frigida ſunt iferiora terræ & calida gelu
In calidioribus temporibus antiperiſtaſim ideſt contra reſiſtentiam paſ-
ſum frigidum intus in nube propter eam quæ in circuitu caliditatem:
aliquando cito aquam ex nube facit :ppter q̃ & guttæ multo maiores
in calidis fiunt diebus: quam in hyeme :& aquæ labroteræ ideſt im-
petuoſæ.
Labroteræ quæ fiunt cum ſubito ſimul totæ magis fiunt:ſubite autem p̃
pter celeritatem coagulationis.
Cum magis antiperiſtaſim patitur intus in nube frigidum ab exteriori ca
lido :aquam faciens coagulat & fit grando : accidit autem hoc cum ci
tius fuerit coagulatio quam aquæ latio deorſum.
Minus in æſtate fit grando quam in uere & autūno :magis tamen quam
in hyeme:quia ſiccior aer eſt in æſtate:in uere autem humidius:in autū
no uero iam humefactatur :& immaturatione fructuū ideſt in fine eſta
tis maxime etiam fiunt grandines propter eandem cauſam.
Confert ad celeritatem coagulationis præcalefactam eſſe aquam : pro-
pter quod multi cum calidam cito infrigidare uoluerunt ad ſolem pri
mo ponunt .
Circa arabiam & ethiopiam æſtate fiunt aquæ & non hyeme:& hæ uehe
mentes & eadem die ſæpe :cito enim infrigidantur antiperiſtaſi : quæ
fit propter eſſe calidam regionem ualde.

Ex lectione .vii.

Vaporās aer infra terram ab ea quæ ẽ in terra frigiditate in aquam cōuer
titur:ſicq̃ exiſtens aqua quotidie principium eſt fluuiorum .
Fōtes plurimi mōtibus & locis altis uicinantur in cāpeſtribus autem pau
ci fiunt omnino.
Mōtana & alta loca uelut ſpōgia exiſtentia:uel cōcauā &cōuexā circunfe
rentiam habentia:aſcendē tē uoporē infrigidatum concernunt iterum
in aquam:& multis locis producunt & colligunt aquā : ſuſcipiūtq̃ ad
uenientis aquā magnam multitudinem propter q̃ maximi fluuiorum
ex maximis uidentur fluere montibus.
Parnaſus dicitur eē mōs maximus oīum q̃ fūt ī aſia ad oriētē hyemalē:
ex quo fluūt maximi fluuii bactros & choaſpes & araxes aquo diuidi-
tur tanais pars exiſtens in meotidem paludem:fluuit & ex ipſo parna
ſo indus oīum fluuioꝝ fluuens plurimum.
Caucaſus eſt maximus mons eoꝝ qui ſunt in aſia ad oriētem æſtiualem
& multitudine ſ.mōtiū &altitudine:illuſtrātur enim a ſole ipſius ſumi
tates uſq̃ ad tertiā ptē noctis ab oriēte:& iteꝝ a ueſpa:& multa habēs
iugā ī qbus gentes habitant multæ :& ſtagna aiunt eſſe magna attamē
iuga oīa manifeſta uſq̃ ad ultimū uerticem .

Ex pyreno monte qui eſt ad occidentalem æquinoctialem in celtica:fluunt iſter & tarteſſus: tarteſſus quidem extra colũnas :iſter autem per totam europam in puntum euxinum:

Circa libyam qui quidem ex æthiopicis montibus fluunt ægon & nyſes ſunt.

Nili fluxus primo ex argyrucalo uocato monte fluit.

Fluuiorum qui circa helinicum locum achelous quidem ex monte pindo fluit:&inachus.

Strymmon & neſtus & hebrus omnes tres ſunt exiſtentes ex ſcombro:

Circa ligyſticam non minus rhodano abſorbetur quidam fluuius: & iterum egreditur ſecundum alium locum.

Rhodanus fluuius nauibus tranſmeabilis eſt.

Ex lectione octaua.

Non ſemper eandem loca terræ aquoſa ſunt aut arrida:ſed permutantur ſecundum fluuiorum generationes & defectus & non ſemper hoc quidem terra hoc autem mare perſeuerat:ſed fit mare ubi eſt arrida:ubi autem nunc mare iterum hic terra ſecundum quendam ordinem & circuitum.

Partes terræ ſicut & corpora plantarum & animalium ſtatum & ſenectutem habent:ſed animalibus quidem non ſecundum partem hoc accidit pati:ſed ſimul totum inſtatu eſſe & detrimentum pati eſt neceſſariũ terræ: aut hoc ſecundum partem fit propter frigus & caliditatem quæ creſcunt & diminuũtur propter ſolem & circulationem cœli.

Neceſſe eſt locis factis ſiccioribus fontes exterminari & fluuios primo ex magis paruos deinde tandem fieri ſiccos :fluuiis autem tranſmutatis: & hic quidem exſiccatis :alibi autem proportionabiliter factis neceſſe eſt permutari mare &hic quidam arridá facere ibi autem ubi .ſ. generati ſunt fluuii ſtagnare.

Locus ægypti ſemper ſiccior uidetur factus & tota regio iter erat exiſtens nili propterea paulatim ex ſiccatis paludibus propinqua inhabitari cæperunt ex temporis longitudine.

In multis locis conſiderantes inuenimus ſuperueniſſe mare: ſed huius cã mundi generationem factam non oportet putare : deriſibile enim eſt propter paruas momentaneas & permutationes mutare totum.

Terræ molles & magnitudo nihil omnino eſt ad totum cœlum.

Antiquiſſimi hominum fuerunt ægyptii:& horum regio tota uidetur facta eſſe:& exiſtens fluuii opus .& hoc ſecundum regionem ipſam aſpicienti palam eſt:&quæ circa rubrum mare argumentum ſufficiens hoc enim regnum aliquis acceptauit perfodere.

Dicitur ꝙ primus ſeſoſtris conatus fuit perfodere antiquorum ſed inuenit mare exiſtens altius terra :propter quod ilie primo & darius poſte-

rius ceſſauit fodiens ut non corrumperetur fluxus fluuii commixto mari.

Propoſitiones ex ſecundo libro meteororum Ariſtotelis.

Ex lectione prima & commento primo.

Luxibiles ſunt omnes aquæ fontales.
Impoſſibile eſt fontes eſſe maris principium.
f Exaltioribus partibus terræ quæ ſunt ad artũ fluxus màris fit plurimus.

Ex lectione ſecunda.

Flamma per continuum humidum permutata fit:&non alitur:non enim eadem exiſtens permanet aliquo tempore.
Potabile & dulce propter leuitatem ſurſum a ſolis calore ducitur:ſalſum autem omne ſubtus manet propter grauitatem: ut in loco conuenienti:&proprio ipſius aquæ.
Locus quæ occupat mare:licet uideatur eſſe maris: quia quod ſalſum eſt deorſum fertur propter pondus dulce autem & potabile ſurſum:nõ tamen eſt maris :ſed ſolum aquæ ſcilicet in quantum eſt aqua: ſicut & in animalibus locum alimẽti potabilis putamus uentrem:licet cito aſſumatur :& non ſolum ſuperflui.
Continue fluentibus fluminibus ſimul in mari nihil mare fit amplíus:qa aqua quæ uenit in immenſum & latum locum exſiccatur cito & latenter :ſicut ſi qui ſuper menſam magnam diffundent aquam ſcyphum ſimul proſpicientibus nobis utiq; ex terminabitur.
Omnes fluuii uidentur terminari ad mare:in terram autem nullus:ſed & ſi diſperant iterum redeunt.
Terminus magis aquæ quam principium eſt mare.

Ex lectione quarta.

Metaphora uti poeticum eſt:ad cognoſcendum autem naturam rei non ſufficiens eſt.
Superfluum in ueſica colectum amarum & ſalſum fit potato humido dulci exiſtente propter ſegregationem dulcis aut commixtionem terreſtris.

Ex lectione.v.

Quod indigeſtiſſimũ eſt ſalſum & amarum eſt indigeſtiſſimum enim ſuperfluum eſt humidi alimenti talis autem omnis hypoſtaſim maxime autem quæ eſt in uiſica :ſignum autem eſt qua indigeſtiſſima eſt.
Humida indigeſtiſſima ſubtiliſſima ſũt :digeſta autem cõſtare ideſt groſſa eſſe nata ſunt.

ropter segregationem humidi ſubtilis & dulcis: & commixtionem terreſtris alicuius exalationis uidelicet uaporoſe & ſiccæ ſalſum fit mare.

Aquæ auſtrales & primæ autumnalium propter exalationis ſiccæ cõmixtionem grauiores & ſaltiores ſunt.

Auſter magnitudine & ſpiritu æſtuoſiſſimus eſt uentus & flat a locis ſiccis & calidis: & compræhendens multam exalationem ſiccam: calidus eſt.

Boreas flat a frigidis locis & uaporoſis: propter quod frigidus eſt: eo autem qnod propellat nubes ſerenus eſt noſtræ regioni: oppoſitæ autem aquoſus ſimiliter autem & auſter ſerenus eſt his qui habitãt circa libyã aquoſus autem nobis.

Propter exalationem ſiccam in mari exiſtentem calidum eſt mare.

Omnia quæ cunq; ignita fuerunt habent potentia caliditatem in ſe ipſis: & hoc licet uidere in calce & cinere & hypoſtaſi animalium:

Calidiſſimorum ſecundum uentrem animalium accidit calidiſſimam eẽ hypoſtaſim.

Quoniam eleuatur ſemper ẽx mari aliqua pars ſalſi cum dulci: ſed minor tanto quanto in aqua pluta pars ſalſa eſt minor dulci: propter hoc æq̃liter mare ſalſum eſt (ut eſt dicere) in omnibus partibus.

Vinum & omnes humores qui uaporantes ſunt: quando uapor in humidum conſtiterit aqua fiunt.

Quod in commixtione alicuius terreſtris ſalſum maris conſiſtat: palam eſt ſi quis uas cæreum formans poſuerit in mare circunligans os tali: ut non per rimam aliquam intret mare quod enim ingreditur per parietes cæreos fit potabilis aqua quaſi enim per linguam cæræ quod terreſtre ſecernitur: & faciens ſalſedinem per commixtionem:

Propter commixtionem terreſtris gtauior eſt aqua ſalſi potabili: & plus trahit groſſitiei: & enim earum groſſicies in tantum differunt: ut naues ab eodem pondere rerum in fluuiis quidem fere ſubmergantur: in mari autem mediocriter ſe habeant & naugabiliter.

Si quis aquam ſalſam fecerit ualde miſcens ſal: ſupernatant oua & ſi ſint plena.

Eſt ut fertur in paleſtina ſtagnum in quod ſi quis immerſerit colligatum hominem: ſupernatat: nam amarum ſic eſt & ſalſum: ut illo piſcis nõ naſcatur.

In chaonia eſt fons aquæ ſalſe: cuius aquæ decoquentes partem: cum euaporauerit humidum cum calido fiunt ſales non groſſi compacti: ſed laſſi & ſubtiles: ſicut nix: & debiliores aliis.

Eſt locus in umbricis arabicis in quo naſcuntur calami: de his combu-

runt in colæ & cinere mitentes in aquam decoquunt cunque dim
ſerint aliquam partem aquæ hæc infrigidata ſalis fit multitudo.
Exuſta terra ſecundum magis & minus penetrantibus aquis per ipſam di
uerſas dat formas ſaporum.
In ſicona ſiciliæ acetoſæ quædam aquæ ſunt: quibus homines utuntur
ſicut aceto ad quædam eduliorum ſuorum.
Circa lyncon fons quidam eſt aquæ acetoſæ: circa ſcythiam autem a-
marus.

Ex lectione ſexta:

Sunt duæ ſpecies exalationis hæc quidem humida ut uapor: hæc autem
ſicca ſecundum totum innominata: ſed nomine partis neceſſe eſt ap-
pellare ipſam uelut fumum.
In uapore non eſt humidum ſine ſicco: nec in fumo ſiccum ſine humido
ſed dicuntur talia ſecundum exceſſum.
Cum appropinquauerit ſol caliditate eleuat humidum: longius autem
facto: propter frigidationem conſiſtens ſurſum uapor in aquam con-
uertitur propter quod in hyeme magis fiunt aquæ quam in æſtate: &
nocte quam per diem.
Exalatio humida principium eſt aquæ pluentis: ſicca autem principium
eſt & natura omnium uentorum.
Non eſt eadem natura uenti & aquæ plutæ & aeris.
Aer motus non eſt uentus: mouebitur enim aliquando magna multi-
tudo aeris ab aliquo magno caſu non habens: principium neque
fontem.
Ceſſare faciunt aquæ facte uentos: & ceſſantibus aquis uenti fiunt.
Vbi plurimam aquam terra ſuſcipit hic plurimam neceſſe eſt fieri exa-
lationem ſicut ex uiridibus lignis fumum: & hæc exalatio uentus
eſt.
Quoniam uentus eſt multitudo quædam ſiccæ ex tetra exalationis ob
lique ideſt lateraliter mota circa terram: palam eſt quod motus ipſi-
us principium deſuper eſt: materiæ autem & generationis de ſub-
tus eſt.
Exalationibus conuenientibus ſecundum modicum ſicut & fluuiorum
principia fiunt uenti: & unde ſingulariter flant minimi omnes ſunt p
cedentes autem longe ualidi flant.

Ex lectione .vii.

Sol ceſſare facit uentos debiles exalationes ampliori calido extermi-
nans & a principio fieri prohibet terram proueniens & exſiccans an-
te quam multa ſimul fuerit exalationis congregatio: propter quod
& circa orionis ortum maxime fit tranquillitas uſque ad etheſias &
prodromos.

Vniuerſaliter propter duas cauſas fiunt tranquillitates uentorum: aut p pter frigus extincta exalatione uelut cum fuerit gellu forte:aut marce facta exalatione a ſuffocatione.

Permutationes omnium temporum turbatione plene ſunt propter inde terminationem eorum.

Poſt hyemales uerſiones flant ornitihæ:& enim ii etheſiæ ſunt debiles: minores autem & tardiores etheſiis flant.

Venti boreæ continue flant quos etheſias uocamus poſt æſtiuales tropicos & canis ortum.

Etheſiæ flant poſt ſolis uerſiones & canis ortum:neq; tunc quando ppe fuerit ſol:neq; quando longe:& diebus quod flant noctibus autem ceſſant:cauſa autem eſt quia ſol quid eſt prope exiſtēs præuenit exſiccās ante quam fiat exalatio:cum autem abſcceſſerit modicum: mediocris iam fiet exalatio & caliditas:ut congelatæ aquæ liqueſcāt & terra exſiccata a propria caliditate & ab ea quæ ſolis turgeſcat & exalet:nocte aūt deficiunt quia congelatæ liqueſcentes deſiſtunt propter frigiditatem noctium.

Neq; congelatum neq; multum habens ſiccum exalat:ſed cum habeat ſiccum humiditatem calefactum exalat.

Auſter ab eſtiua uerſione fiat & non ab hyemali:nec a polo antartico.

Impoſſibile eſt terram habitatam eſſe circularem multum enim longitudo differt a latitudine:quod enim ab heracleis columnis uſq; ad idicum: ex eo quod ex æthiophia ad mæotidem & extrema ſcythiæ loca:plus quam quinq; ad tria ſecundum magnitudinem eſt.

Ex lectione.viii.

Contraria ſecundum locum ſunt plurimum diſtantia ſecundum locum ſicut & contraria ſecundum ſpeciem ſunt plurimum diſtantia ſecundum ſpeciem.

Maxime diſtantia in circulo ſecundum locum:ſunt quæ poſita ſunt adinuicem ſecūdū diametrum.

Zephyrus poſitus eſt in occidente æquinoctiali cui contrarius eſt apeliotes .i. ſubſolanus poſitus in occidente æquinoctiali:

Boreas & aparctias ideſt aquiload urſam poſitus eſt:cui contrarius ē auſter ad meridiem poſitus.

Cæcias in oriēte æſtiuali poſitus eſt:cui contrarius eſt lips. ideſt aphricus ab occidente hyemali flans.

Eurus ab oriente hyemali flat:& eſt uicinus auſtro propter q̄ ſæpe euronoti dicuntur flare:contraius huic eſt ſciron ideſt caurus ab occidente æſtiuali flans quem ii quidem argeſtem ii autem olymperiam uocāt ii autem ſcírona.

Thraſcias medius eſt argeſtis & aparctiæ.

Ventus quem uocant mese medius est cæciæ & aparctiæ.
Contraria his duobus ultimis uentis non sunt flarent enim utiq; ab illis locis oppositis secundum diametrum :sed non ab ipsis flant.
Flat tamen a loco opposito thrasiæ uentus secundum modicũ quem uocant qui circa illum locum habitant phœniciam.
Plures uenti flãt a locis ad arctum positis quam ab hiis qui ad meridiem propter habitabilem terram nostram supponi ad arctum :& quia multo plus aqua & nix reponitur in hac parte quibus liquefactis in terram & a sole calefacta terra necessarium est ampliorem & ad plurem locum fieri exalationem.
Vniuersaliter omnes uẽti dicuntur ii quidem boreale ii autem australes: apponuntur enim zephyrici boreæ quia frigidiores sunt austro autem apeliotici :quia calidiores:
Calidiores sunt uenti qui ab oriente :flãt his q ab occidẽte quia pluri tẽpore sub sole sunt q ab oriente :quam qui ab occidente.
Contrarios uentos secundum diametrum positos simul flare nõ est possibile:alter enim cessabit uiolentiam passus non sic positos autem adinuicem nihil prohibet simul flare:
Secundum contraria tempora contrarii maxime flant uenti: puta circa æquinoctium uernale flat cæcias:& circa autumnale libs circa uersiones autem æstiuales zephyrus circa hyemales uero eurus.
Aparctias & thrasias & argestes crebri & fortes sunt & flant maxime:propter quod sereniſſimi sunt uentorum flantes enim de prope maxime repellentes alios uentos cessare faciunt & efflantes consistentes nubes faciunt serenitatem si tamen non magis frigidi quam magni. ut non prius præueniant coagulantes nubes quam propellentes & grandinosi sunt :& corrusçationes maxime faciunt qui enim de prope flant frigidi sunt propter frigidum autem fulguratio fit segregatur enim constantibus nubibus.
Cæcias serenus non est quia reflectit nubes in se ipsum unde dicitur prouerbim:trahens secum ut cæcias nubem.
Humidi sunt libs & cæcias quem ellespontian quidam uocant & eurus.
Sicci sunt argestes & eurus :a principio enim eurus siccus est consumens autem aquosus:
Nebulosus est meses &apartias maxime isti enim frigidissimi.
Grandinosus est aparctias & thrascias & argestes
Aestuosus est auster & zephyrus & eurus.
Nubibus condensat cœlum cæcias quidem ualde libs autem rarius: cæcias quidem quia reflectit ad se ipsum & communis est boreæ & euro: quare quia frigidus est coagulans :uaporantem aerem constare facit: quia autem apeliaticos ideſt orientalis habet multam materiam & ua

porem quem propellitur.

Corruſcationes faciunt apparctias thraſcias &argeſtes &meſes:quia enim de prope flant frigidi ſunt pp frigidū aūt fulguratio fit:ſegregatur. n. cōitantibus nubibus pp quod & quidam horum grandinoſi ſunt cito enim coagulant.

Ex lectione .viiii.

Corpus quod ad plurimum natum eſt ire & uehementiſſimum ¡maxime motiuum eſt:& tale eſt corpus ſubtiliſſimum: & eſt maxime ſpiritus natura.

Exalatio ſicca cū intus in terrā fluxerit quæ extra exalari ſolebat cā ē terræmotus propter quod fiunt in tranquillitate plures & maximi terræmotus.

Continua exiſtens exalatio conſequitur ut ī pluribus impetum principii: quare aut intus in terra fertur omnis exalatio aut extra.

Quoſdam fieri terræmotus flante uento nihil irrationabile eſt:uidemus enim aliquando ſimul plures flantes uentos quoꝝ cū in terrā fertur alter erit uento flante terræmotus.

Quod fiūt flante uento terræmotus minores magnitudine fiunt: quoniam diuiſum eſt principium & cauſa ipſorum.

Nocte plures & maiores fiūt terræmotus quā in die:q aūt de die fiūt circa meridiem fiunt: tranquilliſſimum eſt enim ut in pluribus diei meridies.

Sol cū maxime præualet declinat exalationē in terrā:præualet autem maxime circa meridiem.

Noctes diebus tranquiliores ſunt propter abſentiam ſolis.

Terræmotus qui fiunt de nocte maxime circa diluculum fiunt tunc enī uenti nati ſunt incipere fiere.

Fortiſſimi fiunt terræmotus circa loca illa ubi mare fluxibile eſt :aut regio ſpongioſa & ſubantroſa:propter q̄ circa helleſpontum achaiam& ſiciliam:& circa hæc euboiæ loca maxime fiunt:propter anguſtiam.n. uentus uehemens factus & propter multitudinem maris allati propellitur iterum in terra quod natum erat eflare ex terra.

Regionis quæ inania habent quæ ſubtus ſunt loca multum ſuſcipientis ſpiritum concutiuntur magis:

Vere & autumno maxime fiunt terræmotus :tēpora enim hæc maxime uentoſa :æſtas autem & hyems hæc quidem propter gelu: hæc autem propter æſtum facit immobilitatem.

Sicut in corpore noſtro tremoꝝ & pulſuū cā eſt ſpiritus intus recepti'uirtus ueluti accidit ſæpe poſt urinationem :per corpus enim fit uelut tremor quidam concomitans lato ſpiritu deforis intus ſubito ſicut & in

terra accidit ſpiritum facere :& hunc quidem aliquando uelut tremorem eſſe hunc autem uelut pulſum.

Quantam habeat ſpiritus uirtutem :non ſolum ex his quæ in aere fiunt opottet ſpeculari :hoc quidem enim propter magnitudinem exiſtimabit utiq; aliquis talia poſſe facere ſed in corporibus animalium : tetani enim ideſt extenſiones & ſpaſmi ideſt contractiones ſpiritus quidem ſunt motus tantum aut uigorem habent :ut muſti ſimul tantes ui tenere non poſſunt obtinere motum infirmantium : tale itaque oportet intelligere factum in terra : ut comparetur paruum maius.

Terræmotus in quibuſdam locis factus non prius deſiit quam erumpens exierit qui mouit uentus.

Ii hiera inſula quæ una é inſularum æoli intumuit ab terræmotum aliqd terræ & aſcendit uelut collis molles cum ſono :tandem autem rupta exiuit multus ſpiritus :& fauillam & cinerem eleuauit :& liparæorum ciuitatem exiſtentem non longe totam incinerauit & ad quaſdam italiæ ciuitates uenit:

Tempore terræmotus ſol caliginoſus & obſcurior fit id enim neceſſarium eſt fieri incipiente ſpiritu diſſoluente & diſgregante aerem ingrediendi in terram.

Ante matutinos terræmotus aliquando fit frigus forte:propterea q exalatio introuertitur natura calia exiſtens:

Non uidentur uenti eſſe calidi licet ſint :quia mouent aerem exiſtentem plenum multo & frigido uapore:ſicut & ſpiritus per os ex ſufflatus de prope quidem calidus eſt:de longe autem frigidus :

Ante terræmotum apparet in die:aut parum poſt occaſum ſolis ſerenni/tate exiſtente nubecula ſubtilis porrecta & longa uelut lineæ longitudo quam plurimum recta :ſpiritu deficiente propter tranſlationem ad inferiora terræ.

Accidit aliquando circa eccliſeslunæ fieri terræmotum propter tranſlationem exalationis ad interiora terræ.

Cum fortis factus fuerit terræmotus non mox neque ad ſemel ceſſat exalatio agitans ſed primo quidem per quadraginta dies agitat poſterius autem & ad unum & ad duos annos notatur ſecundum eadem loca:

Facit ſonos aliquando ante terræmotus quæ ſub terra fit exalatio aliquando etiam fit ſine terræmotibus ſubſequentibus : cum minor fuerit exalario quam ut moueat terram:

Aquæ aliquando erumpunt factis terræmotibus :cum fuerint in ſuperficie & de ſubtus uidelicet inferat ſpiritus illas mouens.

Quod ſimul cum terræ motu fluctus fiat cauſa eſt cum contrarii facti fue rint ſpiritus :hoc autem fit cum agitans terram ſimul ſpiritus latum ab alio ſpiritu mare repellere quidem omnino non poſſit :propellens aũt & coartans ad idem congregauit multum tunc enim neceſſarium eſt uicto hoc ſpiritu ſimul multum pulſum a contrario ſpiritu erumpere & facere catachlyſmum ideſt diluuium fuit autẽ hoc factũ & circa acha iã:extra quidem enim erat auſter ibi antem boreas : tranquillitate autẽ facta & fluente intro uento factus fuit & fluctus &terræmotus ſimul:& magis propter mare non dare perflationem impetum facienti ſub ter. ra ſpiritui ſed obſiſtere.

Spiritus terræmotum facit hypoſtaſis autem ſpiritus catachlyſmum:

Secundum partem terræ fiunt terræ motus & ſæpe ad modicum locum uenti autem non ſic fiunt .

Quando multus fuerit ſpiritus mouet terram aliquando ut tremor :cum mouet ad latum :aliquando mouet uelut pulſus :cum mouet ſurſum de ſubtus:fit autem hoc raro ubicunq; autem factus fuerit talis ſi mus ideſt terræmotus egreditur multitudo lapidũ ſic bulientiũ in caldariis unde hoc modo facto terræmotu quæ circa ſiphylum euerſa ſũt &cam pus phlegræorum uocatus .

In inſulis põticis minus fiunt terræmotus quam in his quæ prope terram ſunt :multitudo enim maris infrigidat exalationes & prohibet ponde re ſuo uim inferre:quia non contingit inſulas moueri ſine toto mari a quo contente exiſtunt.

Ex lectione.x.

Quia deficit calidũ'diſgregãs in ſupioreẽ locũ nubis:in ultia ſumitate ne ceſſe eſt ſpiſſiorem & frigidiorem eſſe conſiſtentiam nubis.

Flumia & ecnephiæ & oĩa talia ferũtur deorſũ quãuis nata ſint ferri ſurſũ nã ad cõtrariũ iſpiſſationis neceſſariũ eſt ferri extruſionem.

Diffi.Exalatio ſicca q̃ itercluditur itrãſmutatiõe ifrigidati aeris cõuenien tibus nubibus ſegregatur:ui autem lata & offẽdẽs ad cõtinẽtes nubes facit percuſſuram cuius ſonus uocatur tonitruum.

Diuerſi ſoni in tonitruo:pp irregularitatẽ fiunt nubiũ :& pp itermedios uentres ubi cõtinuitas deficit ſpiſſitudinis .

Diffi.Exalatio ſicca extruſa e nubibus ſcd'm multas partes ignitur ſubti li & debili ignitiõe & hoc eſt quod uocamus coruſcationem.

Fit coruſcatio poſt percuſſurã nubis & poſterius tonitruo :ſed uidetur pri us quia uiſus anticipat auditum.

Anaxagoras ait micationẽ ætheris(qd' ille uocat ignẽ)delati a deſup de orſũ eſſe coruſcationẽ ſonũ aũt intus extincti & ſixim tonitruum.

Sixis eſt parua bullitio ſiue feruor ut textus græcus ſonat q̃.n.qd extinguî tur incidens optinuerit:hac bulliens ſiue feruens facit ſonum.

Dicimus eãdē naturã uidelicet exalationē ſiccã ſup terrã q̃dē uētū:i terra ãt terræmotū:i nubibꝫ aũt tõitruũ &coruſcatiões &alia naturæ eiuſdē

Propoſitiones extertio libro meteororum Ariſtotelis.

Ex lectione prima

Piritus hic ſegregatus p modica q̃dē & ſpſim diffuſus & ſæpe factus & perflans:ſubtiliorum partiã exiſtens :tonitrua facit & coruſcationes ſi aũt ſpiſſior fuerit ſicca exalatio & multa ſimul e nube ſegregetur ecnephias uentus fit:propter q̃ & utolentus eſt:celeritas enim ſegregationis facit ualitudinem.

Exiſtũt ſpiritus & aq̃ potẽtia in nube ſcd'm mãm:& cũ principiũ effluẽdi factũ fuerit potẽtiæ cuiuſcũq̃ cõſequitur ipſum reſiduũ cõcretũ ex materia & cuius fuerit multitudo in exiſtens amplior amplius etiam fit hoc quidẽ hymber hoc autem ecnephias.

Quãdo ſegregatur ſpiritus q̃ erat in nube & alteri ſpiritui cõtra pcuſſerit neceſſe ẽ fieri circulũ & reuolutiões ſup terra &hic uẽtus dicitur typhõ ſi nõ ̨olorata & ignita fuerit exalatio:& eſt uelut ecnephias indigeſtus q̃a.ſ.nõ eſt cõtinuus ſicut ecnephias q̃ abſq̃ interpolatione ſegregatur ex nube.

In borrealibus locis uel temporibus & in niuoſe ſe habentibus non fit typhõ neq̃ ecnephias q̃a ſpiritus ſunt:& ſpiritus ẽ ſicca & calida exalatio

Fit typhon quãdo ecnephias factus non poteſt ſegregari a nube.

Cũ ad terram de lata fuerit reuolutio typhonis ſimul deducens partẽ nubis nõ potens abſoluit ab'ea:qua parte ſcd'm dirrectũ ĩcidit hac ſpiritu mouet & circulari motu uertit:& ſurſum fert cuiuſcunq̃ inciderit uim inferens.

Cum idem ſpiritus igitur:quod accidit cum ſubtilior ſpiritus fuerit,uocatur incenſio coincendit enim aerem ignitione eum colorans.

Ex lectione.ii.

Si ex nube multus & ſubtilis trudatur ſpiritus fit fulmen:

Si ualde ſubtilis & non adurẽs propter ſubtilitatẽ fuerit is ſpiritus: fit fulmen quod poetæ argeta uocant:

Si minus adurens fuerit ſpiritus fit fulmen quod pſoloenta uocant.

Argeton propter ſubtilitatem uelociter fertur propter uelocitatem autem præuenit pertranſiens ante quam igniat & moram faciens denigrat:

Pſoloento tardius exiſtens colorat quidem exurit autem non :ſed prænit tranſiens propter q̃ reſiſtẽtiã flumini patiuntur aliquid quæ autem

non reſiſtunt nihil patiuntur unde aliquãdo clipei æs liquefactum ſait lignum aũt nihil paſſum eſt:propter raritatem enim præuenit ſpiritus penetrans & pertranſiens: & per ueſtimenta ſimiliter tranſiens non combuſſit.

Flumina omnia ſpiritus ſunt.

Semper aſſequitur flumina ſpiritus aliquis & præcedit:ſed nõ uidetur qa ſine colore eſt propter qp & quod debent percutere mouetur prius quam percutiatur.

Tonitrua diuidunt corpora non ſono: ſed quia ſimul ſegregatur ſpiritus quia plagam facit & ſonum quod ſi percuſſerit diuidit non autem exurit.

Ex lectiõe.iii.

Apparet ſæpe circulus totus ipſius alo circa ſolem &lunam & ſplendẽtia aſtra:& minus apparet nocte quam die:& meridie quam ſero & dilucu lo minus quam circa declinationem ſolis.

Iridis circulus nunquam fit maior ſemicirculo:

Occumbente & oriente ſole apparet iris minoris quidem circuli: ſed ma ioris portionis eleuato autem ſole maioris quidem circuli apparet ſed minoris portionis.

Poſt autumnale equinoctium in breuioribus diebus fieri poteſt omni ho ra:in æſtiuis autem diebus non fit circa meridiem.

Irides plures duabus non fiunt ſimul & harum utraq; tricolor eſt:& colo res eoſdem & æquales ſecundum numerum inuicem habent.

Obſcuriores ſunt colores iridis quæ extra poſita eſt:& ecõtra poſiti ſunt ſecundum poſitionem eius quæ intra poſita eſt.

Sunt colores iridis quos ſolos uere non poſſunt facere pictores quoſdam enim ipſi miſcent puniceus autem & uiridis & alurgis quos iris habet non fiunt mixti.

Color qui inter puniceum & uiridem apparet in iride xanthos dicitur.

Perihelii & uirgæ fiunt ſemper ex latere ſolis:& non deſuper neq; terram uerſus neq; ex oppoſito:neq; etiam nocte:ſed ſemper circa ſolem dum aſcendit aut deſcendit:& ſecundum plurima ad occidentem:in me/ dio autem cœli raro:

In boſphoro per totam diem.ſimul orientes duo perihelii permanſerunt uſq; ad occaſum.

Iris fit per diem & etiam nocte fit a luna: ſed tamen raro: nam in annis quinquaginta bis hoc com/perimus ſolum:fit autem in plenilunio ſi debeat ore & tunc aut in oriente aut in occidente.

Refrangitur uiſus ab aqua & ab aere & ab omnibus habentibus ſuperfi/ ciem planam.

Ex lectione.iiii.

In apparitione alo fit refractio uisus ab aere &uapore consistente innubem planam &subtilium patium ad solem uel ad astra.

Consistentia ipsius alo signum est aquæ futuræ: discerptio autem ipsius signum est uenti:euanescentia uero signum est serenitatis.

Sæpius fit alo circa lunam quam circa solem:quia sol calidior existens citius dissoluit consistentiam aeris.

Circa cætera astra alo non uentum neq; pluuiam significat:quia paruas penitus consistentias insinuat & nundum fœcundas.

Ex lectione.v.

Propter debilitatem uisus sæpe sine inspissatione aeris fit refractio radiorum uisus sicut accidit cuidam non acute uidenti: semper enim idolum ipsum ambulantem uidebatur præcedere :ex opposito respiciens ipsum sic enim debilis erat uisus & tenuis ab infirmitate: ut speculum fieret propinquus aer.

Propter refractionem uisus a caligine: quæ in caliginibus sunt uelut sol & astra orientia & occumbentia maiora uidentur quam in medio cœli existentia.

Quamlibet partium ex quibus constat roratio speculum necessarium est fieri refrangens uisum magis quam caligo.

In speculis paruis & nullam sensibilem diuisionem habentibus color: orbi corporis tantum apparet:figura autem immanifesta est.

Cum incipit plure & iam cosistat in rorationes qui in nubibus aer nũ dum autem pluuiat:si opposito fuerit sol aut aliud aliquid fulgidum ita ut speculum fiat roratio necesse est refractionem ad fulgidum fieri ex opposito :& fieri apparitionem coloris & non figuræ unoquoq; speculorum existente paruo & indiuisibili

Quoniam continua est magnitudo ex omnibus rorationis partibus facta: necesse est magnitudinem coloris iridis apparere continuam: unumquodque enim speculorum eundem reddit colorem continuo.

Diffinitio: Iris est refractio uisus a nube rorida ad solem.

Fulgidum per nigrum aut in nigro apparens puniceum apparet: unde madidoꝝ lignorum ignis rubeam: flamam habet propterea quod multo fumo mixtus est ignis fulgidus:& per caliginem & fumum sol apparet puniceus.

Circa solem ubi apparet alo non fit mora consistentiæ nubis roridæ: sed aut pluit aut dissoluitur:ex opposito autem solis ubi apparet iris it talis consistentiæ mora quod si fieret circa solem esset utiq; colorata alo sicut iris.

Si quis ſubtilibus rorationibus roraret in aliquem talem locum qui poſi tione ad ſolē uerſus hac quidem illuſtretur :hac autem umbra fiat ſi ſu per rorem radii mittatur faciet roris umbram apparere iridem.

Ex lectione.vi.

Viſus protenſus debilior fit &minor.

Nigrū eſt uelut negatio in coloribus.

Deficiēte uiſu apparet nigrum propter quod quæ lōge ſunt a uiſu omnia nigriora apparēt eo quod ad ipſa non pertingit uiſus ſimilirer & mi nora & pleniora apparent.

Quæ in ſpeculis uidentur propter refractionem nigriora & minora &ple niora uidentur & nubes nigriōres apparent aſpicientibus in aquā quā in ipſas nubes.

Cū fuerit nubes prope ſolem reſpicientē in ipſam nihil apparet colora ta ſed alba:in aquam autem eandem intuēti apparet colorem aliquem ha bere eorum qui iridis ſunt.

In trinitate iris ſicut & aliorum plurima habet finem.

Neceſſe eſt tricolorem eſſe iridē:& puniceo uiridi & alurgo colorari ſolū:

Puniceum iuxta uiridem poſitū albū uidetur.

In nigerrima ualde nube maxime pura fit iris:& accidit tunc magis xan thon uideri quam puniceum.

Xanthos in iride color eſt inter puniceum & uiridem colorem :propter colorem factus.

Propter nigredinē nubis quæ incircuitu eſt iridis totum ipſius quod pu niceū eſt apparet album eſt enim ad illam album.

Nubes alba exiſtens adiuncta ſecus uiride permutat in xanctum:quod fit marceſcente iride cum ſoluitur puniceum.

Ex lectione .viii.

Cū ppe ſolē extiterit nubes & irregularis fuerit nubis cōſiſtentia:& hæc q dē ſpiſſior hæc aūt rara:hæc quidē magis aquoſa hæc aūt minus:refrac toq; uiſu & nube ad ſolē cauſantur uirgæ.

Virgæ coloré habent puniceū & uiridē & xanthon:quia ī irregulari nube fulgidus & albus apparent ſol.

Parahelios fit cū maxime regularis fuerit nubes:& ſpiſſa ſimiliter pp qđ aparet albus regularitas enim ſpeculi facit unū apparere colorem.

Parahelios magis ſignum eſt aquæ futuræ quam ſint uirgæ:magis enim accidit tunc aerem bene operoſe ſe habere ad aqua generationem : & auſtralis parahelios magis eſt ſignum aquæ boreali:auſtralis enim nu bes magis in aquam permutatur quam borealis.

Neq; prope ſolem ualde:neq; longe penitus fit parahelios :prope enim exiſtentem nubem ſol diſſoluit : longæ autem exiſtente nube uiſus non refrangitur.

Ex lectione.x.

Duæ ſpecies ſunt eorum quæ in terra' generatur; hæc quidem foſſibilia hæc aũt metallica.

Sicca exalatio in terra ignita facit foſſibilia omnia illiquabilia puta lapides :& liquabilia ut uernicem & ſulfur & alia talia.

Metallica omnia generatur ex uaporoſa exalatione incluſa : & maxime in lapidibus propter ſiccitatem in unũ coartata &coagulata.

Metallica alia ſunt fuſſibilia :alia ductilia ut aurum ferrum & æs.

Ros & pruina ex uaporoſa exalatione generatur cum ſegregata fuerit ſiccitas:metallica autem ante quam ſegregetur ſiccitas generantur.

Exuruntur omnia metalla :auꝝ autem ſolum non exuritur.

Propoſitiones ex quarto libro meteorogꝝ & commeta ſunt notata ſecundum traductionem nouam.

Ex lectione.i.& co.i.

Vattuor ſunt cauſæ elementorum quarum duæ quidem factiue ſunt calidum & frigidum:duæ autem paſſiuæ:frigidum & ſiccum.

Ex lectiõe .ii.& co.ii.

Co.ii. Simplex generatio & naturalis pẽrmutatio primarum q̃litatum eſt opus :ſimiliter & oppoſita corruptio naturalis.

Diffi. Simplex generatio eſt permutatio a uirtutibus actiuis :cum habẽt proportionem ex ſubiecta materia unuſcuiuſqꝫ naturæ:quæ ſunt uirtutes paſſiuæ.

Generant calidum & frigidum optinentia materiam :cum autem nõ optinent ſed tantum ſecundum partem molynſis ideſt in quinatio & in digeſtio fit.

Commento.iii. Simplici generationi contrarium maxime commune eſt putrefactio.

Omnis naturalis corruptio in putrefactionẽ uia eſt:puta ſenectus & anaſis quæ ſcilicet ut diem pe.eſt uetuſtas in plantis finis enim omnium horum putrefactio eſt:niſi aliquid uiolentia corrumpatur natura conſtantium.

Co.v. Secundum quid dicitur putrefactio in his quæ ſecũdum partẽ corrumpuntur:cum ſeperetur a natura.

Putreſcunt omnia elementa excepto igne omnia enim hæc ſunt materia igni.

Co.vi.Diffi. putrefactio eſt corruptio quædam in unoquoqꝫ humido propriæ & ſecundũ naturã calliditatis ab aliena caliditate q̃ eſt ambientis.

Frigiditas & indigèntia calidi naturalis:& aliena caliditas ambæ ſunt cauſe putrefactionis.

Sicciora fiunt putrefacta omnia &tandem terra:exeunte enim proprio calido euaporat quod ſecundum naturam eſt humidum:& trahens humiditatem non eſt propria caliditas.

Co.vii. In frigoribus minus putrefiunt res quam in æſtu:in hyeme enim paucum calidum eſt in ambiente aere & aqua:quare nihil poteſt ſuper calidum naturale:in æſtate autem amplius.

Co.viiii. Coagulatum non putrefit:magis enim frigidum eſt quam aer calidus unde non obtinetur.

Co.x. Calidum feruens non putrefit:minor enim eſt aeris caliditas ea q̃ in re eſt.

Quod mouetur &fluit minus putreſcit quam nõ motũ:debilior enim eſt motus qui eſt ab aeris caliditate quam quia eſt in re.

Co.xii. Multum minus pauco putreſcit:in maiori enim amplius eſt calidum propium & frigidum:quam ut obtineãt uirtutes circunſtantis: unde pars maris cito putreſcit totum autem non.

Ex lectiõe.iii. & co.xiiii.

Digeſtionis ſpecies ſunt pepenſis maturitas epſeſis ideſt elixatio & opteſis ideſt aſſatura.

Indigeſtiõis ſpecies ſunt omotes.i.crudũitas moliuſis &ſtatheſis licet hæc nomina proprie non dicantur rebus & naturæ ſed arti.

Diffinitio. Digeſtio eſt perfectio a naturali calido ex oppoſitis paſſiuis facta:

Oppoſita paſſiua ſunt propria uinicuiq; materia:cunq; huiuſmodi ens digeſtum fuerit perfectum eſt & factum quod in potentia erat.

Com.xv. Principium digeſtionis eſt caliditas propria: & aliquando aliquod exterius auxilium:uelut cum alimentum digeritur per balneа: uel per alia talia.

Co.xvi.& Co.xvii. Finis digeſtiõis his quidem eſt ſubſtãtialis forma his autem forma accidentalis:ut cum digeſtibile:tantum humidum fuerit factum aut opteſim paſſum aut epſeſim aut putrefactum:

Co.xvii. Digeſta ſunt ſanitatis ſigna:unde urina & feceſſiones & totaliter ſuperfluitates dicuntur digeſta eſſe cum inſinuent caliditatem propriam &naturalem optinere ſuper eam.

Co.xviii. Neceſſe eſt digeſta groſſiora & calidiora eſſe: tale enim efficit calidum mollius & groſſius & ſiccus.

Diffi. Indigeſtio eſt imperfectio oppoſitorum paſſiuorum propter indigentiam propriæ caliditatis quæ eſt frigiditas.

Ex lectione .iiii.

Diffinitio. Pepenſis eſt digeſtio quædam alimenti in pericarpis.

Co.xviiii. Tunc pepensis perfecta est quando semina quæ in pericapo sũt possunt facere tale alterum quale ipsum est.

Tunc unumquodq; perfectum dicimus quando potest facere tale alterũ quale ipsum est.

Dicuntur multa alia digestorum a pericarpis pepana non secundum eandem rationem sed secundum metaphoram ut urine & secessiones & catari eo quod caliditate obtenta sunt.

Omnia pepana passa ex aereis fiunt aquosa:ex aquosis terrestria fiunt: & uniuersaliter ex subtilioribus grossiora.

Co.xx.diffi. Omotes in digestio est alimenti in pericarpo & econtraria pepensi & fit propter indigentiam naturalis calidi: & in commensuratione ad humidum quod pepensi patitur.

Co.xxi. Nullum humidum secundum se ipsum pepensim patitur sine sic co unde aqua non ingrossatur sola humidorum.

Commento.xxii. Subtiles humores & quæ oma ideſt cruda sunt frigidi magis quam calidi sunt & inesibilies & impotabiles sunt.

Ex lectione quinta & co.xxiii.

Diffinitio. Epsesis est secundum totum digestio a caliditate humida: inexistentis quod scilicet est spumosum aut aquosum in terminati in humido :& dicitur nomen epsesis proprie solum in elixatis.

Commento trigesimoquarto. Quæ infrixuris assantur ab extrinseco calido patiuntur:& in quo sunt humidum faciunt magis siccum in seipsa illud assumentia:quod autem elixatur contrarium facit: segregatur enim ex ipso humidum a caliditate quæ est in extrinseco humido propter quod ficciora intus sunt quæ epsesim passa sunt quam assa.

Commento.xxv. Corpus in quo nullum est humidum epsesim non patitur :ut lapides :neq; in quibus est humidum sed impossibile obtineri a calido proper spissitudinem ut lignum.

Commento.xxviit Oleum non elixatur secundum se ipsum: quia neq; grossus neq; minus neq; grauius:neq; his contraria potest fieri:sicut lac in serum & coagulum ingrossatur uel subtiliatur.

Commento.xxviii. Diffi. Molinsis est indigestio eius quod in corpore interminatur :propter defectum caliditatis existentis in humido quod in circuitu est:& est contraria epsesi.

Defectus caliditatis digerentis est aut propter multitudinem frigiditatis in humido circundante :aut propter multitudinem humidi interminati quod est in epsesim patiente tunc enim accidit eam quæ in humido circundante est caliditatem ampliorem quidem esse quam ut non moueat minorem autem quam ut regulet & digerat humidum.

Ex lectione.vi.

Diffi. Optesis est digestio a caliditate sicca & aliena facta:

Optesim passa habent exterioria ficciora interioribus:elixata autem aũt contrarium.

In assatione opus est manu artificum:maius enim est assare quam elixare quoniam difficile ẽ exteriora & interiora regulariter calefacere:semper enim igni propinquiora exsiccantur citius:quare & magis.

Assatorum interra humidiora ideo sunt quoniam concluſis exterioribus porris non potest segregari intus existens humidum sed includitur.

Optesis & epsesis fiunt ab arte:sed & similes species fiunt in natura.sed in nominatæ sunt.

Ars imitatur naturam:quoniam est alimenti digestio in corpore similis est epsesi.

Animal in corpore animalis generatum non fit in stomacho:sed i segregatione putrefacta in inferiori uentre:deinde ascendit sursum:digestũ est enim in superiori uentre putrescit autem segregatum in inferiori.

Stathesis indigestio est opposita optesi:& accidit aut propter paucitatem exterioris calidi:aut propter multitudinem aquæ quæ in eo est quod optesim patitur.

Ex lectione.vii.

Principia passiua corporum sunt humidum & siccum alia autem sũt mixta ex his.

Co.xxviiii. Terra propriissime dicitur sicca:aqua uero humida.

In terra & in aqua animalia solum sunt.in aere autem & in igne non sũt quia corporum eorum materia dominans sunt terra & aqua.

Co:xxx. Corporalium passionum duriciem & molliciem necesse ẽ existere primas in terminato corpore:necesse est enim quod ex sicco est & humido aut durum esse aut molle.

Diffi. Durum est quod non cedit in se ipsum secundum superficiem.

Diffi. Molle est quod cedit in se ipsum secundum superficiem non econtra circunstando.

Aqua non est mollis non enim cedit impræssioni eius superficies in profundum sed econtra circundat.

Ex lectione.viii.

Agens agit duabus uirtutibus calido uidelicet & frigido & patitur duabus passionibus humido scilicet & sicco:& hæc passio fit aut in præsentia aut in absentia calidi aut frigidi.

Frigidum magis passiuum est quam calidum:

Actiuum est frigidum ut corruptiuum aut secundum accidẽs: aliquando enim comburere & calefacere frigidum dicitur non ut calidum sed:qa

insimul deducit:aut contra circunstat calidum:

Co.xxxi. Desiccantur omnia quæ sunt aqua :aut species aquæ ut uinum & urina & serum & quæcunq; nullam aut paruam habent substantiam non propter uiscositatem aut quæ habent aquam super iductam sicut lana aut connaturalem sic lac:

Co.xxxii. Oleum & pix non sunt species aquæ:quibus causa non subsistē di est uiscositas.

Co.xxxiiii. Desiccantur omnia eo quod calefacta aut frigefacta sunt: sed omnia tamen calido aut interiori causantur aut exteriori coēducente humidum sicut quæ elixantur.

Ex lectione nona & co.xxxvi:

Resoluuntur contrariis quæcunq; a contrariis coagulantur :quæ enim a calido sicco coagulata sunt ab aqua resoluuntur .quæ autem ab aqua coagulantur :non coagulantur sed soluuntur ab igne:

Idem sed idem per se non est causa contrarii sed bene per accidens :nam in abiciendo calidum aqua coagulatur & i ingrediēdo calido soluitur

Ingrossatio fit humido abeunte:sicco antem constante:

Co.xxxvii. Aqua inter humida:sola non ingrossatur.

Quæcunq; cōmunia sunt terræ & aquæ a calido ingrossantur & a frigido.a calido quidem humidum educente:a frigido autem calidum exprimente cum quo humidum recedit simul euaporans

Quæcunq; mollia sunt sed non humida scilicet a dominio non ingrossātur sed coagulantur humido exeunte uelut laterassatus:quæ aūt humida mixtorum ingrossantur uelut lac.

Cōtrariorum contrariæ sunt causæ:

Ex lectione.x.& co.xl.

Quæcunq; plus aquæ habent coagulantur a frigido :ut glaties: quæ uero plus habent terræ coagulantur a calido ut lateres & sal & uitrum:

Oleum non coagulatur a calido aut frigido :& causa est quia plenum est aere :propter quod & in aqua supernatat.

Ingrossatur oleum a calido & a frigido a neutro autem desiccatur: neq; enim sol neq; frigus desiccat oleum non solum quia uiscosum est sed & quia aeris est :& non desiccatur aqua quæ in ipso est neq; elixatur ab igne: quia non uaporat propter uiscositatem.

Co.xli. Langorosi sanguines nō coagulantur sicut neq; ichor neq; phlegma nec aqua propter indigestum esse & in superatum a natura.

Co.xlii. Quæ a calido & frigido accidit coagulari hæc insolubilia maxime sunt:fiunt autem talia quæcunq; calefacta prius deinde frigido coagulātur:accidit enim cum calidum exsudauerit agrediēs plurimum humidum comprimi iterum a frigido ut nō humido det penetrationem & tale est ferrum quod liquæfactū prius a calido frigefactū coagulatur

Ex lectione.x.

Corpora mixta differunt his passionibus quæ secundum potentiam & in potentiam dicuntur :uidelicet coagulabile in coagulabile:liquabile illiquabile :mollificabile non mollificabile tangibile non tangibile: flexibile inflexibile :frangibile non frangibile : productibile non productibile :cõmunuibile non cõmunuibile:impræssibile non impræssibile:formabile in formabile :capibile non capibile:trahibile non trahibile:scissile non sciſſile :detruncabile non detruncabile:uiscosum fragile : commassabile non commassabile : ustibile non ustibile: exalabile non exabile.

Ex lectione.xi.& co.xliiii.

Diffi. Fractio est diuisio & separatio in magnas partes :comminutio autẽ in quascúq; partes & plures duabus.

Diffinitio :Flexibilia sunt quarumcunq; corporum non potest longitudo in rectitudinem ex circunferentia:& ex rectitudine in circunferentiam permutari.

Co.xlvi.Diffi:Impræssio est superficiei secundum partẽ in profundũ cessio :pulsione aut percussione facta totaliter aut tactu.

Co.xlvi. Diffi.Capitibilia sunt quæcúq; in se ipsa cõuenire possunt in profundum superficiei secus mutata nõ diuisa nec translata alibi alia parte & hæc sunt quæ porros habent uacuos.

Co.xlvii:Diffi.Trahibilia sunt quorum potest ad latus transferri superficies continua existens.

Diffinitio. Trahi est transferri ad mouens superficie continua existente.

Di. Ductibilia sunt quæ possunt eadem percussione simul in latus & in profundũ uel superficiem transferri secundum partem.

Ex lectione.xii.

Diffi. Sciſſile est quod potest diuidi ad plus quam diuidens diuidat scinditur enim cum ad plus quam diuidat procedit diuisio.

Di. Detruncabilia sunt quæ dura aut mollia existentia non possunt diuidi plus quam diuidens diuidat neq; comminui diuisa.

Diffi. Viscosum est humidum uel molle trahibile existens.

Diffinitio. Commassabilia sunt quæ capibilia sunt & mansuam habent capturam.

Co.xlviii.Diffi.Vstibilia sunt quæ habent porros susceptiuos ignis:& humiditatem in his quæ secundum dirrectum porris debiliorem ignẽ ut humiditas aerea.

Exabilia sunt quæ humiditatem sic habent ut euaporent ab ignitis seorsũ ad temporis longitudinem:

Lignorum exalatio & aliorum talium ut offium & pilo; quorum non

eſt nomen commune fumus dicitur cære autem & turis & picis ligni olei autem &omnium oleginorum quæ non ardent ſola:quia paucum habent ſicci cinſa dicitur.

Ex lectione.xiii.

Non in una ſpecie dicitur uinum nouum &uetus :quia aliud & aliud conuenit ipſis nouum enim magis terræ habet quam antiquum.

Co.l. Quæcunq; liquæfiunt ab igne aquoſiora ſunt :quæ autem ab aqua magis ſunt terrea.

Homo mortuus eſt homo æquiuoce:&manus mortui manus eſt æquiuoce :& caro & os mortui æquiuocæ ſunt ſimiliter & ignis & aqua.

Scimus unumquod naturalium propter quid ſit & quid ſit &ſi materiam aut formam eorum habeamus maxime autem ſi ambo habemus cum ſint generationis & corruptionis principia:& ſit etiam habemus cauſã unde principium motus.

Ex lectione.xv.& co.liiii.

Omnia entia naturalia terminata ſunt proprio opere :quæ quidem cum proprium ipſorum opus facere poſſunt uere tale eſt unumquodq; :puta oculus cum uidet uere eſt oculus :quod autem non poteſt uidere æquiuoce eſt oculus :puta mortuus aut lapideus.

Expliciunt propoſitiones ex quarto libro meteorotum Ariſtotelis:

Incipiunt propoſitiones ex primo libro de mineralibus Ariſtoteſis licet apocryphus uideatur:

Erra pura lapis non fit : quia continuationem non facit ſed cõmunicatiõem uincens enim in ea ſiccitas non permittit eam conglutinari.
Fiunt lapides conglutinatione & cõgelatiõe:
t in quibuſdam lapidibus dominans eſt terra: in aliis uero aqua.
In ripis geon eſt terra quæ dicitur in lapidem conuerti in ſpatio .xxxiii..annorum.
De aqua fiunt lapides duobus modis :unus eſt quod congelatur aqua guttatim cadens alius quod deſcẽndit de aqua currente quoddam quod deſcẽdit i ſuperficie fundi ipſius fitq; lapis.

Sunt quædam aquæ quæ ſeorſum acceptæ non gelantur ꝙ ſi prope alue um ſuum funduntur gelantur fiuntq; lapides :quare ex hoc ſcimus ꝙ i terra eſt illa uis mineralis quæ congelatur aquas.

Principia lapidum uel ſunt ex ſubſtantia lutea uiſcoſa:uel ex aquea ſubſtã tia in qua uincit aqua: quæ uel uirtute quadam minerali congelatur: uel uincit in ea terra faciens eam coagulari eodem modo quo coa ſ gulatur ſal.

Sal non ſufficit uis terrea permutare:ſed adiuuat ipſam calor :calor enim adueniens coagulat ipſum uirtute occulta :& fortaſſe fit uirtute frigi- da ſicca & terrea :nam aqua fit terra cum uicerint eam qualitates terræ & econuerſo.

Vegetabilia quædam:& quædam animalia uertuntur in lapides uirtute q̃ dam minerali lapidificatiua :& fit in loco lapidoſo.

Eſt impoſſibile quod aliquod complexionatum conuertatur totum in unum elementum :ſed elementa mutantur adinuicem & ſic tranſe / unt in dominans.

Sæpe lapides fiunt ex igne cum extinguitur:& ſæpe contingit corpora fer rea & lapidea cadere cum corruſcationibus quia ignis fit frigidus & ſiccus ex extinctione ſua.

Montes quandoq; fiunt ex cauſa eſſentiali:quandoq; ex cauſa accidenta li :ex cauſa eſſentiali quidem cum ex uehemẽti terræmotu eleuatur ter ra:accidentali uero cũ ex uentis uel aquæ ductu accidit cauatio,pfunda & fit paulatim donec fiat uaſta profunditas & erit iuxta eam magna e minentia:& hæc eſt præcipua cauſa montium :

Sunt quædam terræ molles :quædam duræ:molles aquæ ductibus uen / tiſq; tolluntur:duræ remanent ac fit eminentia montium ſicut genera tio lapidum:quia aquæ ductus adducit illic ſicq; fit generatio lutũ ui / ſcoſum continue:quod longitudinem temporis deſiccatur & fit lapis & ideo in multis lapidibus inueniuntur partes quædam anima / lium aquaticorum :

Venæ luteæ quæ reperiuntur in eminentiis montium non ſunt de mate ria illa lapidea :ſed de eo quod diminuitur de montibus uel terreſtris aliqua ſubſtantia quam adducũt aquæ cum lutis.

Corpora mineralia in quattuor diuiduntur :in lapides liquæfactiua :ſul / fura & ſales:

Sunt omnia ductilia liquabilia & quæ non multum ductilia ſunt nec multum liquabilia.

Non multum ductilia non mollificantur niſi cum magna uiolentia: & horum ſubſtantia eſt ſubſtantia aquea mixta cum ſubſtãtia terræ a mix tura forti nec poteſt unum ſeparari ab altero quoniam gelatur ſubſtan tia aquea illius a frigore poſt actionem caloris.

Argentū uiuū eſt ut aqua quæ admiſcetur cum terra maxime ſubtili ſulfurea mixtione forti :& quod non quieſcat in ſuperficie plana eſt ex ſiccitate magna quæ ineſt illi & ideo non adheret tangenti.

Albedo argenti uiui eſt ex claritate illius aquæ:& ex albedine terræ ſubtilis quæ eſt in illo & etiam ex admixtione aeris cum eo.

Argentum uiuum coagulatur ex uapore ſulfuris faciliter.

Si fuerit argentum uiuum purum coagulabit illud uis ſulfutis albi non urentis :& iſtud eſt optimum quod recipere poſſint qui operātur alchimiam .ut cōuertant illud in argentum :& ſi fuerit ſulphur optimum & mundum cum rubore &fuerit in eo uis ignea ſimplex non urens: conuertetur in aurum.

Si fuerit argentum uiuum bonæ ſubſtantiæ & ſulfur nō purum inquo ſit uis adurens conuertit ipſum in æs.

Argentum uiuum ſi fuerit malum non mundum ponderoſum terreum: & ſi ſulfur non mundum fiet ex eo ferrum.

Stagnum uidetur argentum uiuum bonum habere ſulfur uero malum: plumbum autem utrunq; :

Ars debilior eſt quā natura nec conſequitur eam licet multum laboret :

Sciant artifices alchimiæ ſpecies uere permutare nō poſſe ſed ſimilia illis facere poſſunt.

Differentia ſpecifica toli non poteſt aliquo ingenio :ſed expoliatio accidentium fieri poteſt.

Expliciunt propoſitiones ex libro de mineralibus Ariſtotelis.

Incipiunt propoſitiones ex libro de proprietatibus elementorum.

Ex capitulo primo.

Vattuor ſunt elementa:& quædam ſunt grauiora aliis quædam leuiora terra enim quæ eſt frigida & ſicca eſt grauior elementorum :& quod ſequitur eam in grauitate eſt aqua quæ eſt frigida & humida & quod ſequitur aquam in grauitate eſt aer qui eſt calidus &humidus: & quod ſequitur aerem in grauitate eſt ignis qui eſt calidus & ſiccus.

Terra eſt inferior elementorum & ignis eſt altior ipſorum :aer uero & aqua media ſunt.

Capitulo secundo.

Onima animalia ex quattuor materiis commixta sunt quæ sunt quat/ tuor elementa.

Commixtio animalium est ex cholera citrina calida & sicca simili igni: & sanguine calido &humido simili aeri &phlegmate frigido & humi do simili aquæ & cholera nigra simili terræ in frigore suo & siccita/ te sua.

Cum augetur aliquod istorum humorum aut elementorum semper mē suram suam secundum quam componitur ex eo ingreditur nocumen tum super corpus :& cum minuitur ab ordine suo & sua compositio/ ne accidit ex eo iterum nocumentum.

Non inuenimus aliquod animalium habitare in igne.

Quando pars terræ est uincens super corpus sicut ferrum & æs :subiner/ gitur in aqua:&quando uīcens est pars ignis & pars aeris natat sup aq̄

Corpora pinguia ut oleum & adipes super aquam natant quoniam pars caliditatis in eis est plus:nam caliditas est eleuata semper.

Capitulo tertio.

Motus generat caliditatem :quies uero facit frigus.

Essendi frigoris semper apud nos causa nō est nisi ex propinquitate duo/ rum elementorum frigidiorum apud nos scilicet terræ & aquæ.

Capitulo quarto.

In habitatoribus climatis primi quod est propinquius lineæ æqualitatis propter assiduam fixionem solis accidit siccitas & caliditas :& minora tur in eis frigiditas & humiditas:quare calefiunt matrices mulierum& accidit nigredo corporum & crispitudo capillorum :quod est quia a/ qua quando cadit in matricem mulieris decoquit eam matrix calidita/ te sua donec fit frustrum deinde formatur & fit in ea spiritus uitæ ius su dei.

Qui sunt inclimate septimo quod est propinquum polo septemtrionali & lunginquum a lineea æqualitatis & a loco motus fiunt frigidi subi/ to :quare infrigidantur matrices mulierum eorum & accidit eis albe/ do uehemens.

Qui sunt climatis medii sunt commixti ex albedine & nigredine:

Capitulo quinto.

In corporibus cælestibus non est stridor neq; sonus.

Capitulo sexto.

Retulit quidam ex illis qui dixerunt mare permutare locum:quod fodit puteum :& postquam peruenit ad locū argillæ inuenit argillam solidā & duram: & fodit in ea: & reperit in ipsa gubernaculū nauis: quasi per illud iam mare fuisset in illo loco.

Cum æquat luna mediū cœli reuertitur aqua maris ad formam suam de

inde quando incipit accidere incipit aqua extendi iterum donec luna ẽ
ī cardine iferiori &tūc icipit aq̄ diminui :ficut quādo luna uult oriri in
cipit aqua augeri.

Permutatio lunæ ſuper ſigna eſt in oībus.xxviii. diebns.
Permutatio mercuri & ueneris eſt omnibus.x.menſibus.
Permutatio ſolis eſt omni anno.
Permutatio martis fit in omnibus .xviii.menſibus.
Permutatio iouis eſt in omnibus.xii. annis.
Permutatio ſaturni fit in omnibus.xxx.annis.
Permntatio ſtellarum fixarum eſt in omnibus.xxxvi.millibus annis.

Capito ſeptimo.

Inuenimus rōibus geometricis q̄ rotūditas terræ ẽ.xxiiii.millia milliaria
Mare non eſt permutatnm loco ſuper terram.

Capitulo octauo.

Lumē lunæ & ſtellaꝝ acq̄ſitū ẽ a ſole:& eaꝝ ſp̄a eſt alia a ſubſtantia ſolis.
Corporis orbis ſp̄a ẽ alia a ſp̄a ſtellaꝝ:& ſp̄a ſolis eſt alia a ſp̄a orbis ſui.
Orbis cæleſtis eſt elemētū q̄ntū & ẽ ſepatū a q̄ttuor elemētis nā &genere
Generatio & corruptio nō inuenitur in orbe cæleſti :ſed in eo creator po
ſuit cauſam generationis & corruptionis.

Capitulo nono:

Omne cui ſunt due extremitates eſt finitum:
Corpus cæleſte mobile et motus eius eſt reuolubilis ſup mediū & ſuper
duos polos meridianū & ſeptemtrionalem.
Cui eſt medium ſunt duæ extremitates & eſt habens finem.
Omni cui eſt extremitas una eſt neceſſario extremitas ſecunda.
Mundus neceſſario eſt finitus
Exitus tigris eſt ex monte armeniæ:& exitus euphratis eſt ex eodem mō
te & caſus eorum eſt in mari perſico.
Tempore philippi regis fuerunt inter duos montes armeniæ duo magni
dracognes:ex quorum ore uapor egrediens corrumpebat aerē :ex quo
homines inde tranſeuntes moriebantur.

Capitulo decimo.

Aqua thermarum calida eſt quoniam currit ſuper mineras ſulphuris und
& odor ſulphuris inuenitur in ea.
Vlcani mōtis qui ẽ in ſcicilia ſemis intra mare cōcauitates & rimæ ī qbus
ſūt ignes nō ſūt niſi ex ſulphure ī uēntre eius poſito:cū enim fit uentus
& mouetur unda in illo mari coartatur mons &calefit propter ſulphur
& accēditur in eo ignis & egreditur ex eo fumus & lapides combuſti p
iiciuntur in mari & natant ſuper aquam.

Capitulo.xii.

Egreditur nilus de terra æthiopiæ &cadit in mare ī alexandria

Egrèditur geon de monte rasim quod est in india & cadit in mare orientale.

Aduerte quod in fine istius libri capitulo ultimo nominatur constantinopolis quæ tempore Aristotelis non erat ex quo potest colligi librū istum non fuisse Aristotelis unde apocryphus uidetur.

Expliciunt Propositiones ex libro de proprietatibus elementorum

Incipiunt propositiones ex primo libro de anima Aristotelis Annotatio que lectionum ut expositio sancti Thomæ exigit posita est.

Ex lectione prima & co.primo.

Onor honorabilium esse scientiam opinamur Vna scientia est magis honorabilior altera:aut quia secūdum certitudinem:aut ex quod meliorum quidem & mirabiliorum est: & propter utrāq; hæc animę scientiam rationabiliter utiq; in primis ponimus.

ds Xitatem.

Co.ii. Videtur ad uirtutem omnem cognitio ipsius animæ proficere: & maxime ad naturalem scientiam:

Anima est tanquam principium animalium.

Co.iii. Inquirimus primo consyderare & cognoscere naturam ipsius animæ & ſbam:postea quæcunq; accidunt circa ipsam ideſt accidentia.

Co.iiii. Omnino & penitus difficilimorum est:accipere aliquam scientiam de anima.

Co.viii. Vniuersale aut nihil aut posterius est.

Co.xi. Non solum quod quid est cognoscere:utile est ad cognoscendū causas accidentium in substantiis:sed econuerso accidentia conferunt magnam partem ad cognoscendum quod quid est:

Omnis demonstrationis principium est quod quid est.

Secundum quācunq; diffinitionem non contingit accidentia cognoscere:sed neq; coniecturari de ipsis facile.

Diffinitiones secundum quas non cognoscūtur accidentia sunt dialectice & uanæ omnes:

Ex lectione.ii.& co.xii.

Videtur nihil sine corpore pati aut facere:ut irasci: confidere desyderare & omnino sentire.

Maxime proprium animæ est intelligere:& non contingit sine corpore hoc eē ideſt intelligere.

Co.xiii. Si aliquid operationum aut passionum ipsi animæ est ,ppriũ cõ tingit utiq; eam separari:si uero nulla passio est propria ipsi animæ:nõ erit separabilis.

Co.xiiij. Animæ passiones omnes sunt cum corpore:ut ita misericordia: mansuetudo : timor confidẽa : & adhuc gaudere :amare:& odire: A duris aliquos quidem dominis & manifestis passionibus concidenti bus nihil prouocari aut timere. *s. contingit.*

Nullo terrore imminente :in passionibus fiunt his timentes aliqui.

Co.xv. Passionum rationes in materia sunt & diffinitiones passionum huiusmodi sunt cum materia.

Physici est considerare de anima.

Co.xvi. Differenter diffinit physicus & dialecticus unamquamq; ipsarũ passionum animæ.

Diffi. Iram diffinit dialecticus esse appetitum uindictæ aut huiusmodi aliquid physicus uero quod est accensio sanguinis circa corpus & ho rum quidem alius scilicet physicus assignat materiam :alius uero Idest dialecticus formam & necesse est hanc formam si est esse in materia determinata.

Diffinitio quæ est circa materiam & formam ignorans est naturalis:quæ uero circa formam solum non est naturalis : quæ autem est ex utriscq magis est naturalis.

Co.xvii. Non est aliquis qui circa passiones materiæ non separabiles :in quantum non separabiles sunt uersetur :nisi physicus.

De quibusdam passionibus quæ sunt in materia considerat artifex ut car pentarius aut medicus.

Mathematicus considerat passiones non separabiles :nõ inquãtum talis corporis :sed in abstractione.

Secundum quod passiones sunt omnino separatæ considerat primus philosophus.

Passiones animæ non sunt separabiles a physica materia animalium in quantum tales existunt ut furor & timor.

Ex lectione.iii & co.xviii.& co.xviiii.

Animatum ab in animato in duobus maxime uidetur differre scilicet motu & sentire.

Commento.xx. Dicunt quidam & maxime & primo animam esse id qd est mouens.

Democritus quidem ignem aut calorem dicit esse animam.

Democritus & leucippus dixerunt sphericam animam esse:propter id qd maxime possessus per omne corpus penetrare huius figure. *s. anima existens participans.*

Co.xxi. Dixit democritus uiuendi esse terminum idest rationem respira tionem :& uiuere quamdiu hoc possunt facere animalia.

Co.xxii. Pythagoras dixit cum democrito animam esse quæ sunt in ae re decisiones alii uero scilicet archelaus non: sed has decisiones esse mouens.

In idem cum prædictis feruntur quicunq; dicunt animam esse aliquid se ipsum mouens.

Co.xxiii. Anaxagoras dixit animam est mouentem omnia: qui dixit q; omne mouet intellectus.

Anaxagoras non penitus dixit animam & intellectum esse idem sicut democritus qui simpliciter dicebat idem esse animam & intellectum.

Democritus non utitur intellectu tanquam potentia quadam quæ est circa ueritatem: sed idem dicit animam & intellectum.

Commento. xxiiii. Anaxagoras etiam aliquando dixit animam & intel/ lectum esse idem.

Non uidetur secundum prudentiam dictus intellectus omnibus simplici ter in esse animalibus: sed neq; omnibus homnibus.

Ex lectione.iiii.& co. xxv.

Empedocles dicit ex elementis omnibus esse animam: & unumquodq; eorum dicit animam.

Terram terra cognoscimus & æthere æthera: & aquam aqua: & ignem igne: & concordiam concordia: & discordiam discordia.

Commento.xxvi. Eodem modo plato in timeo animam facit ex prin cipiis:

Simile simili cognoscitur:

Co.xxvii. Iudicantur res aliæ quidem intellectu aliæ uero scientia: aliæ au tem opinione: aliæ uero sensu.

Commento.xxviii. Quidam dicunt quod anima est numerus se ipsum mouens.

Ex lectione.v.& co.xxviiii.

Ignis subtilissimus est et maxime elementorum incorpōreus: & adhuc mouetur quia mouet alia primo.

Co.xxx. Figurarum leuiter mobilissimam sphericam esse dicit democritus huiusmodi autem esse intellectum & ignem.

Co.xxxi. Anaxagoras intellectū ponit principiū maxie oium rerū: solisq; dicit ipsum eorum quæ sunt simplicem esse: & immixtum & purum.

Co.xxxii. Thales dixit aīam lapidem idest magnetē habere quoniam ferrum mouet. Quapropter animā habere uidetur quamquam motiua messe.

Diogenes dixit aerem omnium esse subtilissimum & principium & ideo animam esse aerem.

Heraclitus principium esse dixit uaporem ex quo alia constituit: & in cor poralissimum & fluens semper & hunc esse animam.

Alciuæon dicit animam immortalem esse propter hoc q; assimilatur im

mortalibus:hoc autem in esse ei tanquam motæ semper:semper enim moueri diuina omnia continue:lunamq; solem astra : & totum cœlum :dixit.

Aquam quidam enunciauerunt animam esse ut hippus :& namq; arguit sanguinem dicentes animam quoniam genitura ideſt ſemen non est sanguis genituram autem esse primam animam dicebat.

Cretias dixit aiam esse sanguinē ipsum sentire aiæ magis,ppriū opinās:

Omnia elementa præter terram iudicem acceperunt.hanc autem nulli animam retulerunt nisi si aliquis dixerit animam esse ex omnibus elementis aut omnia.

Commento.xxxiii. Diffiniunt omnes physici animam tribus modis scilicet motu sensu & in corporeo:& horum unumquodq; reducitur ad principia.

Coxxxiiii. Anaxagoras solis dixit in passibilem intellectum & commune aliquid nulli aliorum habere.

Quomodo cognoscit intellectus & propter quam causam non dixit anaxagoras.

Ex lectione.vi.& co.xxxvi.

Falsum est de substantia ipsius animæ esse motum:sicut dicunt dicentes animam esse se ipsum mouens aut possibile moueri.

Non necesse est mouens & ipsum moueri.

Co.xxxvii. Dupliciter mouetur omne :aut secundum alterum :aut secundum se ipsum :secūdū alterum dicimus moueri quæcunq; mouentur ex eo quod sunt in eo quod mouetur :ut nautæ non similiter mouētur sicut nauis:nam hæc quidem secundū se ipsam mouetur illi uero ex eē in eo quod mouetur.

Co.xxxviii. Quattuor sunt species motus scilicet loci mutatio : alteratio: augmentum & decrementum.

Omnes dicti motus in loco sunt.

Co.xxxviiii. Album & tricubitum mouentur secundum accidens:corpus enim cui in sunt mouetur:unde non est locus ipsis.

Co xxxx. Quod mouetur natura mouetur uiolentia:& quod mouetur uiolentia mouetur natura.

Quod mouetur natura quiescit natura:& quod mouetur uiolentia quiescit uiolentia..

Motus & quietes animæ non erunt uiolenti.

Sursum mouetur ignis terra deorsum.

Commento.xli. Si anima mouetur secundum locum sequitur resurgere corpora mortua animalium.

Co.xlii. Non oportet quod a se ipso mouetur & secundum suam substantiam ab alio moueri :nisi secundum accidens.

Co.xxxxii. Omne quod mouetur exit ab eo a quo & ſecundum quod mouetur.

Ex lectione.vii.& co.xliiii.

Quidam animam dicunt mouere in quo eſt his motibus quibus ipſa mouetur:ut democritus:

Anima facit & quieſcere corpus ſicut & moueri.

Anima mouet animal non uiolenter:ſed per uoluntatem & intellectum:

Commẽto.xlv. Plato in timeo dicit animam mouere corpus in eo ꝙ moueti ipſam:& corpus mouet pro id quod anima eſt complexa ad ipſũ:

Vt uniuerſum feratur ſecundum conſonãtes motus aſpectum rectũ deus reflexit in circulos:& diuidens ex uno in duos circulos dupliciter coordinatos: iterum unum diuiſit in ſeptem circulos tanquam eſſet animæ motus cœlimotus.hæc plato in timæo.

Ex lectiõe.viii.& co.xlvi.

Plato non benedixit dicendo animam magnitudinem eſſe:

Commento.xlvii. Intellectus eſt unus & continuus:ſicut intelligentia: & intelligentia eſt una ſicut intelligibilia.

Intelligibilia eo quod conſequenter ſe habent ſunt unum:ſicut numerus ſed non ſicut magnitudo.

Commento.xlviii: Intellectus impartibilis eſt:

Terminatur omnis operatio intellectus practicarum enim intelligentiarum aliqui terminiideſt finis ſunt:& intelligentiæ ſpeculatiuæ rationibus terminantur:ratio autem omnis diffinitio aut demonſtratio eſt:

Demonſtrationes & ex principio ſunt: & habent quodammodo finem ſillogiſmum aut concluſionem:

Demonſtrationes non reflectuntur.

Diffinitiones omnes finitæ ſunt.

Non contingit multotiens intelligere idem.

Intelligentia aſſimilatur cuidam quieti magis quam motui:ſimiliter & ſyllogiſmus.

Commento.xlviiii. Beatum non eſt quod non eſt facile ſed uiolentum:

Melius eſt intellectui non cum corpore eſſe: quemadmodum cõſuetum eſt dici:& multis uidetur.

Commento.l. Anima eſt cauſa motus corporis.

Commento.liii. Vnumquodque corpus propriam habet ſpeciem & formam.

Ex lectione nona & co.liiii.

Alia opinio eſt tradita de anima ab antiquis credibilis quidem multis animam eſſe harmoniam quandam.

Iſti dicunt harmoniam eſſe temperamentum & compoſitionem contrariorum in compoſitis & mixtis.

Co.lv. Animam neq̄ compoſitionem neq̄ proportionem põſſibile ẽ eẽ
Harmoniæ non eſt mouere :animæ autem attribuunt hoc omnes.
Co.lvi. Congruit magis de ſanitate differentiæ harmoniam & omnio
de corpore is uirtutibus quam de anima:
Difficilæ erit diceræ paſſiones & opera animæ harmoniam quãdam
Com.lviii. Non eandem habet rationem ideſt proportionẽ comixtio ele
mentoꝝ ſecundũ quod caro & ſcd'm q̄ os:
Co.lx. Deficiente anima corrumpitur harmonia.

Ex lectiõe.x.& co.lxiii.

Intelligere forſitan eſt alterum ab operationibus coniuncti:
Com.lxiiii. Dicere raſci animam ſimile eſt ac ſi aliquis dicat eam texere
uel ædificare.
Melius eſt non differentiæ animam miſereri:aut diſcere: aut intelligere:
ſed homniem anima.
Cum dico homninem moueri anima:hoc dico non tanquam motu exi
ſtente in illa ſed aliquando quidem ad illam:aliquando uero ab illa:
ut motus ſenſus ad illam reminiſcentia uero ab illa.
Co.lxv. Senium non eſt in ſuſtinendo aliquid animam ſed in quo eſt aĩa
Si accipiat ſenior oculum iuuenem:uidebit utiq̄ ſicut iuuenis.
Co.lxvi. Intelligere corrumpitur alio quodam interius corrupto ſcilicet
organo :ipſum autem impoſſibile eſt corrumpi.
Intelligere aut amare & odire non ſunt animæ paſſiones ſed habentis il
lam:ſecundum q̄ illam habet:quare & hoc corrupto neq̄ memoratur
neq̄ amat:non enim illius erant ſed com oſiti :qd' quidẽ deſtructũ eſt
Intellectus diuinum aliquod & impaſſibile eſt.
Impoſſibile eſt moueri animam etiam a ſe ipſa.

Ex lectione.xi.& co.lxvii.

Irrationabile eſt differentiæ animam numeꝝ eſſe mouentem ſe ipſum.
Non eſt poſſibile intelligere unitatem & impartibilem & indifferentem
eſſe motam.
Dicunt. ſ. plantonici lineam motã planum facere :punctum aut lineam.
Punctus eſt unitas poſitionem habens.
A numero ſi auferat quis numeꝝ aut unitatem :reliquetur alius nũerus.
Plantæ & animalium multa deciſa uiuunt & uidentur eandem habe
re animam ſpecie.
Commento. lxviiii. Non mouens & quod mouetur eſt anima: ſed
mouens ſolum:
Commento.lxx. Puncti ſolitari ideſt unitates intellectæ nulla erit diffe
rentia niſi poſitio.
Quoꝝ eſt locus indiuiſibilis & ipſa indiuiſibilia ſunt.
Co.lxxii. Nõ oĩa habent aĩam corpora.

Puncta in omnibus corporibus sunt & infinita sunt: quare aïa non est numerus punctorum qui sunt corpore.
Impossibile est seperari puncta & absolui a corporibus:
Co.lxxii Impossibile est duo corpora in eodem loco esse:
Co.lxxiiii Numerus mouens se ipsum non solum impossibile est esse diffinitionem animæ: sed & accidens.

Ex lectione.xii.& co. lxxviiii.

Ossa nerui & pili nihil sentire uidentur.
Co.lxxxii Rationabilissimum dicimus esse intellectum: & nobilissimum & dominum secundum naturam.
Co.lxxxiii Multa animalium intelligentiam non habent.
Co.lxxxv Non oportet ex omnibus iudicare: si sufficiens est altera pars contrarietatis se ipsam diiudicare & oppositam.
Recto & ipsum & obliquum cognoscimus: iudex enim utrorumq; canon ideſt regula est.
Obliquum neq; est iudex sui ipsius: neq; recti.

Ex lectione xiii.& co.lxxxviii.

Aer discerptus ideſt attractus est similis speciei cum alio aere:

Ex lectione.xiiii.& co.lxxxviiii:

Cognoscere anime est & sentire & operari: & adhuc concupiscere & deliberare: & omnino appetitus.
Fit secundum locum motus ab anima in animalibus & adhuc augmẽtũ: status & decrementum.
Co.lxxxx Corpus non continet animam: sed uidetur magis coutratium animam continere corpus.
Egrediente anima corpus spirat & marcescit.
Co.lxxxxii. Quod unaquæq; partium animæ contineat aliquid corporis assimilatur impossibili qualem enim partem aut quomodo intellectus optinebit graue est fingere.
Co.lxxxxiiii Videntur platæ decisæ uiuere & animalium quædam incisorum: eandem habentia animam specie: & si non numero: & unaquæq; partium sensum habet & mouetur secundum locum in quodam tpe
Co.lxxxxiiii Si partes decise non permanent nullum in conueniens est: instrumenta enim non habent quibus saluent naturam.
Co.lxxxxv Quæ est in plantis anima principia quoddá est: hac enim sola communicat & animalia & plantæ & ipsa quidem seperatur a sensibili principio sensum autem nullum sine hac habet.

Propositiones ex secundo libro de anima.

Ex lectione prima & co. secũdo.

Scimus unũ quoddã genus eoꝝ quæ sunt substantiam.
Substantiaꝝ alia est sicut materia quæ secundũ se nõ est hoc aliquid :alia sicut forma & species secũdũ quã dicitur iam hoc aliquid:tertia quæ est ex his ideſt compoſitum.
Materia est potentia species autem ideſt forma endelechia i.actus.
Actuũ alius est sicut sciẽtia ideſt actus primus alius sicut cõsiderare, ideſt actus ſecundus.

Co.iii Substantiæ maxime esse uidentur corpora & horum physica : hæc enim artificialium ideſt artificialium principia sunt:
Physicoꝝ corpoꝝ alia quidẽ habẽt uitã :alia uero non habent.
Vitam dicimus habere id quod per se ipsum habet alimentum & augmẽtum & decrementum.
Oẽ corpus physicũ participans uitam substantia erit & substantia sic sicut composita.

Co.iiii. Non est eorum quæ in subiecto sunt corpus:sed magis sicut subiectum & materia est.

Co.v. Proportionale est uigilãtia ipsi cõsiderare:somnus autem ipsi habere ſcilicet ſcientiam & non operari.
Prior generatione in eodem scientia est cõsideratione.

Co.vi.Diffi. Aĩa est primus actus corporis physici potẽtia uitã habẽtis & tale est quodcũq; corpus organicũ.
Organa plantaꝝ partes sunt sed penitus simplices.
Foliũ fructiferi coopimẽtũ ẽ:fructifeꝝ aũt fructus :radices uero ori aĩalis similes sunt :utraq; enim trahũt alimentum.

Co.vii. Si diffinitionẽ cõem aie oportet dicere:erit utiq; actus primus corporis organici physici.
Nõ oportet q̃rere si unũ est aĩa &corpus:sicut neq; cæra &figura:neq; oĩõ uniuscuiusq; materia & id cuius est materia:unũ enim & esse.
Cum ens & unũ multipliciter dicantur i.de ente in actu &de ente in potẽtia quod proprie est actus est.

Ex lectione ſecunda & co.viii.

Si dolabra esset corpus physicum esset dolabræ esse substantia ipsius & si animatum esset anima :& diuisa hac non amplius erit dolabra & si est:erit æquiuoce.
Aĩa nõ est artificialis corporis qd̃ quid est esse & rõ ideſt forma:sed physici corporis habẽtis in se ipso principiũ motus & status.

Co.viii. Si esset oculis animal:anima ipsius essent uisus:hæc enim substã oculi est :oculis autem:materia uisus est :quo deficiente nõ est oculis: nisi æquiuoce :sicut lapideus aut depictus. ×alĩ. occulus.
Sicut se habet pars sẽsus ad partẽ corporis sensitiui:ita totus sensus ad totũ corpus sensitiuũ:in quantum,huinsmodi.

Co.x. Corpus potentia ens ut uiuat non eſt carens anima ſed eſt quod eſt habens eam. & in pot^m habens operati^m ſutalem.

Semen & fructus ſunt potentia huinſmodi corpus habens animam.

Sicut inciſio eſt actus .ſ.ſecundus cultellã & uiſio oculi ita uigilantia eſt actus ſcilicet ſecundus animæ ſenſitiuæ.

Sicus oculis eſt pupilla & uiſus ita animal eſt & anima & corpus.

Co.xi. Quod nõ ſit anima ſeparabilis a corpore aut pars quædam ipſius: ſi partibilis apta nata eſt eſſe:non immauifeſtũ eſt.

Aliquæ partes animæ ſunt actus aliquaꝝ partiũ corporis.

Secundum quaſdam partes nihil prohibet animam ſeparari propter id ꝙ nullius corporis ſunt actus.

Figuraliter determinatum eſt & deſcribitur anima.

Ex lectione.iii & co.xii.

Ex in certis certius fit quod certum & ſecundum rationem notius eſt:

Co.xiii. Animatum ab inanimato differt in uiuendo.

Multipliciter ipſo uiuere dicto ſi unus modus horum inſit in aliquo ſolum:ipſum uiuere dicimus:ut intellectus :& ſenſus:& motus. & ſtatus ſecundum locum :adhuc autem & motus ſecundum alimentum:& decrementum & augmentum.

Co.xiiii. Vegetabilia omnia uidentur uiuere & ſunt in ſe ipſis habentia potentiam principium huiuſmodi uidelicet animam per quod augmẽtum & decrementum ſnſcipiunt ſecundum contrarios locos: nec ſurſum ſolum augentur nec deorſum:ſed ſimiliter in utroqꝫ.

Quæcunqꝫ aluntur uiuũt quoſqꝫ poſſunt accipere alimentum.

Commento.xv. Separari principium augmenti & alimenti ab aliis principiis uiuendi poſſibile eſt :alia autem ab hoc impoſſibile eſt in rebus mortalibus.

Co.xvi. Viuere propter hoc principium uidelicet animam uegetabilẽ in eſt omnibus uiuentibus.

Aliquid dicitur animal propter ſenſum primum: omnia enim quæ non mouentur neqꝫ mutantia locum :habentia autem ſenſum animalia dicimus:& non ſolum uiuere.

Sunt multa animalia manentia natura:& habent ſolum ſenſum.

Commento.xvii. Senſus tactus primo ineſt omnibus animalibus.

Sicut uegetatiuum poteſt ſeparari a tactu &ab oi ſenſu ſic &tactus ab aliis ſenſibus.

Vegetatiuum dicimus illam partem animæ q̃ & uegetabilia participant.

Commento.xviii. Anima his diſtincta eſt.ſ.uegetatiuo: ſenſitiuo:intellectiuo & motu.

Ex lectione.iiii.& co.xx.

Actu anima una exiſtit in utraqꝫ parte planctæ potentia autem plures.

In entomis decisis sensum utraq; partiũ habet: & motũ secundum locum si aũt sensum & phantasiam & appetitum.
Vbi sensus est ibi est & tristitia & lætitia: ubi autem hæc sunt: ex necessitate & desyderium est.
Co.xxi. & co.xxii. Intellectus uidetur genus alteri⁹ eẽ animæ ideſt alterius naturæ ab aliis partibus animæ & hoc contingere seperari scilicet ab organo sicut perpetuũ a corruptibili: reliquæ autem partes animæ, non sunt seperabiles.
Co.xxii. Potentiæ animæ ratione altere sunt. sensitiuo enim esse & operatiuo alterũ est: si sentire ab ipso opinari alterum est: similiter & aliorum unumquodq; ideſt similiter est de aliis potentiis.
Co.xxiii. Quibusdam animaliũ omnes hæ potentiæ insunt: quibusdam uero quædam harum: alteris autem una solum: & hoc facit differentiam animalium.
Similiter alia quidem habent omnes sensus: alia uero quosdam: quædam uero unum maxime necessarium uidelicet tactum.
Co. xxiiii. Quo scimus dicitur dupliciter: quorum unum est scientia alia anima: similiter quo sanamur aliud quidem sanitas est: aliud uero pars corporis: aut totum.
Scientia & sanitas actus est susceptiuorum: hæc quidem scientifici: illa uero sanabilis.
In patiente & dispositio actiuorum insunt actus.
Anima est quo uiuimus & sentimus & mouemur & intelligimus primũ
Commento.xxv. Tripliciter dicitur substantia quarum hæc quidem species: illud uero materia: aliud ex utriscq;.
Materia est potentia: species autem actus: postea ex utriscq; animatum.
Non corpus est actus animæ sed ipsa corporis cuiusdam.
Commento.xxvi. Bene opinantur quibus uidetur q⁹ anima neq; sine corpore sit neq; aliquod corpus sit.
Anima corpus non est: sed aliquid corporis.
Vnus quisq; actus in potentia existente & in propria materia aptus natus est fieri.

Ex lectione.v. & co.xxvii.

Potentiarum animæ quibusdam insunt omnes aliis uero quædam harum quibusdam uero una sola.
Potẽtias animæ dicimus uegetatiuũ: sensitiuum: appetitiuum: motiuum secundum locum: & intellectiuum.
Ineſt plantis uegatiuũ solum.
Quibusdam in est uegetatiuum & sensitiuũ: si aũt sensitiuũ &: appetitiuũ.
Desyderium: ira & uoluntas: appetitus sunt.
Animalia omnia habent unum sensum scd'm tactum.

Cui ſenſus in eſt:huic & letitiá & triſtitia :& dulce & triſte: quibus autem hæc inſunt &concupiſcentia ineſt.

Diffi. Concupiſcentia delectabilis appetitus eſt.

Co.xxviii. Tactus eſt alimenti ſenſus.

Siccis humidis & calidis & frigidis aluntur omnia animalia : ſed aliis ſenſibilibus ſecundum accidens:

Nihil in alimentum confert :ſonus :neq; color :neq; odoratus:

Sapor eſt unũ numero tangibilium.

Diffi. Eſuries ideſt concupiſcentia calidi & ſicci:ſitis autem frigidi & humidi :ſapor uero delectamentum horum eſt:

Co.xxviiii. Quibuſdam animalibus ineſt adhuc & ſecundum locum motiuum :alteris uero & intellectiuum & intellectus ut hominibus.

Co.xxx Sicut figura non eſt præter triãgulum & quæ conſequenter ſunt ideſt ſpecies alias figuræ neq; anima præter prædictas partes.

Fiet in figuris una ratio communis quæ conuenit omnibus:propria autẽ nullius erit figure :ſimiliter & in dictis animantibus. xx. animabus.

Ridiculoſum eſt quærere unam rationem communem animabus & aliis naturalibus:quæ nullius eorum quæ ſunt particularia ſit ratio.

Co.xxxi Semper quod prius eſt:eſt potentia in eo quod conſequenter eſt in figuris & in animatis :ut in tetragono quidem trigonum eſt:& in ſenſitiuo uegetatiuum.

Ex lectione .vi.

Sine uegetatiuo ſenſitiuum non eſt :a ſenſitiuo autem ſeparatur uegetatiuum in plantis.

Sine eo quod poteſt tangere,aliorum ſenſuum :neq; unus eſt:tactus autem ſine aliis eſt:multa enim animalium neq; uiſum:neq; auditum habent neq; odoratus ſenſum :

Co.xxxii. Senſitiuorum :alia quidem habent ſecundum locum motiuũ: alia uero non habent.

Vltimũ & minimũ inter partes animæ eſt rõcinatio ſiue itellectiuum:

Quibus ineſt ratiocinatio corruptibiliũ his & reliqua oĩa :quibus aũt illorum unumquodq; non omnibus ratiocinatio ineſt.

Quibuſdam neq; immaginatio ineſt:alia autem hac ſola uiuunt.

Co.xxxiii Potentiæ cognoſcuntur per actus :actus per obiecta.

Priores potentiis actus & operationem ſecundum rationem ſunt actibus autem priora obiecta.

Ex lectione.vii.

Co.xxxiiii. Vegetatiua aĩa aliis potẽtiis ineſt prius:& maxie coĩs potentia eſt animæ:ſecundum quam in eſt uiuere omnibus ſcilicet uiuentibus: cuius ſunt opera ideſt actus generare & alimento uti.

Naturaliſſimũ opũ oĩbus uiuẽtibus eſt quæcũq; perfecta & nõ orbata aut

generationē ſpōtaneā nō habēt:facere ſimilē ſibi in ſpē quatenus ipo ſemp diuino & immortali eſſe participent:ſecundum q̄ poſſunt.
Oīa aſſimilari diuino & immortali appetunt:&illius cauſa agūt quæcūq; agunt ſecundum naturam.
Commento.xxxv. Finis eſt duplex ,ſ.cuius & quo.
Nihil contingit corruptibilium :idem & unum numero permanere ſemper :ſed per generationem permanet ſpecie unum :
Commento.xxxvi. Anima uiuentis corporis cauſa & principium eſt i triplici generæ cauſæ ſcilicet efficientis formalis & finalis.
Co.xxxvii. ¡Cauſa ipſius eſſe omnibus forma eſt.
Viuere uiuentibus eſt eſſe.
Cauſa &principium uiuentium eſt anima.
Eius quod eſt potentia ratio actus eſt.
Sicut intellectus in his ſ.quæ fiunt per artē gratia huius facit ideſt materiam d ſponit gratia formæ eodē modo & natura hoc enim ideſt forma eſt ipſius finis :& animalibus anima.
Oīa phyſica corpora aīæ iſtrumēta ſunt tanquā gratia aīæ exiſtentia.
Anima eſt principiū motus localis :& alterationis : & augmenti & decrementi animalium.
Senſus eſt quædam alteratio.
Nihil decremētum patitur neq; augetur phyſice niſi alatur:& nihil alitur niſi communicet uita.

Ex lectione.viii.& co.xxxviii :

Non eſt idem omnibus ſurſum & deorſum:& uniuerſo.
Sicut caput aīaliū:ſic radices plactaq; ſūt ad eundē actum ordinatæ.
Congruit inſtrumenta dicere altera & eadem ex operibus .
Co.xxxviiii. Cauſa alimenti & augmenti eſt anima .
Deſtruūtur in aīalibus elemēta:niſi ſit aliquid prohibens:hoc aūt eſt aīa .
Co.xli. Ignis quodāmō ē cōcā augmēti nō tñ ſimpliciter:ſed magis aīa.
Ignis augetur in infinitū quouſq; fuerit combuſtibile .
Natura cōſtantium omnium terminus poſitus:eſt & ratio magnitudinis & augmenti.
Determinatio quātitatis in naturalibus ex magis eſt forma q̄ ex materia:

Ex lectione nona & co.xlii.

Ab eadē potentia aīe.ſ.negetatiua:continetur nutritiua & generatiua.
Separatur ab aliis potentiis uegetatiua alimento .
Co xlv Inſtructor nō patitur a materia ſed ab illo hæc:iſtructor aūt mutatur ſolū in actum ex otio ideſt ex potentia .
In quantū alimentū eſt nō coctū:contrariū :contrario alitur :in quā aūt ē coctum :ſimile ſimili alitur.
Co.xlvi. Nihil alitur non participans uita.

Alimentum eſt aliquid ánimatum in potentia per ſe &non ſcd'm accidẽs
Co.xlvii. Alterum eſt alimento & augmentatiuo eſſe ideſt ratio ſed ſub
iecto ſunt idem.
Secundum quod animatum aliquod quantum eſt:alimentum augmẽta-
tiuumdicitur:ſecundum aũt ꝙ eſt hoc aliquid & ſubſtantia alimẽtũ eſt
Alimentum ſaluat ſubſtantiam:& ipſa uſq; ad hoc eſt quouſq; alitur.
Alimentum eſt generationis factiuum non eius quod alitur :ſed qualis ẽ
idquod alitur iam enim eſt ſubſtantia.
Generat nihil ſe ipſum:ſed ſaluat:
Co.xlviii Potentia nutritiua eſt potentia poſſibilis ſaluare ſuſcipiens ipſã
ſecundum quod eſt huiuſmodi.
Diffi. Alimentum eſt quod præparat operationem nutritiuæ : unde pri
uatum alimento non poteſt eſſe.
Co.xlviiii In nutritione tria ſunt quod alitur:quo alitur:& alens :alens q
dem eſt prima anima uidelicet uegetabilis :quod alitur ẽ corpus habẽs
hanc:quo uero alitur alimentum.
A fine appellari omnia iuſtum eſt.
Finis animæ uegetabilis eſt generaſſe tale quale ipſum eſt.
Prima anima eſt generatiua ſimilis ſecundum ſpeciem.
Co.l. Eſt duplex inſtrumentum quo alitur:coniunctum ſcilicet calidum
& remotum ſcilicet alimentum ſicut quod gubernatur manus & temo
& hoc quidem ſcilicet temo eſt mouens & motũ illud aũt ſcilicet ma
nus mouens ſolum.
Omne alimentum neceſſarium eſt poſſe decoqui:
Operatur decoctionem calidum.
Omne animatum habet calorem:

Ex lectione.x.& co.li.

Senſus immoueri aliquid & pati accidit :eſt enim quædam alteratio.
Com.lii. Senſus ipſi non ſentiuntur :nec ſentiunt actu ſine ſenſibilibus
quæ ſunt extra.
Co.liii. Dupliciter dicitur ſenſus & ſentire uno mõ actu alio mõ potẽtia.
Co.liiii. Motus eſt actus imperfectus.
Omnia quæ ſcilicet potentia ſunt patiuntur : & mouentur ab actiuo &
ente in actu.
Quod patitur dum patitur diſſimile eſt agenti: paſſum autem ſimile eſt.

Ex lectiõe.xi.& co.lv.

Duplex eſt potentia propinqua remota :propinqua:ut habẽs habitum ſci
entiæ eſt in potentia ad ſciendum:remota ut puer qui nõ habet habitũ
Eſſe in actu dicitur dupliciter uno modo ſicut habens habitum ſcientiæ
& non conſyderans eſt in actu ſciens alio modo :~~modo~~ actu conſyde-
rans: & propriæ ſciens dicitur.

Co.lvi. Qui reducitur scilicet de remota potentia in actum per doctrinam alteratus est:&multotiens ex contrario mutatus habitu:hic aũt ideſt q̃ de propinqua ex eo q̃p habet ſenſum aut ſcientia.

Co.lvii. Paſſio eſt duplex una eſt corruptio quædam facta a contrario aliqua eſt magis ſalus quædã eius quod eſt in potentia ab eo quod ẽ actu

Co.lviii. Non bene habet dicere ſapientem cum ſapiat:alterari:ſicut neq̃ ædificatorem cum ædificat.

In actum ducens ſe ex habitu ſecundum intelligere & ſapere:non accipit de nouo ſcientiam:

Duos eſſe modos alterationis dicimus :unus eſt in priuatiuas ideſt contrarias diſpotiones mutatio :alius eſt mutatio in habitum & naturam.

Ex lectione.xii,& co.lviiii.

Senſitiui prima mutatio fit a generante:cum autem generatum eſt habet ſentire:ſicut qui didicit habet ſcientiam :quando autem ſentit ſecũdum actum ſimilis:dicitur ipſi conſyderare.

Co.lx. Singularium ſcd̃m actum ẽ ſenſus :ſcientia aũt uniuerſalium:quæ in ipſa quodammodo ſunt anima.

Intelligere eſt in ipſa anima cum uelit ſentire autem non eſt in ipſa ad hoc enim q̃p aliquis ſentiat neceſſarium eſt adeſſe ſenſibile.

Senſibilia de numero ſingularium ſunt & exteriorum.

Non ſimpliciter eſt quod potentia dicitur ſed aliud quidem eſt ſicut ſi dicamus puerum poſſe militare ideſt potentia remota:aliud autem ſicut in ætate exiſtentem ideſt potentia propinqua.

Ex lectione.xiii & co.lxi.& co. lxiii.

Duplex eſt ſenſibile:per ſe & per accidens :per ſe eſt duplex :aliud proprium unuſcuiuſq̃ ſenſus:aliud uero commune omnium

Diffi. Proprium ſenſibile eſt quod non contingit altero ſenſu ſentiri: & circa quod non contingit errare.

Vnus quiſq̃ ſenſus iudicat de propriis ſenſibilibus & non decipitur.

Commento. xxiiii. Senſibilia communia ſunt quinq̃ ſcilicet motus quies numerus figura:magnitudo : & huiuſmodi nullius ſenſus ſunt propria :ſed communia omnibus.

Commento. lxv. Secundum accidens dicitur ſenſibile: ut ſi album ſit diaris :ſecundum accidens ſentitur quoniam hoc accidit albo quod ſẽtitur ſit diaris per ſe.

Senſus nihil patitur a ſenſibilibus per accidens ſecundum q̃p huiuſmodi.

Senſibilium per ſe proprie ſenſibilia ſunt:& ad quæ ſubſtantia apta nata uniuſcuiuſq̃ ſenſus. + addc. quæ ſũp zap

Senſus ſunt quinq̃ ſcilicet uiſus auditus guſtus tactus & odoratus.

Ex lectione.xiiii.& co.lxvi.

Color eſt uiſibilis per ſe non autem ratione ideſt nõ ita quod uiſibile po-

tur in diffinitiõe eius: ſed quoniam in ſe ipſo habet cãm eẽndi uiſibile

Diffi.Co.lxvii Ois color eſt motiuus diaphani ſecundnm actum & hoc eſt ipſius natura.

Color non eſt uiſibilis ſine lumine.

Diffi.Co.lxviii Diaphanũ dico qđ eſt uiſibile nõ quidẽ ſecũdũ ſe:ſed pp exãneneũ colorẽ ut aer aqua & multa ſolida.

Aqua ſecũdũ quod aqua & aer ſecũdũ qp aer nõ ſunt diaphana: ſed quoniam eſt quædam eadem natura communis in his utriſqꝫ:& in perpetuo ſuperius corpore idest in cœlo.

Diffi.co.lxviiii. Lumẽ eſt actus diaphani ſecundum quod diaphanum.

Diaphanũ eſt in potentia ſecundum ſe reſpectu luminis & tenebræ.

Lumen eſt ut color diaphani:ſecundum qp diaphanũ eſt ab igne uel a corpore alio lucente.

Nõ poſſibile eſt duo corpora eſſe in eodem loco.

Commento.lxx. Lumen & tenebra ſunt contraria.

Diffi. Tenẽbra eſt priuatio luminis ex diaphano.

Diffi. Lumen eſt præſentia lucis in diaphano.

Illuminatio non fit in tempore ſed in inſtanti.

Ex lectione :xv.& co.lxxi.

Sine colore diaphanum eſt:& inuiſibile aũt :quia uix uidetur quod tenebroſum eſt.

Diaphanũ tenebroſũ qdẽ eſt:ſed nõ cũ eſt actu diaphanũ:ſed cũ ẽ potẽtia

Eadem uatura quandoqꝫ quidem tenebra quandoqꝫ aũt lumen eſt.

Co.lxxii. Non omnia uidentur in lumine:ſed ſolũ uniuſcuiuſqꝫ corporis color proprius.

Quædã lumine quidẽ nõ uidẽtur:in tenebra aũt faciunt ſenſũ:ſed nullius eoꝝ uidetur ꝓprius color :ut quercus.putredines & quædam alia.

Co.lxxiii. Sine lumine color uideri non poteſt.

Diffi Hoc eſt.In ipſi colori eſſe motiuũ eſſe ſecundum quẽdã actu diaphani.

Si quis ponat habens colorẽ ſupra ipſum uiſum non uidebitur.

Color mouet diaphanũ puta aerem ab hoc aũt iam continua exiſtẽte mouetur organum uiſus.

Co.lxxiiii. Ab ipſo qui uidetur colore:impoſſibile eſt pati ſenſitiuum:unde a medio patitur.

Vacuo facto :nõ aliquid certe:ſed omnino nihil uidebitur.

Ignis uidetur & in tenebra & in lumine & ex neceſſitate :diaphanum enĩ ab hoc lucidum fit.

Co.lxxv. Nihil odorans & ſonans tangens ſenſitiuum facit ſenſũ: ſed ab odore & ſono media mouentur:de tactu autem & guſtu habet;ſe ſimiliter:licet nõ uideatur.

Co.lxxvi Mediũ ſono aer eſt odori aũt mediũ ĩ noiatum eſt coĩs enim q̃

dam passio est ab aere & aqua.
Animalia aquatica habent odoris sensum.
Homo & pedibus ambulantium quæcunq; respirant :impossibilia sunt o
dorare nisi sint respirantia:

Ex lectione.xvi.& co.lxxvii.

Duplex est sonus alius quidem actu:alius autem potentia:
Aliqua non dicimus habere sonū:ut spongiam & lanā :quædam autem
habent ut æs & quæcunq; plana & lenia:quoniam possunt sonare
Est ipsius medii & auditus facere sonum actu.
Co.lxxviii.Impossibile est cum sit unum tantum fieri sonum :sed tria o
portet esse .s.uerberans:& quod uerberatur :& medium.
Concaua ex repercussione faciunt multos ictus.
Co.lxxviiii.Auditur & in aere & in aqua :sed in aqua minus.
Nō est sonus proprius aeri :neq; aquæ.
Ad hoc quod generetur sonus in aere:oportet firmor corpor percussio
fieri adinuicē &ad aerea:hoc aūt fit si maneat pcussus aer &nō soluitur
Si uelociter & fortiter percutiatur aer: sonat:
Commento.lxxx.Echo fit cum ab aere uno facto propter uas determinās
& prohibens difundi:iterum aer repellitur:
Videtur semper fieri echo : sed non certus :quia accidit in sono sicut in
lumine.
Lumen semper repercutitur :neq; enim fieret penitus lumen si non esset
ita sed tenebra semper esset extra locum super quem cadit sol.

Ex lectione .xvii. & co. lxxxi.

Vacuū quidem aer existimatur recte dicitur proprium medium audiēdi.
Co.lxxxii. Sonatiuum est illud quod motuum est unius aeris continuati
a se usq; ad auditum :
Auditus connaturalis est aeri.
Co.lxxxiii.Per se in sonabilis est aer: propter id quod facile cessibilis est:
cum uero prohibetur defluere huius motus sonus est.
Aer connaturalis est in auribus ædificatus propter id quod immobilis est
quatenus certe sentiat omnes differentias sonorum.
In aqua audimus quando non ingreditur aqua ad ipsum connaturalem
aerem :sed neq; in aurem propter refexiones scilicet factas ab aere con
naturali cum autem hoc accidit non auditur :& etiam si miriga ideſt
pellis circundans aerem connaturalem laboret
Co.lxxxiiii.Signum bene audiendi aut non est sonare aurem sicut cornu.
ochabochi si enim hoc accidit homini :non est boni auditus. Sicm exp. 3m D. Thoma.
Semper quodam proprio motu aer mouetur in auribus talium qui
bus scilicet sonant aures unde ab instrumento auditus sonus debet ee
extraneus & non proprius.

Co.lxxxv. Verberans & quod uerberatur sunt causa actiua soni modo autem alio & alio .

Non omne sonat quod uerberatur & uerberans :ut si obiiciatur actus a cui sed oportet :quod percutitur sic dispositum esse ut aer subito dissoluatur.& moueatur.

Sonus est motus possibilis moueri hoc modo quo saltantia a leuibus cũ aliquis intulerit.

Co.lxxxvi. Sicut non uidentur colores sine lumine.sic neq; sine sono acutum & graue.

Acutum mouet sensum in pauco tempore multum:graue autem in multo tempore paucum.

Ex lectione.xviii.& co.lxxxvii.

Diffi. Vox est sonus animati:inanimatorum enim nullum uocat sed secundum similitudinem dicitur uocare ut tibia: & lyra .

Multa animalium uocem non habent:ut quæ sunt sine sanguine :& etiã quæ sanguinem habentium ut pisces :& hoc rationabiliter : si quidem aeris respirati motus sonus est .

Pisces,qui dicuntur uocare sonant branchiis: aut quodã altero huiusmõi

Co.lxxxviii. Quoniam omne sonat uerberante aliquo : & aliquid :& in aliquo hoc autem est aer :rationabiliter utiq; uocabunt hæc sola quæ cunq; aerem suscipiunt.

Aere respirato utitur natura ad duo opera scilicet ad calorem interiorem tanquam necessarium & ad uocem propter bene esse sicut & utitur lingua in gustum & loquutionem :quorum quidem gustus necessarius est:unde & in pluribus inest : locutio autem est propter bene esse.

Co.lxxxviiii. Organum respirationis:uocalis arteria est.

In pulmone plus habent de calore pedibus gradientia :aliis animalibus: unde indiget respiratione circa cor locus primns ideſt pulmo.

Diffi.& com.lxxxx. Vox est percussio respirati aeris ab anima ad uocalem arteriam .

Non omnis animalis sonus est uox sed oportet animatum esse uerberãs & cum imaginatione aliqua:

Significatiuus quidam sonus est uox .

Pisces nõ habent uocem non enim habẽt guttur:& hanc partem non habent :quia non recipiunt aerem neq; respirãt.

Ex lectione.viiii.& co.lxxxxi .&co.lxxxxii.

De odore & odorabili minus bene deteriabile ẽ dictis sẽsibilibus.s.sono et uisibili:cá ẽ q;sẽsũ hũc nõ habemus certũ;sed priorẽ multis aialibus

Parue odorat homo & nihil odorat odorabilium sine lætitia & tristitia .i. sine aliqua excellentia .

Co.lxxxxiiii. Gustũ & tactum habemus certiorem o ibus aliis aialibus.

Hō eſt prudentiſſimum animalium:
Signum in genere hoīum ingenioſos éſſe eſt ſecundū ſenſus tactus.duri enim carne in epti mēte ſunt:molles aūt carne bene apti.
Co.lxxxxv. Sicut hūoꝝ hic qdē dulcis ille aūt amarus:ſic & odores ſūt Dulcis odor cātur a croco&melle acer uero a thīo uel ab aloe&huiuſmōi
Co.lxxxxvi. Olfatus &cognoſcitiuus odorabilis & non odorabilis.
Nō odorabile aliud eſt ſecundum quod omnino impoſſibile eſt habere odorē alid uero'paꝝ &prauū habēs odorē ſimiliter & nō guſtabile dr.

Ex lectione .xx.& co.lxxxvii.

Olfatus immūtatur per mediū ut aerem aut aquam.
Aquatica animalia odorem ſentiunt:ſimiliter &quæ cū ſanguine ſunt & ſine ſanguine:ſicut & quæ in aere.
Co.lxxxviii. Non reſpirans: ſed aſpirans aut retinens ſpiritum non odorat:neqꝫ a lōge:neqꝫ prope:neqꝫ ſi in naſum inter ponatur odorabile:odorabit:
Senſibile poſitum ſupra ſenſum inſenſibile eſt.
Sine reſpiratione non ſentire proprium eſt hominum.
Co.lxxxviiii. Olfatus eſt ſenſus odorabilis mali odoramenti & boni odoramenti
Corrumpitur olfatus a fortibus odoribus ut ſulfuris ex quibus homo corrumpitur:& horum etiam olfatum neceſſariū ē habere nō reſpirātia.
Co.c. Reſpirantia nō odorāt in aqua:eo qꝫ odoratiuum opculū habet.
Odor fundatur in ſicco ſicut guſtus in humido.

Ex lectione.xxi.& co.ci.

Guſtabile eſt quoddam tangibile & hæc eſt cauſa quare non eſt ſenſibile per medium quod ſit corpus extraneum:
Sapor quod guſtabile eſt radicatur in humido ſicut in materia
Si in aqua eſſemus ſentiremus utiqꝫ appoſitū dulce:ſed non eſſet tūc nobis ſenſus per mediū ſed in eo quod miſcetur ſapor ille humido:ſicut in potu accidit
Commento.cii. Nihil facit ſaporis ſui ſenſum ſine humiditate: ſed habet actu aut potentia humiditatem
Co.ciii. Tenebra inuiſibilis eſt iudicat autem & ipſum miſus & ſimiliter auditus ſoni & ſilentii eſt iudicatiuus.
Impoſſibile i oībus dicitur:aut quia qd natum eſt habere non habet:aut quia praue habet:
Potabile eſt commune tactus & guſtus.
Co.ciiii. Quoniam guſtabile &humidū:neceſſe eſt ſenſitiuum ipſius neqꝫ humidum eſſe actu:neqꝫ impoſſibile fieri humidum.
Sicca lingua exiſtens:non poteſt ſentire:neqꝫ multū humida.
Laborantibus amara omnia uidentur:propter id quod lingua plana hu-

iuſmodi humiditate ſentiunt

Co.cv Species ſaporum ſimplices contrariæ ſunt:ut dulce & amarę: hę autem habitæ ſunt cum dulci quidem pingue: cum amaro autem ſalſum :media autem horum acre auſterum & pōticum: & acutum :ferę enim omnes hæ uidentur eſſe ſaporum differentie.

Ex lectione.xxii.& co.cvi.

Si tactus non eſt unus ſenſus ſed plures neceſſarium eſt tangibilia ſenſibilia plura eſſe.

Co.cvii Omnis ſenſus unius contrarietatis eſſe uidetur:ut uiſſus albi &nīgri auditus grauis&acuti:guſtus amari & dulcis.

In tangibili multæ ſunt contrarietates :calidū frigidū :humidū:ſiccū:durum :molle :& aliorum quæcunq; ſunt huiuſmodi.

Co.cviii. Contrarietatum quæ ſunt circa audibilia & circa uiſibilia eſt unum ſubiectum ut auditui ſonus:uiſui color :tactui autem ſic non eē manifeſtum eſt.

Co.cxi Ex aere aut aqua impoſſibile eſt conſtare animatum corpus:oportet enim firmū eſſe:relinquitur autem mixtū ex terra & ex his eſſe :ut requirit caro & proportionale.

Neceſſe eſt carnem eſſe quid mediū tactui adunatum:per quod fiant ſenſus tactus cum ſint plures.

Co.cxii Plures ſenſus ſunt tactus: hę incipit tractare de sensu gustus quem explet[illegible] tangibilia

Lingua omnia ſenſibilia ſentit ſecundum eandem partem :& ſaporem:

Tactus & guſtus ſunt duo ſenſus :quia non conuertuntur.

Ex lectione.xxiii.& co.cxiii.

Profundū eſt tertia dimenſio corporis:

Quorum corporum medium eſt aliquod corpus :non contingit ipſa ſe adinuicem tangere.

Humidum non contingit eſſe ſine corpore.

Impoſſibile eſt aliud corpus tangere immediate aliud corpus in aqua:eodem modo ē & in aere.

Durum & molle per media extrinſeca ſentimus ſicut & ſonabile & uiſibile & eſt odorabile:

Co.cxiiii. Omnia ſentimus per medium ſcilicet extrinſecum ſed ī guſtu & tactu latet nos.

Co.xcv. Differt tangibile a ſonatiuis & uiſibilibus quoniam illa ſētimus ex eo quod medium mouet aliquid noſtrum :tangibilia autem non a medio :ſed ſimul cum medio :ſicut per clipeum percuſſus : non enim clipeus percuſſus prius percuſſit :ſed ſimul accidit utrunq; percuti

Co.cxvi. Animalia ſenſibilia appoſita ſupra ſenſum non ſentiunt: ſupra carnem autem poſita ſentiunt quare medium tactui caro:

Co.cxvii. Tangibiles qualitates ſūt differētie corporis ſecūdū qđ corpus

Dico differẽtias ꝗbus eleme̅ta diſtingũtur calidũ:frigidũ hũidũ &ſiccũ
Co.cxviii. Calidũ frigidũ aut duꝝ eſt molle nõ ſentimus : ſed excellẽtias eoꝝ tãꝗ ſẽſu i medietate q̃dã exiſtente eius q̃ i ſenſibilibus ẽ ꝓrietatis: Mediũ eſt diſcretiuum ultimoꝝ .
Co.cxviiii. Sicut ſenſus debens ſentire album & nigrum neutrum ipſo rum eſt actu potentia uero eſt ſic & in aliis ſenſibus :& in tactu uideli/cet calidum :neꝙ frigidum .
Co.cxx. Intãgibile dicitur dupliciter aut quod habet paruam qualitatem tangibiliũ:aut excellentiam:ſicut corruptiuam.

Ex lectione .xxviiii.& co.cxxii.

Oportet de oi ſẽſu uniuerſaliter accipere quoniam ſenſus eſt ſuſceptiuus ſpecieꝝ ſine materia:ut cæra anuli ſine ferro &auro recipit figuram.
Senſus uniuſcuiuſꝙ ab habente coloꝛe̅:aut humoꝛe̅:aut ſonũ patitur:ſed non inquantum unumquodꝙ illorum dicitur ſed inquantum huiuſ modi deſt coloratum & ſecundum formam :
Co.cxxii. Senſitiuum primum deſt organum eſt illud in quo eſt huiuſ/modi potentia deſt ſenſus
Organum & potentia ſunt idem ſubiecto ſed eſſe deſt ratio eſt alterum.
Commento.cxxiii. Senſibilium excellentiæ corrũpunt ſenſitiua .i.organa
Co.cxxv. Non habens olfatũ impoſſibile eſt pati an odore :& eadem ra/tio eſt in aliis ſenſibus .
Co.cxxvi. Neꝙ lumen neꝙ tenebra:neꝙ ſonus:neꝙ ſapor:aliquid facit in corpora inſenſibilia niſi per accidens:ſed tangibilia & humores faciũt

Propoſitiones ex tertio libro de anima Ariſtotelis

Ex lectione.cxxviii.& co. i.

On ẽ alius ſẽſus p̃ter quiſꝙ.dico aũt hos uiſum auditum olfatũ
n guſtum :& tactum.
Neceſſe eſt ſi deficit aliquis ſenſus:& organũ nobis deficere :
Co:cxxx. Organa ſẽtiẽdi ſolũ ſũt ex duobꝫ ſ̃pliciũ corpoꝝ.ſ. ex aere &aq̃. alſ aquæ
Pupilla aq̃ auditus uero aeris:olfatus aũt hoꝝ alterius eſt.
Nihil ſine calore ſenſitiuũ eſt.
Co.cxxxi. Oẽs ſẽſus habẽtur nõ ab aĩalibus ꝑfectis neꝙ orbatis ſed ꝑfcis.
Talpa ſub pelle eſt habens oculos .
Co.cxxxiii. Nõ p̃t eẽ aliqd' ꝑpriũ organũ ſenſus ſẽſitiuũ coĩum ſẽſibiliũ q̃ ſentimus unoquoꝙ ſenſu per ſe & non per accidens .
Sẽſibilia coĩa ſunt quinꝙ .ſ.motus :ſtatus :figura :magnitudo :numerus & hæc oĩa quædam immutatione ſentimus.
Figura quædam magnitudo eſt.
Quieſcens cognoſcitur in eo quod non mouetur:numerus uero negatio

ne continui.
Per se unusquisq; sensus cognoscit unum
Co.cxxxiiii. Sentimus filiũ sophroni non quia filius sophroni: sed quoniam albus huic enim accidit esse sophroni filius.
Cõmuniũ sensibiliũ habemus sensum cõmunem nõ secũdũ accidens:
Sensus sentiunt propria sensibilia adinuicem secũdum accidens.

Ex lectione.ii.& co.cxxxviii.

Videns tanquam coloratum est
Vnũquodq; sensitiuũ est susceptiuũ sensibilis sine materia.
Abeũtibus sensibilibus insunt nobis sensus & phãtasiæ quibus sentimus
Actus sensibilis & actus sentientis idem est & unus: esse autem ipsorum non idem: & dico actum sensibilis: ut sonus secundam actum qui est sonatio: & actum auditus: ut auditum secundum actum qui est auditio.
Co.cviiii. Motus & actio & passio sunt in eo quod agitur.
Actiui & passiui actus in patiente fit: unde non necesse est omne movens moueri.
Com.cxl. Sicut actio & passio in patiente sed non in agente est: sic & sensibilis actus & sensitiui in sensitiuo est.
Com.cxli. Necesse est sonum secundum actum ideſt sonationem & auditum secundum actum ideſt auditionem simul saluari: & simul corrumpi: secundum potentiam autem non est necesse.
Co.cxlii. Philosophi priores non benedicebant: nihil opinantes neq; album: neq; nigrum sine uisu esse: neq; humorem sine gustu: de sensu quidem & sensibili secũdum actum accidit quod ab eis dictum est: sed secundum potentiam non accidit.
Co.cxliii. Sensus proportio quædam est.
Sensibilia excellentia corrumpunt sensum.

Ex lectione.iii.& co.cxliiii.

Vnus quisq; sensus est cognoscitiuus subiecti sibi sensibilis: qui est insensitiuo in quantũ sensitiuum:
Sicut aliquis dicit sic intelligit & sentit:
Nõ est possibile diuersis potentiis iudicare diuersa.
Antiqui idẽ dixerunt esse sapere & sentire.

Ex lectioe.iiii.&co.cl.

Talis ẽ itellectus ĩ terrẽis hoĩbus q̃lẽ ducit ĩ die pater uiroq; deoq; hæc homerus.
Co.cli. Deceptio & ignorantia magis propria est aĩalibus quã scientia: & pluri tempore in hac permanet anima.
Deceptio & scientia contrariorum eadem est.
Co.clii. Nõ est idẽ sapere & sẽtire: sentire enim in est oĩbus aĩalibus: sape autem in paucis animalium est.

Intelligere non eſt idem q̄ ſentire .
Intelligere contingit recte & non recte :recte quidem ſecundum prudentiam & ſcientiam aut ſecundum opinionē ueram non recte autem ſecundum contraria horum.
Senſus propriorum ſenſibilium ſemper eſt uerus &ineſt omnibus animalibus intelligere autem contingit falſo & nulli ineſt cui nō ineſt ratio.
Co.cliii. Phantaſia eſt alterum a ſenſu & ab intellectu :& hæc non fit ſine ſenſu & ſicut hec non eſt opinio. x als sine hac.
Non ē eadem phantaſia &opinio.
Paſſio phantaſiæ in nobis eſt cum uolumus :opinari autem non in nobis eſt neceſſe eſt enim falſum aut uerum dicere.

Ex lectione.v.& co.clv .

Phantaſia eſt ſecundum quam phantaſma aliquod in nobis fieri dicimus
Potentiæ uel habitus quibus diſcernimus uerum aut falſum huiuſmodi ſunt ſcilicet ſenſus :opinio ſcientia :& intellectus .
Co.clvi. Phantaſia non eſt ſenſus neq̄ in actu neq̄ in potentia.
Senſus ſecundum potentiam ſemper adeſt uiuentibus &non orbatis phātaſia autem non.
Senſus ſecundum actum ineſt omnibus bæſtiis phantaſia autem non: ut formicæ aut api aut uermi :
Senſus ſecundum actum ueri ſunt ſemper phantaſiæ autem plures falſæ.
Co.clvii. Phantaſia non ſemper eſt uera dominantium :neq̄ una erit : ut ſcientia & intellectus;eſt enim & phantaſia & falſa. x alē. dicentiū.
Opinioni inheret fides non enim contingit opinantem de quibus ei uidetur non credere.
Bæſtiarum nulli ineſt fides phantaſia autem multis.
Opinionem ſequitur fides:fidem ſuaſum eſſe:ſuaſionem autem ratio.
Bæſtiarum nullis ineſt ratio.

Ex lectione.vi. & co.clx.

Phantaſia eſt quidam motus & non ſine ſenſu fit:& eſt in his tātum quæ ſentiunt &quorum eſt ſenſus :
Contingit motum fieri ab actu ſenſus & hūc ſimilem neceſſe eſt eſſe ſē ſui
Commento.clxi. Multa ſecundum phantaſiam contingit facere & pati habens ipſam:
Contingit phantaſiam eſſe ueram & falſam.
Propriorum ſenſibilium ſenſus eſt uerus :aut quā pauciſſimū habēs falſū
Co.clxii. Diffi.Phantaſia eſt a motus a ſenſu ſecundum actum factus.
Com.clxiii. Quoniam uiſus maxime ſenſus eſt :nomen a luie accepit phantaſia :quoniam ſine luie nō eſt uidere .
Quoniam immanent ideſt perſeuerant phantaſiæ & ſimiles ſunt ſenſibus:multa ſecundum ipſas operantur animalia;alia:quidem quia nō

habent intellectum ut bæstiæ :alia uero ex uelamento intellectus aut passione aut egritudine aut somno :ut homines.

Ex lectione.vii.& co i.

Intellectus est pars animæ qua cognoscit anima & sapit.

Co.ii Quia intelligere est sicut sentire:itelligere pati aliquid utiq; erit ab intelligibili :aut aliquid huius alterum ideſt simile passioni habere :& impassibilem oportet esse scilicet passione propriæ dicta sicut sensus.

Co.iii Similiter se habere sicut sensitiuum ad sensibilia:sic intellectiuum ad intelligibilia quia scilicet utrunq; est in potentia ad obiectū suum.

Co.iiii. Necesse est quoniam omnia intellectus intelligit immixtum esse hoc autem est ut cognoscat:inter apparens enim prohibebit extraneū & obstruet.

Commento. .v. Intellectus nullam habet naturam nisi istam quod est possibilis.

Intellectus quo opinatur & intelligit anima nihil est actu eorum quæ sūt intelligibilium ante intelligere.

Co.vi. Non miseri est rationabile intellectum corpori:qualis enim utiq; fiet itellectus aut calidum aut frigidum :si organum aliquod erit intellectiuo :sicut & sensitiuo :nunc autem nullum est.

Benedicentes sunt antiqui animam esse locum specierum:nisi qđ nō tota ſ.est locus sed intellectiua:neq; actu sed potentia habet species.

Co.vii. Nō similis est impassibilitas sensitiui & intellectiui: sensus enī nō potest sentire ex ualde sensibili:sed intellectus cū intelligit aliquid ualde intelligibile:non minus intelligit in fima:sed & magis.

Sensitiuum non sine corpore est:intellectus autem separatus est .

Ex lectione.viii.& co.viii.

Quod itellectus ideſt possibilis fiat actu singula:tūc accidit cū possit operari p se ipsum:& est quidē tūc potētia quodāmō nō tamen similiter& ante adiscere &iuenire:& ipē ſ.factus in actu ſe ipsū tūc pōt intelligere

Co.viiii. & co.x.Quoniā aliud est magnitudo & magnitudini eē:& aq̄ & aq̄ eē & sic in multis aliis nō aūt in oibus qbusdā enim idem est caro& carni esse tho.accipit nomen carni nomine substantiæ separate nobis ignote sensitiuo calidū & frigidū iudicat aīa & alia quoꝝ rō ideſt proportio est quædą caro potentia intellectiua iudicat:aut separata & oīo diuersa aut eadem sicut circunflexa se habet ad se ipsam : cum extensa fuerit carni esse discernit .

Co.xi. Sicut res sunt separabiles a materia:sic & quæ sunt circa intellectū.

Ex lectione.viiii.& co.xiiii .

Potentia quodammodo est intelligibilia intellectus:sed actu nihil est eorum ante quā intelligat :oportet enim sic esse in intellectum:sicut in tabula rasa in qua nihil est actu scriptum.

Co.xv. Intellectus scilicet pombus intelligibilis est sicut itelligibilia nō scilicet per essentiam suam sed per speciem.

In his quæ sunt sine materia idem est intelligens & quod intelligitur: scientia enim & scibile idem sunt.

Co.xvi. In habētibus materiā potētia solū unūquodq; est s. de numero intelligibiliū: quare illis nō inerit itellectus: sine materia. n. potētia est intellectus talium.

Ex lectione .x. & co.xvii. & co.viii.

Sicut in omni natura est aliquid hoc quidem quæ scilicet quandoque est in potentia & quandoq; in actu materia unicuiq; generi quæ est est potentia oīa illa alterum aūt est cā & factiuū quod in faciēdo oīa ut ars ad materiam se habet necesse est & in aīa has esse differentias: ē enī intellectus possibilis in quo omnia fierit possunt agens uero in omnia facere sicut habitus quidam & sicut lumen.

Co.xviii. Lumē facit quodammō potentia existētes colores actu colores

Co.xviiii. Intellectus agēs sepabiles ē & īpassibilis & imixtus sb̄a actu ens

Semp onerabilius est agens patienti & principiū scilicet actiuū materia

Idem est secundum actum scientia: rei scitæ.

Co.xx. Scientia q̄ est secundum potentiam tempore prior in uno est uniuersaliter autem neq; tempore prior est.

Intellectus i actu nō aliquando qdē intelligit aliquādo uero nō ītelligit.

Separatus est solū hoc quidē uere est: & hoc solū immortale & perpetuū:

Nō reminiscimur s. post mortē quia intellectus quidem ipassibilis est passiuus uero intellectus scilicet uirtus sensitiua corruptilis est: & sine hoc non intelligit intellectus:

Ex lectione .xi. xxi.

Indiuisibiliū intelligētia in hiis est circa quæ nō est falsum: in quibus aūt & falsū & uerum est compositio quædam intellectū ē. i. rei & itellectæ:

Co.xxii. Falsum in compositione & diuisione semper est.

Vnum facies unumquodq; ideſt compositiones ꝓpositiōes est ītellectus

Co.xxiii. Indiuisibile quoniā dicitur dupliciter & potentia & actu: nihil ꝓhibet intellectum intelligere indiuisibile cū longitudinē intelligat: indiuisibile enim actualiter intelligitur in tempore indiuisibili.

Co.xxiiii. Indiuisibile specie intelligit intellectus in tp̄e indiuisibili

Co.xxv. Pūctū & oīs diuisio & sic indiuisibile: mōstratur sicut priuatio:

Si alicui intellectui non inest contrarium ad cognitionem alterius: ipsæ se ipsum cognoscitur scilicet primo & per se & actu est scilicet semper & separabile scilicet omnino a materia.

Co.xxvi. Intelligētia qua dicit intellectus aliquid de aliquo sicut affirmatio est uera oīs uel falsa: intellectus autem nō oīs: sed qui est ipsius qd' quid est uerus est semper sicut uidere proprii obiecti uerū est.

Sunt ex actu ente omnia quæ fiunt.

Ex lectione.xvii.& co.xxvii.& co.xxviii.

Sensibile ex potentia existente sensitiuo actu est faciens sensitiuum
Non patitur neq; alteratur sensitiuum a sensibili:unde alia est hæc species
motus scilicet a motu physico motus enim scilicet physicus in perfecti
est:est actus:simpliciter autem est actus alter scilicet a physico qui est p
fecti ut scilicet est sentire:
Sentire solum simile est ipsi dicere solum & intelligere.
Co.xxviiii. Delectari & tristari est agere sensitiua meditate idest sẽsu com
muni ad bonum aut malum in quantum talia.
Non alterũ est .s. subiecto appetitum & fugitiuum abinuicem:neq; a sensi
tiuo:sed esse idest ratio aliud est.
Commento .xxx. Intellectiue animæ phantasmata ad intellectum sũt
ut sensibilia sunt ad sensum.
Nequaquam sine phantasmate intelligit anima.
Co.xxxiii. Intellectum species intelligit in phantasmatibus: & aliquando
quæ sunt in anima phantasmatibus aut intellectibus tanquam nihil
dens ratiocinatur.
Co.xxxvi. Mathematica non separata scilicet secundum esse:tanquã si se
parata sint intelligit intellectus.
Omnino intellectus in actu est res secundum acta intellecta.
Vtrum contingat aliquod separatorum intelligere intellectum existen
tem non separatum a magnitudine:aut nõ considerandũ est posterius

Ex lectione .xiii.& co.xxxvii.

Omnia quæ sunt quodammodo est anima.
Omnia quæ sunt aut sensibilia sunt aut intelligibilia.
Scientia est scibilia quodammodo:sensus autem sensibilia.
Co.xxxviii. Secatur scientia & sensus in res idest in actum & potentiam
quemadmodum & res quæ quidem potentia est scientia in ea quæ sũt
potentia scilicet scibilia quæ uero actu in ea quæ sunt actu.
Ipsas res non est anima non enim lapis in anima est:sed species.
Anima sicut manus est:manus enim est organum organorum:& intelle
ctus species specierum:& sensus species specierum sensibilium.
Co.xxxviiii. Quoniam res nulla a nobis intellecta est ꝑter sensibiles ma
gnitudines:ob hoc non sentiens nihil utiq; adiscet neq; intelliget:sed
cum speculatur necesse est utiq; aliquod phantasma speculari.
Phantasmata sensibilia sunt præter ꝙ sunt sine materia.
Primi intellectus non phantasmata sunt sed nõ sunt sine phantasmatibus

Ex lectione.xlii & co xlii.

In rationatiua parte uoluntas fit:in irrationabili autem fit concupiscen
tia & ira idest irascibilis.

Co.xliii. Semper propter aliquid motus secũdum locum aut phantasiã aut cum appetitu est:nihil enim non appetens aut fugiens mouetur secundum locum :nihil uiolentia .

Co.xxxxv. Natura non facit frustra aliquid:neq; deficit in necessariis: nisi in orbatis & imperfectis .

Aialia imobilia perfecta & nõ orbates sunt :signum aũt est quia generati uascilicet similis sibi sunt & augmentum habent & decrementum .

Commento. xlvi. Rationatiua pars & uocatus intellectus non mouens secundum locum .

Speculatiuus intellectus nihil speculatur agibile :neq; didicit aliquid de fugibili aut persequibili.

Semper motus aut fugientis aut persequentis aliquid est.

Co.xxxxvii. Percipiente intellectu practico & dicente fugere aliquid aut p sequi non mouetur hõ:sed scd'm cõcupiscentiam agit ut in continens.

Co.xlviii. Appetitus motus localis dominus non est: abstinẽtes enim appetentes & concupiscentes non operantur ea quorum habent appetitũ sed sequuntur intellectum.

Ex lectione.xv.& co.xlviiii.

Multi præter scientiam sequuntur phantasias:

Com.xlviiii. Intellectus qui propter aliquid ratiocinatur:& qui practicus est,differt a speculatiuo fine.

Appetitus propter aliquid omnis est.

Cuius est appetitusidest appetibile principiũ est practici itellectus:ultimũ aũt.s.in consyderatione intellectus practici principium actionis est.

Rationabiliter hæc duo uidentur mouentia :appetitus scilicet intelligentia practica appetibile enim mouet pp hoc & intelligentia.s.practica.

Co.l. Phantasia cum mouet non mouet sine appetitu.

Vnũscilicet uniuersalissimũ est mouens quod est appetibile.

Appetitus & intellectus mouent secundum communem aliquam speciemscilicet appetibile

Intellectus non est mouens sine appetitu :uoluntas enim appetitus est.

Cum aliquis secundum rationem mouetur:secundum uoluntatem mouetur :appetitus autem mouet præter rationem concupiscentia enim appetitus quidam est.

Co.li. Intellectus omnis principiorum rectus est appetitus autem & phantasia recta & non recta.

Semper mouet appetibile &hoc scilicet appetibile est bonum uel apparẽs bonum :non autem omne bonum est appetibile mouens: sed actuale idest agibile bonum:actuale uero bonum est contingens aliter se habere unde bonum in sua uniuersalitate non mouet .

Co.liii. Appetitus fiunt contrarii adinuicem:hoc autem fit cum ratio &

cõcupiſcentiæ cõtraria fuerint:intellectus enim propter futurum retrahere iubet:concupiſcentia autem propter ipſum iam præſens incitat uidetur enim concupiſcenti quod in præſente delectabile eſt ſimpliciter bonũ propter id quod non uidetur quod futurum eſt.

Co.liiii. Specie eſt unum mouens quod eſt appetibile:aut appetitiuum: numero autem plura mouentia .

Primum mouens omnium eſt appetibile:hoc enim mouet cum non mouetur :eo quod fit intellectum aut imaginatum.

Tria ſunt in motu:unum quidem mouens:ſecundum autem quo mouet tertium autem quod mouetur.

Mouens eſt duplex aliud quidẽ immobile: aliud quod mouetur.

Mouens immobile in motu animalis eſt actuale bonum mouens autem quod mouetur eſt appetitus:mouetur enim omne quod appetit:& appetitus ideſt appetere actus & quidam motus:eſt ſcilicet perfecti :quod autem mouetur animal eſt quo uero mouet organo appetitus iam hoc corporeum eſt.

Co.lv. Omnia animalia pulſu & tractu mouentur propter quod oportet ſicut in circulo manere :aliquid in animali & hinc incipere motum.

Ex lectione .xvi. & co.lvi .

In quantum appetitiuum eſt animal :ſic ſui ipſius eſt motiuum .

Appetitiuum non eſt ſine phantaſia .

Phantaſia omnis rationalis aut ſenſibilis eſt .

Animalibus quibus tactus ſolum in eſt ſenſus ſicut mouentur in determinate:ſic concupiſcentia & phantaſia indeterminate ſunt.

Co.lvii. Senſibilis phantaſia aliis animalibus in eſt deliberata autem in rationalibus:utrũ enim agat hoc aut hoc rationis eſt opus .

Ratio deliberans poteſt unum ex pluribus phantaſmatibus facẽre.

Debileratiuum non habet appetitus inferior propter phantaſiam ſẽſibilẽ

Vincit appetitus inferior aliquando:& mouet deliberationem .aliquando autem mouet ſicut ſpæra ſcilicet ſuperior inferiorem appetitus ſuperior appetitum inferiorem .

Natura ſemper quæ ſurſum eſt ſpæra principalio r eſt & mouet inferiorẽ ut tribus lationibus moueatur.

Co.lviii. Scientifica uirtus ideſt ratio ſpeculatiua non mouet ſcilicet ad operationem ſed manet .

Ratio practica autem eſt uniuerſalis alia particularis:uniuerſalis quidem dicit quod oportet talem tale agere:particularis autem q̃ hoc tale ego talis:& particularis mouet:non quæ uniuerſalis:aut utraq̃: ſed uniuerſalis quidem quieſcens magis particularis autem non

Ex lectione.xvii.& co. lviii.

Vegetabilem animam neceſſe eſt habere omne quod uiuit &animam q̃

licet uegetabilem habet a generatione usq; ad corruptionem:
Necesse est omne quod generatur augmentum habere & statum & decre
mentum:hoc autem sine alimento impossibile est esse.
Co.lx.Sensum non necesse est esse in omnibus uiuentibus.
Propter aliquid omnia quæ sunt natura subsistunt :aut concidentia sunt
eorum quæ sunt propter aliquid.
Finis est opus naturæ.
Co.lxii.Nullum habet animam corpus manens sine sensu
Com.lxiii.Animal est corpus animatum.
Omne corpus scilicet generabile &corruptibile tangibile est tangibile di
co q̃ est sensibile tactu.
Gustus est sicut tactus quidam:
Corpus simplex tactum non habet:
Com.lxiiii.Sonus & color & odor nõn alunt:neq; faciunt augmentum
neq; decrementum.
Gustus & tactus necessarii sunt animali:alii autem sensus sunt propter bo
num & generi animalium non cuiq; : sed quibusdam :ut processiuo
necesse est in esse.

Ex lectione.xviii.& co lxvi

Impossibile est esse simplex animalis corpus.
Ossibus & capillis & huiusmodi partibus non sentimus quia terreæ sunt
&plãtæ nullum habent sensum quia terreæ sunt.
Sine tactu neq; unum possibile est alium sensum esse.
Sensus tactus nõ est neq; terræ neq; elementorum ullius.
Commento. lxvii. Necesse est solo priuatiua sensu tactus anima
lia mori.
Alia sensibilia excellentiis suis non corrumpunt animal :sed solum sen
sus nihil secundum accidens:puta si simul cum sono depulsio fiat &ic
tus quæ tactui corrumpunt.
Co.lxviii.Tangibilia excellentia non solum corrumpunt sensum sed &
animal :quia necesse est animal solum habere tactum.
Alios sensus a tactu habet animal non propter esse:sed propter bene esse
ut uisum quia in aere & aqua uiuit ut uideat : & omnino quia in dia
phano :gustum habet propter delectabile & triste :ut sentiat quod in
alimento est & concupiscat & moueatur : auditum autem ut signifi
cetur aliquid ipsi :liguam aũt habet quattenus significet aliqd alteri:

Expliciunt propositiones ex tertio libro de anima Aristotelis

Incipiunt propositiones ex libro de sensu & sensato & lectiones sunt no
tatæ secundum expositionem sancti thomæ.

Ex lectione prima.

Ommunia corporis & animæ sunt sensus &memoria:ira
idest irascibilis & desyderium idest concupiscibilis & om
c nino appetitus :& cum his gaudium & tristicia.
Physici est de sanitate & infirmitate prima inuenire prin
cipia :neq; enim sanitatem neq; infirmitatem possibile est
fieri carentibus uita.
Plurimi physicorum & medicorum qui magis philosophicæ artem pro
sequuntur: ii quidem scilicet physica finiunt ad ea quæ de medicina: ii
uero scilicet medica ex hiis quæ de natura incipiunt quæ de medicina:
Quoniam sensus per corpus isit animæ manifestum est & per sermonem
idest rationem & absq; sermone.

Ex lectione.ii.

Vnumquodq; animal secũdum quod animal necesse est habere sensum p
sensum enim animal esse & non esse animal determinauimus.
Propriæ sensus tactus & gustus in sequitur omnia animalia necessario.
Delectabile & tristabile circa escam discernitur gustu: ut hoc quidem ani
mal fugiat hoc autem prosequatur
Sapor ẽ nutritiuæ animæ passio quia uidelicet apprænditur gustu ordi
hatoad nutritionem:
Sensus qui animalibus ad exteriora proficiscentibus insunt sunt ordora
tus auditus & uisus:& omnibus animalibus causa salutis insunt.
Horum sensuum ad ipsam uitam & ad notitiam melior est uisus secun
dum se:multas enim differentias & multimodas anuntiat uisus poten
tia quia omnia corpora colore participant.
Communia sensibilia magis per uisum sentiuntur dico autem cõmunia
magnitudinem motum figuram :numerum.
Auditus soni tantum differentias percipit .in paucis autem animalibus
has uidemus & eas quæ uocis.
Secundum accidens ad prudentiam auditus plurimam confert partem
sermo enim audibilis existens causa est disciplinæ nõ secundum se sed
secundum accidens :ex nominibus enim constat :nominum uero
unumquodq; symbolum est quare sapientiores a natiuitate priuatis
utrumq; sensu sunt cæci surdis & mutis.

Ex lectione.iii.

Constructo & moto celeriter oculo uidetur ignis lucere hoc autem in te
nebris habet accidere.
Lenia in tenebris nata sunt fulgere :non lumen facere.
Oculi nigrum & medium lene est.

Apparet ignis lucere moto oculo: quia accidit duo fieri unum :quia ſcilicet pupilla diuiditur hoc autem celeritas facit motus ut uideatur adeſſe uidens & uiſum nam pars pupillæ lenis uidetur ad altera parte pupillæ & lucida apparet in tenebris :& hoc modo ipſe ſe ipſum uidet oculus: quemadmodum in reflexione ut puta ſpeculi:

Ex lectione .iiij.

Cum democritus dicit uiſum aquam eſſe uerum dicit non tamen accidit uidere ſecundum quod aqua eſt ſed ſecundum quod eſt perſpicuum: quid eſt aeri commune eſt: ſed magis ſeruabilibus eſt aqua aere & magis ſpiſſum: quare pupilla ſunt & oculus aquæ.

Corpus minime rigens eſt oculus: nulli enim quod infra palpebras eſt riguit.

Animalium quæ ſine ſanguine ſunt duræ pellis ſunt oculi: & hoc facit protectionem:

Ex lectione quinta.

Sine lumine impoſſibile eſt uidere.

Siue ſit lumen ſiue ſit aer quod eſt inter rem uiſam & oculum motus ſcilicet alterationis qui fit per ipſum medium facit uidere inquantum .i. medium alteratur recipiendo ſpecies intentionaliter colorum.

Neceſſario perſpicuum eſt & receptibile luminis quod interius eſt oculi.

Quibuſdam uulneratis in bello iuxta tempore :ita ut abſiderentur porri occuli accidit fieri tenebras ſicut lucerna extincta eo ꝙ quaſi lãpas quædam abſiſſa fuit ſcilicet abſiſſis neruis perſpicuum uocatum pupilla.

Senſibile facit agere ideſt actu uel operarum ſenſum quare neceſſe eſt exiſtere ſenſum in potentia prius.

Diffinitio. Odor fumalis eſt euaporatio : fumalis autem euaporatio ab igne eſt.

Circa cerebrum proprium ſenſitiuum odoratus exiſtit.

Potentia calidum materia eſt frigidi.

Oculi generationem a cerebro conſtat eſſe.

Cerebrum frigidius & humidius omnibus partibus corporis eſt.

Guſtatiuum ſpecies quædam tactus eſt: & ideo circa cor ſenſitiuum eſt ipſorum ſcilicet guſtus & tactus.

Cor oppoſitum eſt cerebro & eſt calidiſſimum partium corporis.

Ex lectione .vi.

Diffi: Lumen eſt color perſpicui ſecundum accidens per aliud ſcilicet a copore lucido quando enim eſt aliquid ignitum ideſt lucidum in perſpicuo præſentia quidem eius lumen eſt carentia autem tenebræ.

Perſpicuum non eſt proprium aeris uel aquæ nec alicuius ſic dictorum corporum ſed eſt quædam communis natura quæ ſeparata quidẽ nõ eſt: in his uero eſt & in aliis corporibus in his quidem magis in his

autem minus.

÷ Color eſt in corporis extremitate: ſed non extremitas eſt.

Aer & aqua exterius ideſt non proprio colore colorata ſunt & enim au
rora talis eſt.

In aere & aqua quia indeterminato accidit color non eundem habent co
lorem accedentibus prope & longe aer & aqua.

In corporibus interius ideſt proprio colore coloratis determinata eſt ap
paritio coloris.

Idem in corporibus interius & exterius coloratis eſt ſuſceptiuum coloris
ſcilicet perſpicuum, quod ſecũdum quod exiſtit in corporibus colores
facit participari aut plus :autem minus.

Diffi. Color eſt extremitas perſpicuum in corpore determinato

Ex lectione.vii.

Quemadmodum in perſpicuo lux facit lumen .eius uero priuatio tene
bras:ſic & in corporibus cum inſit ſcilicet lux album & nigrum fit.

Qui in numeris bene proportionalibus conſiſtunt colores :quemadmo
dũ in cõcordantiis:delectabitiſſimi colorum eſſe uidentur: ueluti coc
cineus & puniceus :pauci autem tales ſũt propter cauſam propter quã
& ſymphoniæ paucæ.

Ex lectione.viii.

Melius eſt dicere uiſionem fieri per moueri ſtatim intermedium ſenſus a
ſenſibili quanta actu & defluxionibus.

Homines equos aut ſemina contingit diuidere ad minima :hominum
enim minimum homo eſt & equorum equus:quare horum minimo ſ
rum fit commixtio.

Ex lectione.viiii.

Manifectius eſt nobis ſaporum genus quam odoris huiuſmodi autem cã
eſt:quoniam peiorem habemus aliis animalibus odoratũ:& ipſis aliis
ſenſibus qui in nobis ſunt.

÷ Tactum certiſſimum aliorum animalium habemus :guſtus autem quidã
tactus eſt.

Natura aquæ uniuerſaliter ideſt ſecundum ſe inſipida eſt:neceſſe eſt autẽ
in ipſa aqua haberi genera ſaporum ſicut ſcilicet in radice.

Subtiliſſimum omnium humorum aqua eſt & ipſo oleo :ſed protendi
tur oleum plus aqua propter uiſcoſitatem:aqua autem tenuior eſt qua
re & grauius eſt ſeruare in manibus quam oleum.

Ex lectione.x.

Talis eſt aqua per qualem terram tranſit: & hoc maĩm eſt in ſalſis aquis
maxime aliis tamen a mare.

Sal quædam terræ ſpecies eſt :

Quæ per cinerem colatæ ſunt aquæ :ipſo amaro exiſtente amarum ſa

ciunt saporem.

Ignis secundum quod ignis:nihil natum est facere uel pati nec aliud quic quam :sed quæ est contrarietas in unoquoq; secundum hanc omnia & faciunt & patiuntur.

Diffi. Sapor est passio facta in humido a sicco terrestri cum additione calidi gustus sensum secundum potentiam alterans in actu.

Sensibile ducit sensitiuum potentia præexistens ad actum.

Non sicut discere sed sicut speculari est sentire quia scilicet in eo qui adiscit generatur habitus de nouo: non autem in eo qui sentit generatur sensus de nouo sed sensus fit actu operans sicut in eo qui speculatur.

Diffi. Senectus eſt huius particulæ decrementum ſtatus autem horum medium eſt quando ſcilicet: neq; deficit neq; creſcit.

Diffi: Mors & corruptio uiolenta calidi eſt extinctio & marcor :
Diffi. Mors ſecundum naturā eſt marcefactio calidi propter temporis lō gitudinem facta & perfectiſſima.
Reſpirantia animalia ſuffocantur in humido piſces autem in aere.

Ex lectione ſecunda.

Tria accidentia circa cor quæ uidentur habere eandem naturam & non habent :ſunt ſaltus & pulſus & reſpiratio.
Diffi. Saltus cordis eſt conſtrictio calidi quod in ipſo eſt: propter refrigerationem ſuperfluam & contabeſcitiuam :ut in timoribus .
Tmentes infrigidantur ſecundum ſuperiora calidum autem fugiens cō trarium facit ſaltum in paruum conſtrictum locum : ita ut aliquando extinguantur animalia propter timorem & propter paſſionem egri , tudinalem.
Bullitio fit ſpumoſo facto humido a calido :eleuatur enim propter am , pliorem fieri mollem.
Semper aduenientis humidi ex alimento per caliditatem tumefactio ele uata ad ultimam tunicam cordis facit pulſum in corde :& hoc ſemper fit continue :affluit enim ſemper humidū ex quo fit ſanguinis natura.
Primo in corde fit ſanguis :palam autem eſt in generatione a princi , pio :nundum enim diſtinctis uenis uidetur cor habens ſanguinem.
Pulſat cor magis iunioribus quam ſenioribus fit enim exalatio humi di amplior .
Pulſant omnes uene :& ſimul inuicem :propter ortas eſſe omnes a cor , de mouet enim ſemper cor quare & illæ ſemper & ſimul omnes:quan do cor monet .
Diffi. Pulſus eſt humidi calefacti ſpumificatio :
Reſpiratio fit augmentato calido in corde in quo eſt principiū nutritiuū
Quemadmodum alia indigent alimento ita & cor & aliis magis:& enim cor aliis alimenti cauſa eſt.
Oportet exiſtimare conſiſtentiam pulmonis ſimilem eſſe follibus quæ ī æratiis ſunt:
Vocatur ingreſſus aeris inſpiratio :exiſtus autem reſpiratio:
In animalibus habentibus pulmonem eius quod uiuere & non uiuere fi , nis eſt reſpirare & non reſpirare in piſcibus autem ſuſcipere humidum
In inſpirare & expirare conſiſtit uiuere :

Expliciunt propoſitiones ex libro de morte & uita.

Incipiunt Propoſitiones ex libro de motibus animalium Ariſtotelis & lectiones notæ ſunt ſecundum expoſitionem petri de aluernia .

76 84.82.

Ex lectione.i.

Niuerſales quærimus ſermones & ſingulari-
bus adaptamus ipſos.
Oportet ſi moueatur aliqua particula anima-
lis quieſcere aliquam :& propter hoc iunctu-
in animalibus ſunt.
u Nihil mathematicorum contingit moueri.
Vnumquodq; animal oportet in ſeipſo aliquid habere quieſcens unde eſt principium eius quod mouetur .
Quemadmodum in animali oportet aliquid immobile eſt ſi debeat mo-
ueri:ſic adhuc magis extra animal oportet.
Nauem pellens in naui ipſe exiſtens & firmatus ad nauem nō mouet :na
uem :quia neceſſarium eſt ad quod firmatur manere.

Ex lectione ſecunda.

Speræ motæ circulariter nulla manet particula : aut enim totam neceſſa
rium eſt manere aut diſtrahi continuitatem eius.
Moueri ideſt per ſe unum motum a duobus ſcilicet non per ſe ordinatis
eſt impoſſibile.
Oportet tantā uirtutem eſſe quieſcentis in quieſcendo:quāta eſt moti &
mouentis ipſum,quare impoſſibile eſt cœlum moueri ab aliquo fi-
xo in terra.
Cœlū in corruptibile & indiſſolubile eſt ex neceſſitate.
Non eſt impoſſibile aliquid ſi oppoſitum non eſt neceſſarium
Totaliter immobile a nullo cōtingit moueri:propter quod bene dictum
eſt apud homerum non utiq; non ammouebunt e cœlo in terram io
uem ſupræmum omnium:neq; ſi multum laborent appræhendere om
nes dii deæq;.
Impoſſibile ē ignē aut terrā aut aminatoꝝ aliqd ī ſeipſis habere aliqd qe
ſcens & mouens & aliquid extra ad quod propulſentur :ſicut aīata hñt.
Generationis & corruptionis nihil poſſibile eſt cauſam eſſe ſibi ipſi: præ
exiſtere enim oprtet ei quidē mouetur & generatur mouens &generās
nihil autem prius eſt ſe ipſo.

Ex lectione.iii.

Inanimata omnia mouentur ab altero.
Omnia aīalia & mouent & mouentur gratia alicuius.
Mouentia animalis ſunt intellectus phantaſia ſenſus appetitus electio uo
lūtas & cōcupiſcētia:& hæc oia reducūtur ad ītellectum & appetitum:
Phantaſia & ſenſus intellectui eūdē locū habent iudicatiua.n.oia ſunt.

Voluntas & concupiſcentia appetitus ſunt.
Electio communis eſt intellectui & appetitiui.
Mouens primúeſt quod appetibile & quod intelligibile eſt.
Non omne intelligibile eſt mouens primum ſed quod operabiliũ finis ẽ
Non omne bonum mouetuidelicet bonum in uniuerſali ſed inquantum eſt finis eorum quæ gratia alicuius alterius exiſtent ſic mouet natura ſic eſt bonum in pticulari.
Oportet ponere apparens bonum boni locum habere & delectabile eſſe.
Appetibile eſt primum mouens:& non motum mouet appetitus autem & motum mouet: ultimum autem motorum non neceſſe eſt mouere aliquid:
Motus localis ultimus eſt omnium motuum quæ fiunt in animalibus: mouetur enim &procedit animal appetitu aut electiõe alterato aliquo ſecundum ſenſum aut phantaſiam.

Ex lectione quinta.

Similiter ſe habent intellectus ſpeculatiuus & practicus in ſyllogizando: quia ſcilicet ſyllogizant ex aliquo principio.ſed ītellectus quidem ſpeculatiui ſpeculatio eſt finis cum enim duas intellexerit propoſitiones concluſionem intellexit & compoſuit intellectus autẽ practici ex duabus propoſitiõibus cõtinuo fit operatio.
Operatio cõcluſio eſtſcilicet mediata intellectus practici.
Propoſitiões practicæ determinantur per bonum & per poſſibile ſicut ſcilicet ſpeculatiuæ per rationem entis:
Quæcunq; nõ ratiocinantes operamur uelociter operamur.
Vltima ideſt proxima cauſa eius quod eſt moueri eſt appetitus exiſtens ſcilicet in actu.

Ex lectione.vi.

Phantaſiæ & ſenſus & meditationes alterant corpus ſecundum calidum & frigidum.
enſu facto in actu ſtatim alterationes quædã ſunt exiſtentes :phantaſia autem & intelligentia habent in ſe rerum uirtutem :aliquo enim mouetur ſpecies intellectiua calidi aut frigidi:aut triſtabilis aut delectabilis talis exiſtit:qualis &unaquæq; rerum exteriorum:propter q̃ tremũt timent homines intelligentes ſolum.
odica permutatio facta in principio multas & magnas differentias facit deinceps uelut gubernaculo ſecundum aliquid modicum tranſuppoſito magna fit pro rætranſpoſito.
Cum fit modica alteratio circa cor multa fit corporis differentia in rubo ribus & palotibns & tremoribus & timoribus.

Ex lectione.vii.

Neceſſe eſt principium animæ mouentis eſſe in medio ſuperioris & in-

ferioris & dextri & siniſtri:
Mediã partem corporis in qua eſt principium mouens ſubiecto quidem unam operatione aũt neceſſe eſt fieri plures:

Ex lectione.viii.

Principium motibus in aialibus eſt in corde:& ſpiritus cõplacatus ẽ i ipo
Spiritus eſt mouens organicum

Ex lectione.viiii.

Exiſtimandum eſt conſtare animal quemadmodum ciuitatem bene legibus rectam ſicut enim in ciuitate quando bene ſtabilitus fuerit ordo: nihil opus eſt ſeparatim principem adeſſe per ſingula eorum quæ fiũt ſed quibuſlibet facit ut ordinatum eſt:& hoc fit poſt hoc per conſuetudinem :ita in animalibus idem fit per naturã:quia nata eſt unaquæq; pars facere proprium opus :ut nihil opus ſit in unaquaq; eſſe animam: ſed in quodam principio corporis exiſtere maxime.
Cor & pudenda maxime mouentur motibus inuolãtariis multotiens enim apparente aliquo non tamen iubente intellectu mouentur.
Motus inuoluntarii ſunt ſomnus & uigilia & reſpiratio nullius enim horum domina eſt ſimpliciter phantaſia aut intellectus.
A genitalibus exit uelut animal quoddam ſpermatis uirtus.
Motibus aliquando fiunt a corde ad ſenſus & a ſenſibus ad cor: & a ſenſibus ad ſenſus.

Expliciunt ꝓpotiões ex libro de mõtibus animalium.

Incipiunt ꝓpoſitiones ex primo libro de hiſtoriis animalium Ariſtotelis Collecte ſecundũ interprætationẽ Theodori Gazæ theſalonicenſis.

Ex capitulo primo.

Nimalium partes aut in compoſitæ ſunt quæ ſcilicet in ſimiles ſibi partes diuiduntur: ut caro in carnes:& ob eam rem ſimilares appellantur : aut compoſitæ quæ indiſſimiles ſecari apte ſunt : ut manus in non manus:quapropter eas diſſimilares nominamus.
Quæcunq; pars diſſimilaris ex ſimilaribus cõſtat ut manus & carne oſſibus & neruis
Homis oculis aut naſus cum oculo aut naſo alterius hominis ſpecie conuenit.
Vt totum ſe habet ad totum : ſic partes ſingulæ ſe ſe ad ſingulas habent.
Quibuſdam animalibus partes nec ſpecies ſunt eedem nec exceſſu de/

fectuq; differunt:ſed proportione conueniunt quomõ os cum ſpina: unguem cum ſolida ungula:manum cum forcipato pede:& pennam cum ſquamma conuenire aduertimus.

Sunt complura animalia quæ eaſdem habent partes:ſed non ſitu eodem ut mammas alia impectore habent:alia infemoribus.

Partes ſimilares aut moles ac humidæ ſunt ut ſanguis ſanies adeps ſeuũ medula:ſemen genitale lac caro & quæ his ꝓportione reſpondent:aut ſiccæ & ſolidæ ut neruus cutis os cartilago uena pilus ũguis & cornu.

Animalium differentias aut per uitas aut per actiones aut per partes conſtituti dignum eſt.

Animalium alia aquatilia ſunt alia terreſtria.

Aĩaliũ aq̃tiliũ alia in fluido degunt uictũq; quærũt ex humore & humorem per uices recipiunt & reddunt nec uiuere poſſunt niſi uerſentur in humore alia degnnt quidem in fluido uictumq; inde emoliuntur:ſed aerem non humorem recipiunt:& foris parere ſolent.

Terreſtrium animalium alta accipiunt reddunteq; aerem ut homo & quæcunq; habent pulmonẽ:alia aerem non recipiunt ut ueſpæ & apes:&reliqua quorum corpus inciſuris præcingitur.

Animalium aquatilium complura ſaxis affixa uitam omnem traducunt ut concæ.

Spongia ſenſum aliquem habere creditur:quia multo difficilius abſtrahũtur niſi clanculum agatur:ut referunt auulſores.

Terreſtrium animalium alia uolucres ſũt alia pedeſtria:quorum alia greſſilia:alia reptilia alia tractilia ſunt.

Aĩal quoć tantum uolucre ſit:ut piſcis tantũ natatile eſt:nullũ nouimus.

Animalium alia gregalea ſunt ut i uolucrum genere columbi gruues: olores & in genere piſcium thũni & limoſæ & hamiæ:alia ſolitaria ut qbus ungues aduncí

Animalium alia uitam ancipitem degunt ut modo ſocietate modo ſolitudine gaudeant alia uero non.

Hominis naturam ancipientem ſocietatis ac ſolitudinis eſſe:apertum eſt.

Animalium alia ciuilia quæ labori communicant:quorum idem opus cõmuni efficitur opera:alia in ciuilia.

Ciuilis generis eſt homo apis ueſpa formica grus quarum aliæ ſub duce degunt ut grues & apes:aliæ nullo ſubdite imperio ſunt ut formicæ.

Animantes quidã liberales fortes & nobiles ſunt ut leones:alii generoſi ſi feroces inſidioſi ut lupi.

Diffi. Nobile eſt id quod ex bono prodiit genere generoſum autem qđ non a ſua natura degenerauit.

Verecundæ ſunt cattæ & anſeres.

Homo unus ex numero animalium omnium uim optinet cogitandi :& cum memoriæ atq; disciplinæ complures animantes eẽ participes. possint nulla tamen præter hominem potest reminisci :sed de moribus uitaq; generis cuiusq; diligentius potest.

Animalia quæ uesicam habẽt aluum etiam eadem optinent quæ uero aluum habent non omnia uesicam possident.

Humidi excrementi receptaculum uesicam :sicci uero aluũ nominamus:

Animalia quæ animal gignere possunt :aut in se ipsa semen prolificum mittunt ut fœmina aut in alterum ut mas.

Omnibus animalibus sensus solis tactus est communis.

Cap. iiii. Humorem unumquodq; genus animalium continet quo si aut per uim aut per naturam ipsam priuetur in pernitiem agatur necesse est.

In parte similari sensum tactus contineri certum est:sicut econtrario potentias agendi partibus dissimilaribus tributas esse apertum est.

Animalium alia habent sanguinem ut homo & quæ aut perfecta pedibus carent aut binis quaternis uepedibus carent :alia exanguia ut omnia quæ pedibus plusquam quaternis innituntur.

Capitulo quinto. Animalium alia gignuntur animal perfectum :alia ouum alia uermen

Diffi. Ouum est id cuius ex parte principio animal consistit:reliquum uero est alimento ei quod gignitur.

Diffi. Vermis id ẽ ex quo toto totum animalp sbiecti fœtus formationẽ incrementumq; gignitur.

Animalia quæ uel pennis uel membranis uolant omnia bipeda aut apeda :angues enim circa æthiopiam tales uolare narrantur.

Capitulo sexto. Cum cæteræ serpentes oua pariant sola uipera animal gignit.

Homo animalium maxime omnium notum nobis necessario est.

Cap.vii. Summæ partes in quas primas totum diuiditur corpus hominis sunt caput collum thorax brachium duplex & crus duplex.

Diffi. Thorax est quæ a collo ad pudenda usq; trunca pertendit

Diffinitio. Capitis pars quæ capillis intecta est calua appellatur.

Diffinitio. Pars prior caluæ sinciput nouissime consistere solita est omnium enim ossium corporis ultimum id concrescit & induratur.

Diffi. Pars posterior caluæ occiput est media uero inter occiput & sinciput uertex est.

Cerebrum sincipiti subditũ est occiput innanem est:

Calua mulieris unam habet suturam:quæ autem uiri tres:licet uisum sine ulla sutura caput uiri sit.

Ca.viii.Diffi. Facies est quæ calue subiecta est: & eam dumtaxat in homine nominamus.

Diffi.Frons est pars faciei quæ sub sincipite posita inter ipsum & oculos ē Quibus frons est magna segnes :quibus parua mobiles quibus lata mente moueri idonei :quibus rotunda iracundi sunt.

Cap.viiii Supercilia si i rectum porrigātur mollem subeē animum significant :si iuxta nasum inflexa sunt austerum & acerbum :si iuxta tempora inflectuntur derisorem ac dissimulatorē si uero in totum dimissa notam inuidiæ habent.

Diffi.Pilos qui extremo palpebrarum ambitui adherēt ciliū nominamus

Diffi Humor oculi interius quo uidemus pupilla est:& quod eam ambit nigrum dicitur & quod nigrum circundat candidum siue albugo.

Anguli oculorum si iusto sunt longiores notam morum maleficorum præbent :si carnosi more pectunculorum sunt qui naribus iunguntur malitiam præferunt.

Perfecta animalia & quæ generant animal omnia habent oculos præter talpam :uerum si quis prætentam membranam detrahit locus oculoꝝ apparet:& pars nigra eorundem.

Cap.x. Solus potissimum animalium homo numerosa oculorum uerita te notatur cū cæteris i suo singularis genere color sit idē exceptis eqs

Oculi qui conditi sunt clarissime cernere possunt :modicus tamen situs nota morum est optimorum.

Oculi quibus nigrum caprinum est :autem intenti constant aut modice nutant & mediocriter conniuant :notam moram laudabilium habent

Oculi qui conditi sunt clarissime in genere quoq; brutorum animalium cernere possunt .

Cap.xii Oculi in cerebrum finiunt &utērq; positus supet quadā uenula ē

Aures homini tantum immobiles sunt :cætera suas auriculas oīa mouēt

Notam optimorum morum habent aures mediocres .

Aures magnæ arrectæq; ultra modum stultitiæ indices sūt &loquacitatis

Diffi Sternutamentum naso agitur :& flatus uniuersi eruptio est:signūq; augurale est.& unum ex spirituū omnium generibus factum & sacrum

Mobiles nares natura esse uoluit .

Elephantis prolixa ualidaq; naris augetur :eiusq; usus idem qui manus: ea namq; cibos tam siccos quam humidos colligunt capiunt & in os admouent soli.

Mouent animalia omnia maxillam inferiorem crocodillo fluuiali excepto is enim unus superiorem mouet .

Cap.xi. In maribus etiam lac fieri potest :uerum caro his spissa est mulieribus autem fungosa.

Cap.xiii. Venter infra pectus est parte priore eiusq; radix umbilicus est.

Diffi. Totum quod ex cute glandeq; conſtat præputium eſt.
Quæ tegit glandem cutis ulnere obducto cohaleſcere neqt ſicut nec palpebræ præciſe reduci ad unitatem queunt.
Cap.xv. Habet homo partes ſuas ita diſpoſitas :ut in eo & ſuperius ſit & inferius:& prius & poſterius:& dextrum & ſiniſtrum.
Siniſtra omnia ſunt imbecilliora.
Quibus pedes exigui iis manus quoq; paruæ habentur.
Diffi. Pars interior manus uola dicitur carnoſa eſt:& inciſſuris uitæ indiſcibus diſtincta.
Quibus pars interior plantæ non plana ſed ita pheniuſcula eſt: ut ſolū toto attingat ueſtigio ii uerſuti & fraudulenti ſunt.
Partes hominis tam ſuperiores quam inferiores ad ſitum orbis uniuerſi: ſuperiorem inferiorēq; diſpoſitæ ſūt itidemq; priores & poſteriores & dextræ & ſiniſtræ.
Caput cæteris animalibus ſuperiorem optinet ſitum ratione ſui corporis at homo quoniam ad uniuerſi orbis habitum inſtitutus eſt.iccirco partem etiam iſtam habet reſpondentem parti ſublimi uniuerſi
Tactus e ſenſibus homini exquiſitiſſimus eſt:deinde guſtus :reliquis ſuperatur a multis.
Cap.xvi Hō plurimū cerebri ꝓportiōe magnitudinis ac hūidiſſimū habet
Cerebrū oībus priuatum ſanguine eſt :nec uenā intra ſe ullam continet: & ad tactum frigidum per naturam eſt.
Arteria ita ſe habet ut accipiendi reddendiq; tantum modo ſpūs offō fungatur:nihil enī aliud uel ſiccū uel hūidū pati ipa uī:ſed ubi i eā tale q; deerrauerit :tam diu torquætur dum excutiat quod delapſum eſt.
Ventriculus humanus canino ſimilis eſt quippe qui non multo amplior ſit quam inteſtinū ſed iteſtino ſimilis āpliori:aluus aut ſuillæ ſimilis ē
Cap.xvii. Cor ſitum cæteris animalibus in medio pectore eſt:ā quibus pectus eſt :homini tantum ad partem ſiniſtram potius uergit.
Sanguinis plurimum pulmo ex cæteris continet membris.
Cor ſolū ex reliquis uiſceribus ſanguinē intra ſe continet :cū pulmo nō intra ſe ſed in uenis contineat ſanguinem.
Sunt hominis uenæ craſſæ proportione humani corporis.
Cap.xviii. Iecur ſupra ſeptū poſitum a dextro latere eſt.lien a læuo æquæ in omnibus quæ membra:iſta diſpoſita habent per naturā non ꝓdigioſe:iam enim legitimum illum locū in non nullis quadrupedū lienem cum iecinore permutaſſe uiſum eſt.
Eſt hominis lien ſuillo ſimilis ſpecie anguſta & lunga.
Rotundum iecur hominis eſt ac ſimile bubulo.
In parte quadā agri chalcidici euboiæ fel nullū pecoriē at i naxo oībus ferme quadrupedibua tā grāde ē :ut q ſacra faciūt aduenæ ſtupeſcāt rē.

Ren.dexter in omnibus animalibus quibus sunt renes superiorem obti-
net locum :minusq; pingui obducitur & siccior est.
Vesica hominis proportione amplioꝝ quam cæterorum :

Propositiones ex secundo libro de historiis animalium:

Ex capitulo primo.

Eoni ceruix osse uno rigida constant nec uertebris ullis iungi-
1 tur :interiora autem omnia canibus similia continentur.
Solus animalium omnium homo dexter utraq; nascitur.
Nullum animal præter hominem mammas parte gerit priore.
Flectunt animalia crura priora :contra atq; posteriora:&econtrario quam homo membra inflectũt excepto elephanto:flectit enim suos posterio res poplites mouetur hominis
Homo brachia retrorsum flectit crura uero ante.
Aues suos inflexus similes quadrupedibus agunt orura enim quæ bina habent in posteriore curuãt:alas uero quæ uice brachioꝝ aut cruꝝ prio rum obtinent in priora :
Vitulus marinus tanquam læsa imperfectaq; quadrupes ẽ:quippe qui cõ tinuo a scapulis pedes habeat manibus similes modo ursæ.
Initiũ incedendi omnibus animalibus est a dextris partibus.
Homo exiguis paucissimisq; integitur pilis :nisi in capite qua quidẽ par te hirtissimus omnium ipse est.
Oium quadrupedũ crura osse neruoq; habundant carne deficiunt : at hõ nullã fere sui corporis partẽ tã carnosam hebet q̃ nates fœmora tibias.
In terra illyrioꝝ & in pæonia & non nullis aliis locis sues non sisso pede sed solipedes ginuntur :
Quod idem solipedes & bicorne sit nullum animal est.
Idem animal solipes & unicorne est:ut asinus indicus :
Ceruo ex cornigeris soli cornua tota solida sunt cæteris caua.
Soli ceruo cornua omnibus ãnis decidiua sunt cæteris perpetua sunt.
Hõ priusq̃ adultior sit partẽ superiorẽ corporis habet maiorẽ quã inferio rẽ:& quo per ætatem amplius augetur: eo econtra euenit ut inferiora sint superioribus longiora.
Habent dentes omnia quæ quadrupeda uiuipara sunt.
Animalia quæ cornua gerunt non dentata sunt utrinq;.
Apud modos (si ctheſiæ credẽdũ ẽ)bellua gignitur(ut ille scribit)cui no men manthicoræ:detes eius triplici :utrinq; ordine:magnitudo hirti-tudo & pedes leonis:facies & aures hoĩs:oculi cæsii color rubricæ:cau da scorpionis modo terrestris aculeo armata spiculaq; agnata iaculãs uox fistulæ tubæ ue similis:cursus nõ minoris ꝓnicitatis q̃ ceruis:feri tas tãta ut nunquã possit mitescere:appetitus ꝑcipue carnis humanæ.

Mutantur priores dentes hoi & qbuſdã aĩalibũs ut equo mulo & aſino.
Maxillares dentes nullum animal mutat.
Sus nullum omnino dentem amitit.
Ca.ii. Iuuenibꝫ cãibꝫ dẽtes cãdidi & acuti ſũt: ætate puectis nigri obtuſiq;
Cap.iii. Cũ cæteris aĩalibus ſenectute dentes nigreſcant: equo candidiores redduntur
Maribus dẽtes plures ſũt q̃ fœmĩs: ut ĩ genere hoĩum: ouiũ: ſnũ capraꝝ ꝑ
Quibus plures dẽtes ſũt hæc utuatiora magna ex ꝑte ſũt qbus pautiores & rariores hæc magna ex parte uitæ ſunt breuioris.
Cap.iiii. Homini nouiſſimi maxilares circiter uigeſimum annum gignũtur & uiris & mulieribus.
Quibuſdã mulieribus ãno octageſimo maxilares illi nouiſſimi non ſine dolore exierũt: uiris quoq; idẽ eueniſſe accepimus & accidit iis quibus in iuuentute ipſi gemini nati non fuerunt.
Cap.v. Elephantes fœminæ minores dentes: & ecõtra quã mares habent uergunt enim deorſum.
Statim cum natus eſt elephantus dentes habet.
Elephas linguam per quã exiguam habet atq; interius poſita quam in cæteris ſit ita ut uix eam uidere poſſis.
Cap.viii. Cæbus ſimia gerens caudam eſt.
Caniceps qui græce cynocephalos dicitur eadẽ forma qua ſimia ẽ ſed maior ualidiorq; ẽ & faciei caninæ & dẽte robuſtiore caninoq; ꝓpiore.
Simiæ cõueniũt cũ hoĩe plurimũ ſua facie qppe quæ nares aures dẽtes tã primores quã maxilares hoĩes more habeãt: & ciliũ ẽt: cũ cætere q̃dru pedes non in utraq; palpebra habeant: ſimiæ habent:
Pedũ ſimiaꝝ officiũ duplex eſt: his enĩ & ut pedibus & ut manĩbus utũtur
Cap.xi. Chamaleo figura totius corꝑis lacertã imitatur: iꝑi uidẽdi ſedes nũq̃ cute opitur nec pupillæ motu: ſed totius oculi uerſatione ĩ orbem mutationẽq; quoquo uerſus aſpicit: qua uelit mutat ſuũ colorẽ ĩflatus ueꝝ & niger nõ lõge diſſimilis crocodillo ẽ. mutatnr colot toto in corpore: nã & oculi cõcoleres reliquo corpori reddũtur: & cauda eũdẽ colorẽ accipit. carnẽ nuſq̃ niſi incapite & maxillis & extrẽo caudæ ad modũ exiguã poſſidet: nec albi ſanguinem quã in corde & oculis: & loco a corde ſuperiore & uenulis hinc tendentibus habet.
Ca.xii. Nõ nulla auiũ gña lr̃as ꝓferre q̃ũt uꝫ ea ꝑcipue qbꝫ ligua latior eſt
Cap.xiii. Mẽma iis tãtũ aĩalibus data ẽ q̃ptinus ĩtra ſe aĩal formãt: nec primũ ouũ deinde aĩal: unde fit ut delphinus mãmas habeat: aĩal.n. illico cõcipit & format.
Præter brãchiaꝝ diſcrimẽ piſces a cæteris aĩalibus differũt: eo qd' nõ pilis ut terreſtria q̃ aĩal generant: nõ cortice: nõ pena: ſed plurimi ſquami moſi pauci cartilagine aſpera: pauciſſimi læui ſunt.

Eſt omnis piſcium genus ſãgauinis particeps:
Pariunt oua piſces oẽs qui ſquamma contegũtur: aĩal uero oẽs qui gene re cartilagineo continentur excepta rana.
Cap.xiii. Caret pedibus genus omne ſerpentum ut piſces
Cap.xv. Animalia oĩa quæ aerem accipiunt & reddũt habent pulmonem arteriam gulam & fitum gulæ & arteriæ.
Cor omnibus animalibus eſt quibus eſt ſanguis: ueꝝ in minutis præ ſua tenuitate non æque ſpectari poteſt.
Piſces & omnino quæ branchias habent carent pulmone.
Iecur ineſt omnibus in quibus eſt ſanguis.
Vermes continent cerui oẽs ſuo in capite uiuos qui naſci ſolent ſub ligula in cõcauo circiter uertebrã qua ceruici innectitur caput magnitudine haud minotiores his uermibus quos maximos carnes putres ediderit.
Ceruus & dãma fælle uacãt quanquam cerui iteſtinũ adeo amaꝝ ẽ ut ne a canibus quidem attingatur niſi ceruus præ pinguis ſit:
Nonnullis ceruis achainis nomine fæl contineri in cauda creditur.
Delphinus inter piſces ſolus fælle priuatus eſt
Cap.xvii Quadrupedes cornugere altera maxilla dentate quaternos uentris habent ſinus quæ quidem & ruminare dicuntur ſed omnia dentata maxilla utraq; uentres ſingulos habent.

Propoſitiones ex tertio libro de hiſtoriis animalium Ariſtotelis.

Ex capitulo primo.

Mnibus animalibus quæ oua ædunt ſiue bipeda ſiue quadruda ſint teſtes lumbis inexi infra ſeptũ continentur uel cãdidiores uel pallidiores.
Taurum aliquando exciſum teſtibus initu protinus acto progeneraſſe traditum eſt:
Vipera aĩal ædit poſtquã intra ſe oua peperit: cũ cætera ſerpentum genera oua ædant in lucem.
Cap.iii. Venæ ex corde originem ducunt.
Co.v. Origo neruoꝝ in corde eſt.
Cap.vi. Oſſa oĩa ſiue foriſ uiciſſim tãgũtur ſiue alteꝝ iferitur alteri neruis ligãtur capite excepto: id .n. nõ neruis ſed futuris ipſoꝝ offiũ cõtinetur
Natura nerui fiſſilis in lõgitudinem tendit: & ſcindi p latitudinẽ nõ põt.
Neruus ignem non patitur cũ uena patiatur: & iciſus ſolidari non poteſt.
Pars corporis nulla ſtupore temptatur quæ neruis caret.
Neruis pluribus pedes manus & ſcapulæ continentur atq; etiam ceruices & lacerti.

Oſſa oĩa inter ſe apta una continuant ſeriem mouetur uenarum nec eſt ul lum os quod ſeorſum ipſum per ſe maneat.
Maxillis genus dentium inhæret :os partim cauũ partim ſolidũ & adeo firmum ut ſolum inter oſſa ferri aciem reſpuat.
Nullum animal eſt quod circa uentrem os habeat.
Leo ſuis in oſſibus nullam oio habere medullã uidetur:quia admodũ exi guã ac tenuẽ habet & in paucis oſſibus ſolis .n.ĩferioribus atq; brachiis
Cõſtat leo præcipue oium aĩaliũ oſſibus ſolidis :ſunt enim adeo dura ut ex eis concuſſis ignis uelut a ſilice elidatur.
Delphinus oſſa haben non ſpinas.
Cap.viii. Quẽadmodũ os præciſũ nunquã recreſſit :ita & cartilago rupta nunquã reparatur nec ullo foramine hiſcit.
Greſſilium quæ animal gignũ auriculæ nares extremaq; oſſium non nul la cartilagine conſtat.
Cap.viiii. Colores cornuũ unguium:ungularum cutis pilorumq; colorẽ ſequuntur.
Dentes oſſium naturã emulantur :quamobrem ethiopũ dentes & oſſa cã dent:ſed ungues nigri.
Ceruis tantummodo cornua tota ſolida:& ſparſa in ramos : & omnibus annis decidiua ſunt niſi caſtrentur.
Adherent cornua cuti potius quam oſſi:unde fit ut imphrygia albi boues ſint qui cornua perinde ut auriculas moueant.
Cap.x. Pilos habẽt animalia quæ pedeſtria & uiuipara ſunt.
Cortice integũtur quæ ouipara ſunt pedeſtria.
Animalia quæ molles ſuapte natura pilos habere ſolẽt:hæc per uiſum pa buli melioris duriores incipiunt gerere cõtra autem molliores paucio reſq; ea quæ duros copioſoſq; habuerint.
Pili hominum locis calidis duri :frigidis molles oriuntur.
Pili ſunt molles qui promiſſi & ſimplices ſunt :duri qui criſpi.
Ca.xi. Cutis homini proportione magnitudinis tenuiſſima eſt
Cutum ſenſum carere conſtat.
Vbicunq; cutis per ſe & ſine carne eſt uulnerata non coit :ut i gena bucca præpu io palpebra
Mutatur color pilorũ in ſenectute candidiq; efficiuntur quod uel cæteris quidem animalibus accidit ſed non ſatis aperte,præterquam equo & cã deſcunt pili a parte ſui poſtrema.
Plurimus canorum numerus candicans :ilico exſtitit :qua ex re patet cani tiem non arriditate committi:(ut quidam uolũt)nihil enim ilico arri dũ gigni ſolet:ſed cutis uitio qd' utilaginem appellamus pilos omnes produci canos apertũ eſt.
Non nullis pili dum ægrotarent in canuerũt :quibus in bonam ualitudi

nem reſtitutis nigri renati ſunt cānis defluxis.
Caneſcere pilos otius opertos:quam diffiatoſq; aduertimus
Tp̄a hoīum & partes primores quā poſteriores celerius canitiem ſētiūt.
Pubes nouiſſime caneſcit.
Pili in hoīe ſolo partim ſimul:partim poſtea per ætates gignuntur.
Congeniti ſunt pili capitis & ſupercilioꝝ & palpebraꝝ:poſt geniti pubis primum mox alarum poſtremo menti.
Parte poſteriore capitis caluus nemo efficitur.
Capitis læuitatē calitium nūcupamus:ſupcilioꝝ uero leuitatē falitiū appellamus neutrumq; eoꝝ prius quam cæptus coitus uenereus ſit accidere nouimus.
Caluitio eſſe immunes mulieres & pueros & ſpadones apertum eſt.
Pili poſtgeniti iis qui ante pubertatem caſtrati ſunt non exeūt:& poſt pubertatem exciſis ſoli decidūt præterquam pubis.
Pili in mento mulieris non prodeūt:niſi iterdū pauci:cū mēſtrui curſus ſubſtiteruut:reliqui poſtgeniti mulieribus proueniunt.
Rarius fieri poteſt ut homo tum mas tum fœmina:pilis poſtgenitis careat iam inde ab ortu naturæ uitio contracto & niſi ut pebeſcant contingat ſteriles in gignando ſunt
Nonnullis ſupercilia per ſenectutē adeo hirſuta reddūtur:ut tondendū: ſit qđ propterea euenit q̄a cohæſiōi appoſita ſunt oſſium quæ ſeneſcēte ætate laxantur & inde plus humoris tranſire patiuntur.
Pili palpebrarum nunquam plurius iuſto excreſcunt:defluntq; rebus uenereis inceptis eoq; magis quo uiſus ueneris fuerit ampliot.
Pili euulſi ſubnaſci denuo poſſunt:dum citra ætatis florem degitur:nec.
Quibus animalibus uerſicolores ſunt pili eiſdem etiam in cute uarius ille color habetur.
Calueſcere minus ſolent qui mento ſunt bipartito:
Creſcunt pili quibuſdam in morbis:ut in tabificis:& etiā in ſenectute & defuncto augeſcunt:durioreſq; redduntur idem unguibus euenit
Libidinoſis pili congeniti maturius defluunt:poſtgeniti maturius ſeſe promunt.

Cap.xii. Sunt aquæ multis in locis quas cum oues biberint moxq; inierit nigros generant agnoſ:ut in terra effertide agri chalcidici thraciæ facit annis quem phycrum uocant.
Lepori ſoli pili & in bucca intus:& ſub pedibus ſunt.
Aculeo ab apibus ſubtracto nullis ſubnaſcitur aliuſ immo breui morian tur neceſſe eſt.

Cap.xv. Quod admodū raro contingit parum id obſeruandum cenſeo.
Deſūctiſ nihil:humoriſ in ueſicam tranſmittitur:at uiuiſ non ſolum humor:ſed etiam ſicca quædam concrementa deſcendunt ex quibuſ cal

culi conficiantur.

Cap.xvi. Quibus multum eſt carnis iis uenæ ártiores & ſanguis rubentior & uenter ac uiſcera parua: quibus parum iis uenæ ampliores: ſanguis atrior: uiſcera maiora & uenter auctior.

Pingueſcunt intra carnem quibus paruus eſt uenter.

Cap.xviii. Omnia ætate prouecta potius quam nouella pingueſcunt: ſed præcipue cum iam ſuæ longitudinis ac latitudinis modum adepta augeri in profundum incipiunt.

Cap.xviiii. Sanguis uenas uaſa ſibi habet: nec in ullo alio niſi incorde p̃ ter uenas continetur.

Tactum in nullo genere ſentit ſanguis: ſicut nec excrementa in aluo contenta: & cerebrum & medulla.

Si ſanguis integer eſt & non natura uel morbo uitiatus rubet & dulcis ſaporis eſt.

Quod natura uel arte bono habitu ſunt: iis nec multũ ſanguis ẽ nec pa⁊

Quanto aliquo plus pinguedinis habent eo minus poſſident ſanguinis.

Homini ſanguis tenuiſſimus ac mundiſſimus eſt: tauro & aſino inter ea quæ animal generant craſſiſſimus & nigerrimus parte etiam inferiore craſſior & acrior eſt quam ſuperiore.

Si ſanguis immodice humeſcit morbus fit ſic enim in ſpeciem ſaniei diluitur & adeo fereſcit ut nonnulli ſudore cruento exundauerint.

Dorminentibus ſanguis copia ptes exteriores deſerit ſubitq; interiores

Fœminis ſanguis nigrior & craſſior quam maribus eſt: & minus ſanguinis per ſumma corporis fœminarum eſt plus in parte interiore continetur.

Omnium fœminarum maxime mulier ſanguine habundat: & mẽſtrua plurima in mulieribus fieri ſolent: quod genus ſanguinis uitiatum egrotanſq; fluit immodicæ.

Cæteris morbis ſanguinis minus mulieris infeſtantur quam uitri paucis enim mulieribus fiunt mariſcæ aut uarices aut e naribus profuſio ſanguinis: & ſi quod eorum acciderit detrimentum in menſtrua decúbũt

Cap.xx Saguis in uenis medulla in oſſibus: alia humida in membranis aut cutibus aut in uentribus continentur.

Nouellis adhuc animalibus medulla cruenta admodum eſt.

In ſuillis oſſibus minus medullæ eſt: & nonnullis omnino deeſt.

Eorum quæ utrinq; dentata ſunt: lac coire non poteſt: tenue enĩ dulceq; eſt & non pinguæ.

Tenuiſſimum eſt lac cameli mox equæ tum aſinæ: craſſiſſimum bubalum eſt.

Nulli fere animalium lac fieri ſolet antequam uterum ferat: nũdã ferunt utile omne eſt ſed primum nouiſſimumq; inutile:

Non prægnantibus aliquando ſed raro aliquibus æduliis efficitur ut lactescant. & quibuſdam mulieribus natu maioribus ſuctu frequentiore lac prodiit & copia tanta ut infantem enutrire potuerint.

Vbera caprarum quæ coitum non patiuntur paſtores mõtis ætæ urtica perfricant uæhementer ut doloré infligant: itaq; primum cruentẽ humorẽ eliciunt: mox purulentum: poſtremo lac non minus quam ex iis quæ uenerem patiuntur.

Fieri poteſt ut aliquibus maribus beſtiis lac gignatur: nam in lenno inſula caper ex mammis quas geminas iuxta genitale gerit: tantum lactis emungebatur: ut coloſtra inde conficerent: quod idem & proli maſculæ capri illius euenisſe accepimus.

Viris poſt pubem exiguum lac non nullis exprimitur uerumtamen per ſuctum frequentiorem multum prodiſſe aliquibus traditum eſt.

Cum ex amphora lactis caprini formagines uiginti conficiuntur: bubalum eadem menſura .xxx. facit ut paſtores conſirmant.

Cogitur lac ſucco ficulno & coagulo.

Succus lana exceptus puſillo lacte abluitur quod iniectum lactis copiam denſat & coloſtrat.

Cap.xxi. Quod uetuſtius coagulum eſt: eo præſtantius: tale profluuio uẽtris mederi præcipuæ poteſt: atq; ẽt quod leporis eſt. ſed laudatiſſimum hinuli.

Mulierum lac commodius lactẽtibus eſt quod liuoré trahit: quam quod candidum eſt & fuſcæ ſalubrius habent quam caudidæ.

Eſt ad alendum lac ualidius in quo plus caſei eſt: ſed infantibus ſalubrius quod minus caſei contrahit.

Cap.xxi. Plurimum ſemitus proportione corporis homo emittit.

Propoſitiones ex quarto libro de hiſtoriis animalium Ariſtotelis.

Ex capitulo primo.

Vnt genera animalium quæ ſanguinem carẽt quattuor primũ quæ mollia appellamus foris carne molli obducta: & ſolidum intus quale ſæpia eſt: ſecũdum quæ cruſtis tenuibus operiũtur & partem ſolidam foris: mollem carnoſamq; intus continent quale cancrorum: tertium quæ ſilicea teſta muniuntur quale cancrorũ & oſtrearum eſt: quartum inſecta omnia quale apes & ueſpæ.

Cap.vii. Inſecta omnia quibus non in aluo aculeus eſt lingam uelut arma gerunt ut muſcæ & culices.

Cap.viii. Sunt ſenſus ſuprà quos nullum alium generis ſui ad eſſe noui
mus numeros quinq; :uiſus auditus olfatus guſtus tactus.
Quæcunq; ſanguinem habent & animal pariunt hos omnes ſenſus habe
re uidemus niſi quid læſum laceſſitumq; ſit quale genus talparum cui
uiſus deeſt.
Senſum tactus omnia habent animalium genera.
Audire atq; olfacere piſces palam eſt habere.
Sanguinem ſuum ſagaciter piſces odorari dicuntur :unde quotiens ſan-
guis effuſus piſcium eſt fugiunt & loca petunt longinqua.
Viſu & olfatu & guſtu inſecta animalia tam pennata quam non pennata
procul ſentiunt.
Apes ad nullam tem putridam ſolent ad uolare ſed dultia petunt.
Quæ ſiliceo tegmine operiuntur olfatum guſtumq; habere conſtat :de ui
ſu & auditu nihil certi habemus.
Cap.viiii. Differt uox a ſono & loquutione
Gutture ſolo uox agitur quo circa quibus pulmo deeſt iis nulla uocis e-
mittende facultas eſt.
Diffi. Locutio eſt uocis per linguam explanatio
Vocales litteræ a uoce & gutture:conſonantes lingua & labris proferun-
tur :qnibus litteris omnis locutio conficitur.
Sonus elidi ab aliis partibus corporibus poteſt.
Inſecta animalibus neq; uocis neq; locutionis ulla facultas eſt: ſonuſq; iis
attrito ſpiritu interiore:mouetur non exteriore
Nullum molle animal nullum cruſtatum uel uocem uel ſonum aliquem
mittit naturalem.
Piſces uocis ex partes ſunt:cum neq; pulmonem neq; arteriam aut guttur
optineant ſed ſonos quoſdam ſtridoreſq; mouent aut attritu branchia
rum quas aliquis horridiuſculas optinent :aut ſpiritu in interioribus:
incluſo :que & dum atterunt atq; agitat ſonos illos elidunt.
Delphinus ſtrider ac murit efferens ſe in aerem :hic enim pulmonem &
arteriam habet proinde non nihil uocis poteſt promere :lingua tamẽ
libera abſolutaq; caret & laboris quibus uocis poſſit aliquem articu-
lum formare.
Sunt ſingulis animalium uoces proprie ad.nitum & uenereũ coitum.
Auibus præcipue facultas conficiende locutionis data eſt :quibus lingua
mediocriter lata uel tenuius.
Garulæ linguatioreſq; ſunt auium minores & circa coitum maxime talẽ
effici unamquanq; auem moris eſt
Aliis in pugna uox eſt ut coturnicibus :aliis ante pugnam ut perdicibus
dum ſuos aduerſarios prouocant :aliis cum uicere:ut gallinaceis
Canunt non nulli mares perinde ut ſuæ fœmine:ut luſiniarum genus:fœ

mina tamen ceſſat cum incubat pulloſq; educat:
In non nullis generibus maribus cauſatus tantum datus eſt ut gallinaceis & coturnicibus.
Proprium eſt hominis loqui.
Quibus eſt locutio:iis etiam eſt uox & non econtra
Quod ſurdi iam inde ab ortu naturæ ſunt:iidem etiam muti ſunt.
Auicularum non nullæ haud uocem eandem mittunt quam ſui parentes ſi præreptæ paterna caruerint educatione &cantibus cæterarum auim inſueuerunt.

Cap.x. Sommiare non ſolum homines ſed genus omne quadrupedum palam eſt:& declarant id canes ſuo latratu quem per quietem agunt: quanquam de his quæ oua pariunt incertum eſt:ſed dormire ea certum eſt.
Piſces omnes & mollia & cruſtis operta omnia & inſecta dormiunt.
Homo maxime animalium ſomniat.
Editis nuper in lucem infantibus adhuc nullum penitus contrahitur ſomnium:ſed plurimis anno circiter quarto & quinto uiſa incipiũt.
Produntur uiri & mulieres qui nunquam quicquam ſomniauerunt:quorum nonnullis in proceſſu ætatis accidit ut uiſo ſomnio mutarentur habitu ſui corporis uel in mortem uel in morbum.

Cap.xi. Sextus maſculinus fœminineſq; nõ in oĩbus aiatibus eſt:ut i his qui uitam ſtabilem ducunt aut teſta teguntur:ſed in mollibus & cruſta opertis & in pedeſtribus mas habetur & fœmina.
Maxima ex parte maiores longioriſq; uitæ ſunt mares quã fœminæ præter quam in genere mulorum.
Fœminas piſcium maribus eſſe longioris uitæ conſtat.
Partes ſuperiores prioreſq; in quocunq; genere animalium maribus ſunt potiores ualidiores & aptiores:quæ autem dici poſſunt iferiores poſterioreſq; eas fœminæ habent robuſtiores.
Omnino fœmina eneruior autq; infirmior eſt mare & pilum habet tenuiorem quam mas.
Caro humidior eſt fœminæ quam maris:& genua planiora & crura tenuiora ſed pedes elegantiores.
Vox eſt fœminis omnibus tenuior & acutior boue excepta.

Propoſitiones ex quinto libro de hiſtoriis animalium Ariſtotelis.

Ex capitulo primo:

Oitu pediculoꝝ lendes procreantur:muſcáꝝ uermiculi.
c Pulicũ coitu genus uermiculorum oui ſpeciem referens gigni

tur :ex quibus nec ea quæ generarint proueniunt nec aliud ullum aial

Cap.ii. Leporum fœmina marem sepæ numero prior superuenit:cætero rum uero magna ex parte modus coeundi idem est.

Ceruæ mares suos non patiuntur nisi raro :nec uaccæ tauros :propter ri/ gorem genitalē,.

Fœminæ felicū natura libidinosæ sunt:& mares ad coitum ipse frequen/ ter aliciant innitant cogunt:puniunt etiam nisi pareant.

Cameli sedente fœmina coeunt :& coitum toto die exercent:petunt re/ cessuum solitudines cum libet coire :nec aquis potest eo tuto accedere præter quam pastor.

Genitale camelis neruo ita constat :ut ex eo confici possit quo arcus fidil sime intendatur.

Cap.v. Testes nec pisces habent nec ullum aliud genus qđ pedibus careat

Perdices si aduersæ maribus steterint uentusq; inde affluat ubi mares stāt concipiunt plerumq; etiam uoce marium utero ingrauescunt & libidi/ nē turgent.

Cap.viii. Tempora coitus descripta & ætates certas ad uenerem singulis animalium natura finxit & statuit.

Stimulantur ad uenerem mas hominum magis tempore hyberno :fœ/ mina æstiuo.

Genus auium parte plurima uere ac ieunte æstate coit & parit :excepta al cyone quæ circa brumam parerere solita est quamobrem quotiēs bru ma serena existit dies alcioneæ appellatur.

Cap.xi. Stirpium & piscium &quadrupedum animātium generi plurimū interest non solum ad cæteram corporis fœlicitatem:sed etiam ad coi tum partumq; ampliorem.

Cap.xii. Sæpia parit oībus āni temporibus perseueratq; in ædendo ouoꝝ numero dies quīdecim quotiēs aūt ediderit mas uestigio sequēs atra mētū ouis superinfundit:atq; ita efficitur ut solidescant.

Cap.xiii. Pariunt colūbæ omnibus anni temporibus si locum apricum ha beant & cibum pulloq; educant sin minus æstatæ tantūmō fætant.

Proles colúbarum præstantior uere quam autūno est :deterima æstatæ & omnino tempore calidiore.

Cap.xiiii. In omnibus animalium generibus prima emissio seminis aut infœcunda est:ant si fœcunda sit imbecilliora tamē generat &pautiora

Etas accomodata ad coitum generi hoium inotescit uocis mutatione & mammarum sed præcipue ortu piloꝝ pubis.

Semen ferre incipit homo circiter annos bis septē:sed uim genitalem re/ cipit circa annos ter septem.

Oues & capræ anniculæ coeunt atq; utero ferunt sed proles præstantior est quam senescentes mares & fœminæ procrearint.

Sues tum mares tum fœmine coire incipiũt mẽſe ſuæ ætatis octauo quã-
quam mas antequam ſit anniculus prolem generet uitioſam.
Apri menſe dicimo in ire incipiunt:& ualent in coitu ad trie.nium:
Canes tam mares quam fœminæ anniculi magna ex parte coeunt:&non
nunq̃ menſe .viii.gerit q̃ fœmina uterum ad ſummam die ̃.lxiii.nec
minus quam.lx.diebus.
Cum pepererit canis rurſum.vi.menſe nec prius coitu impletur.
Eguus inire tam mas quam fœmina incipit biennis:ita ut ualeat procrea
re:ſed proles minor & inbecilliot eſt:coeunt uero ut plurimũ in trima
tu & proficunt ſubinde in generando ut proles præſtantior procreetur
ad uſq; annos.xx.
Coeunt equi mares uſq; ad annos tricenos ternos fœminæ uſq; ad.xl.ita
ut per totam fere uitam coitum equis ſeruari eueniat.
Viuunt equi magna ex parte ãnos circiter.v.&.xxx. fœmĩa plus quã .xl.
Quinq; &.lx:annos uixiſſ equum proditum eſt.
Aſinus tam mas quam fœmina menſe.xxx.coit ſed magna ex parte ne
quæunt generare.
Homo mas ad annum uſq; .lxx. uidelicet termino ultimo poteſt genera
re:fœmina uſq; ad.l.ſed id raro:magna uero ex parte manibus.v.&.lx.
annus finis progenerandi eſt:fœminis.v.&.xl.
Arietes primum uetuſtiores fœias ineũt:nouellas.n.minus ꝓſequũtur.
Sus ubi.xv.annum nata eſt non amplius generat ſed efferatur.
Elephantus fœmina incipit coiere anno.xii.cum celerrime aut .xv. cum
lentiſſimæ.
Senectus uim generandi pertendiq; omnibus animalibus tollit.
Quam grauidam redidit elephantus eãdẽ præterea tãgere nũquã patitur
Cap.xviiii. Naſcuntur papiliones ex euricis:erucæ ex uirentibus foliis pri
mũ enim minus quid milio conſiſtit ĩ folio:mox uermiculi inde con
trahuntur cũ interra triduũ enicule formantur.
Vinarii culices ex uermiculis qui fæce uini aceſcente gignuntur origi
nem trahunt:
In his etiam quæ nullam putredinem poſſe recipere exiſtimantur naſci
animalia nouimus ut uermes in niue uetuſtiore qui hirti ſunt pilis &ru
bidi:quoniam & ipſa nix uetuſtate rubeſcit.
In cypro inſula æratiis fornacibus ubi calcides lapis ingeſtus cõpluribus
diebus crematur beſtiolæ in medio igne naſcuntur pennatæ paulo mu
ſcis grandibus maiores quæ per ignem ſaliunt atq; ambulant.
Salamandra per ignem ambulans eum extinguit.
Cap.xxii. Reges ducesq; apum aculeum habent:ſed eo non utuntur.
Non unus in quocunq; examine dux tantummodo eſt ſed plures:peritq;
ipſum examen ſi duces uel non ſatis habeantur:uel non plures quam

satis: quod non tam principis desideria q̃ generationis:(ut aiunt) ad quam illi necessarii sunt accidit.

Constituunt apes fauos e floribus :cæram ex lachryma arborum fingunt : & mella ex rore aeris siderum exortu potissimum.

Mel non ipsas facere apes.sed rorem cadentem deferre argumento est: q̃ uno aut altero die cellas melle repletas inueniunt apiarii .item in autũno mel postea quam de tractum est non reparatur:cum tamen illo etiã tempore flores proueniant.

Apes aggerant suis cruribus cæram:mel ore euomũt in cellas.

Cap.xxvi. Scorpiones terrestres uermiculos ouoq̃ specie pariunt complures & incubant :mox ut prolem perfecerunt pelluntur ab ipsa :sicut & araneis accidit:& interimuntur a suis liberis.

Cap.xxvii. Phalangii aranei rhete crassum cum fecerint pariunt atq̃ incubant:cunq̃ ipsa proles increuerit matrem amplexa consumit & eiicit sæpe etiam patrem si ceperint.

Cap.xxxi. Pulices minima quadam putredine gignuntur: sedemq̃ sui ortus sordes optinent aridas.

Cimices gignuntur ex humore qui per summa corporis animalium consistit pediculi ex carne :quibus futuris emergunt ceu pustulæ quædam siuæ puræ exiguæ:quas si pungas pediculi exeunt. accidit morbus hic nonnullis hominibus præ nimio corporis humore:& quidem aliquos fœditate obiisse proditum est ut alcmanẽ poetam pherecidem syrium.

Pueris pediculi in capite magis fiunt:uiris minus &omnino fœminæ magis quam mares pediculos sentiunt :minusq̃ laborant eorum capita q̃ bus pediculus in capillo est : & ex carne pediculus nascitur.

Cap.xxiiii. Testudo oua durioris testæ & bicolora ædit: quale ouum auium est:eaq̃ defossa: & cooperta terra: &complanata ĩ cubat crebrius repetens :fœtumq̃ sequenti anno excluditur.

Propositiones ex sexto libro de historiis animalium Aristotelis:

Ex capitulo primo.

Pupa sola in genere auium non nidificat: sed stipites arborum subiens parit sine ullo stramento in cauis.

u Cap.ii. Quæ oblunga sunt oua & fastigio cacuminata fœminã ædunt quæ autem rotunda & parte sui acutiore obtusa orbicu/lum habent marem gignunt.

Si incubante gallina tonuit oua pereunt

Facultas columbis retinẽdi oui etiam tempore perturiendi est:nam si ab

aliquo uexentur ouum per triſtitiã retinent.

Cap.iii. Origo pulli in albumine oui eſt:cibus autem per umbilicum ex uitello petitur.

Cap.iiii. Quæ ſpecie columbacea continentur quamuis tria interdum pererint oua: nunquam plus duobus pullis educunt :nonnunquam ét unum tantum reliquum ouum ſemper irritum eſt quod urinũ uocant.

Columbæ cum peperint primum ouũ uno interpoſito die ſcd'm pariunt &incubant ambo uiciſſim:interdiu mas:noctu fœmina:

Capitulo quinto. Quæ carne ueſcuntur non plus quam ſemel in anno pariunt:ſed hirundo ſola bis anno nidificat.

Pullo hirundinis adhuc recentium:ſi quis oculos ſtimulo percuſſerit reſaneſcunt & cernendi uim poſtea plene recipiunt.

Capitulo ſexto. Aquilæ oua pariunt terna: ſed binos excludũt;ut uerſu apud muſæũ cõſtat:excludit binos :ædit terna: educat unum

Coruus pullos nido expellit.

Oẽs fere alites quibus ungues aduncipullos cum primũ prouolãdi facultas fuerit nido expellunt :percutienteſq cogunt diſcedere.

Cap.vii. Nulla auis ſui generis auem ſolet interimere.

Parit cuculus non in nido quem ipſe fecerit :ſed in nidis minorum auiũ & maxime palumbiũ:ac oua quæ aliena repererit edit ſua relinquens & parit ut plurimum ſingula oua.

Cap.viii. Cornicum fœminæ tantum incubant:aſſidueq perſeuerãt &mares his cibum ſuggerunt

Perdices bina ouorum receptacula faciunt &in altero fœmina incubat:in altero mas.

Cap.viiii. Pauo uiuit annis.xxv.parit maxime a trimatu :maſq dum fœmina incubat oua frangit.

Cap.xiii. Spargunt ſua oua omnes piſces &magnam ouorum partem mares deuorant:alia pereunt in humore quibus æditis mas non aſperſerit ſemen genitale.

Cap.xvi: Sola anguilla inter ſanguinea ſine coitu & ſine ouo generatur:

Ca.xviii. Cõmune omnium animalium eſt ut cupidine uoluptateq rei uenereæ maxime geſtiant atq incitentur

Ferociunt fœminæ a partu & mares tempore coitus:

Incenduntur libidine ex fœminis aquæ potiſſimum.mox uaccæ.

Temporis beneficio & corporis ualitudine propenſiora redduntur ad uenerem animalia.

Equæ libido extinguitur magis iuba tõſa & frons triſtior redditur.

Taurus tempore coitus tantum cum fœminis paſcitur: cæteroſq oppugnat mares.

Equa facillime oium quadrupedũ:parit minimũq; emittit profluuium sã guinis:uidelicet pro corporis magnitudine.
Sunt prope oia aialia propensiora ad coitum tempore uerno.
Cap.xviiii. Candidi nigriue efficiuntur ouium fœtus si sub lingua arietis uenæ uigræ aut candide habentur cuius enim coloris sunt uenæ eiusdem & uellus est:
Tanta est uis aquilonis ut oues quæ non nisi fœminas pariunt immutet ad prolis masculæ procreationem quare spectare ad aquilonẽ oportet cum coeunt fœminæ.
Capris nullum ducere pastores constituunt:quia earum natura non stabilis sed lubrica atq; mobilis est:
Cap.xx. Catelli cæci gignuntur nec ante duodecimũ diẽ uisum accipiũt.
Crassius canum quam cæterorum aialium lac ẽ excepto scrofæ & leporis
Crus mares canes tollentes mingunt magna ex parte quidem sexto mense ætatis:sed nonnulli uel serius octauo .s.mense id faciunt:atq; etiam maturius quam sexto quod autem simpliciter dixerim cum coire incipiunt tollunt.
Cap.xxii. Salacissimũ oium tũ fœmiuaꝝ tũ mariũ equus ẽ:hoie excæpto
Minus temporis mares equi uiuunt quam fœminæ propter coitũ: & qui domi aluntur minus quam gregarii.
Equorum fœmina finem sue longitudinis & proceritatis quinquennio: recipit: sed mas sexsenio.
Cũ equa peperit statim secũdas deuorat atq; etiã quod pulli nascentis frõti adheret:hippomanes, dictum magnitudie minus carica parua hoc si quis prærupto odorem moueat equa excitatur furitq; agnito eo odore
Equorum ducem(ut bonum)nullũ constituunt quoniam equorum natura non stabilis sed mobilis procaxq; est.
Cap.xxiii. Non asinum equa ut asina equum recipit:nisi asinus sit qui equam suxerit.
Cap.xxiiii. Mulus cum equa coniũctus innũ procreauit:mula quoq; iam facta grauida est.sed non quo ad perficeret atq; educeret prolem.
Mulæ in terra syria super phœnicem & coeunt & pariunt omnes sed id genus diuersum est quanquam simile.
Si cutis prætenta maxillis detracta mox relaxata ilico in suum redeat locum inditium recentioris quadrupedis est:ueteris contra si diutius rugata maneat cutis.
Cap.xxvii Lac & caro cameli suauissima omnium est.
Cap.xxviii. Sues mares castrati maiores ferocioresq; euadunt
Cap.xxviiii. Cerua marẽ sustinere non potest ob eius contentissimum impetum:uerumtamen etiam aliquando sustinet.

Pingueſcunt cerui in æſtate ſupra modum:quamobrem nec currere qui/
dē poſſunt :hyeme extenuantur debilitanturq; :uere autem uigent ma
xime ad curſum.

Cerui inteſtinū tam tenue imbecilleq; habent ut etiam ſi leuiter percuſſe/
ris poſſit rumpi cute adhuc integra.

Cap.xxx. Vrſa fœtum minimum pro ſui corporis magnitudīe ædit: quip
pe minorem catto parere ſolet:nudum item & cæcum :& cruribus pro/
pemodum membriſq; aliis plurimis in diſcretum.

Cap.xxxi. Parit leena catulos adeo paruos ut uix poſt ſecundum menſem
iucipiant ingredi.

Caret leena iuba ná maris hæc propria eſt.

Cap.xxxiii. Vulpes cæcos parit ut urſa & infirmiores:parturienſq; ita fece
dit ut raro grauida capiatur.

Cap.xxxvii. Murium generatio mirabilis eſt tum numero tum celeritate
iam enim fœmina prægnante in uaſæ miliario aliquādo occupata:pau
lo poſt reſerato uaſe:muſculi numero.xx.& centum reperti ſunt.

Terræ perſicæ parte quadam mure fœmina reſiſſa fœtus fœminini p̄gnā
tes con.periuntur.

**Propoſitiōes ex ſeptimo libro de hiſtoriis aīaliū Ariſtotelis:q̄ i ueteri trāſ
latione ponitur nonus :ſed a theodoro interpræte ponitur ſeptimus.**

Ex capitulo primo.

As hominum primum ſemen genitale magna ex parte incipit
ferre anno peracto bis ſeptimo:ac ſimul etiam pubeſcere inci/
m pit :uoxq; per id tempus mutari in ſonum aſperiorem inæqua/
biliorēq; incipit: quanquam nundum grauent : idq; potiſſimū
incidit iis qui rem ueneream incipiunt agere :abſtinentibus uero fit e/
contrario :& ſi cutam adhibeant longo ſeruari tempore ſine magna
mutatione poteſt .

Fœminis per idem tempus exurgunt ubera: quod fratrare dicitur:& men
ſtrua erumpunt:quæ quaſi ſanguis recens occiſi animalis ſunt.

Quæ alba dicuntur admodum etiam puellis eueniunt : & magis ſi ci/
bo utantur humidiori : hæc incrementa impediunt corporis & puel/
lam extenuant.

Menſtrua tunc plurimis fiunt cum iam ubera ad duos digitos prominēt
& uox eodem tempore puellarum mutatur in grauiorem .

Per id tempus cuſtodiri puellæ præcipue debent maxime enim ad uſum
rei uenereæ cum hac incipiunt incitantur quod ſi inde nihil amplius

commouere temperent quam corpora ipſa faciant nullo uſu uenereo ſed ſponte mutantur.

Sequi ſeruariq; temperantia ſolet per ætates ſuperiores:nam quæ admodū puellæ concumbunt libidiniores euadunt:& mares ſiue altera parte:ſiue utraq; minus cauerint propenſiores eodem efficiuntur:meatus enim laxantur redduntq; eo corpus lubricum: & ſimul uoluptatis q̄ oli geſtirent memores: deſyderio mouētur p̄teritæ cōtrectationis.

Vox fœminæ acutior eſt quam maris & puellarum quam puerorum.

Euenit ut mammæ immodice creſcant cum puellæ excrementis redūdāt faturis enim & nundum profluentibus menſtruſs:quo plus continetur humoris eo magis efferri ſurſumq; impelli neceſſe ē: donec ifra erūpatur:& quod interim incrementum mammæ acceperint ſeruant poſtea.

Semen infœcundum eſt uſq; ad ter ſeptimum annum:& ſi prolificum eſt exigua imperfectaq; generat:

Concipiunt facilius fœminæ natu minores:ſed laborant in puerperio uehementius:& corpore minus magna ex parte perficiuntur.

Seneſcunt celerius mares ſalaces:& mulieres quæ frequentius pariunt.

Corporis incrementum poſt tertium partum mulieribus effici poſſe non uidetur.

Poſt annum ter ſeptimum mulieribus oportune procreatio ē:ſed uiris accedere aliquid poteſt ad prolem perfectiorem.

Semina infœcunda ſunt quæ tenuia:fœcunda uero quæ grandinis ſpeciem gerunt:eandemq; potius marem fœtificāt:contra tenuia nec glo bulenta fœminam gignunt.

Cap.ii. Profluuium menſtruornm decreſcente luna contingit:& paucis ſingulis menſibus mouetur:ſed uno intermiſſo plurimis facilius agitur:iis ſcilicet qui breui tempore:hoc eſt biduo aut triduo profluūt:ſed quibus in longum protrahitur:difficilius mouetur.

Conceptus mulieribus poſt profluuium menſtruorum ſua natura contingit:& quæ his carent ſteriles magna ex parte exiſtunt

Plurimum feminis omnium animalium emittit homo: comparatione magnitudinis ſuæ.

Mares qui humidiores natura ſunt nec ualde carnoſi plus ſeminis reddunt:atq; etiam plus candidiores quā fuſci:nec ſecus in mulieribus fit quo ad menſtrua.

Cap.iii. Mares fœtus circa.xl.diem dextro potius latere mouetur:fœminæ ſiniſtro circiter.lxxxx.

Effluxiones uocantur quæ intra .vii.diem corruptionis incidunt: abortiones autem quæ intra.xl.

Mas qui .xxxx. die exierit ſi in quoduis aliud mittatur diffunditur atq; aboletur ſed ſi in aqua frigidam cogitur conſiſtitq; in membranula: qua rupta fœtus ipſe apparet magnitudine formicæ maiuſculæ:&mẽbra omnia diſcreta:& oculi prægrandes :

Fœmina quæ intra tertium menſem eruperit indiſtincta eſt : quæ autem quartum adepta eſt menſem:diſtinguitur: & reliquam diſtinctionis effigiem breui tempore accipit.

Cum in lucem prodierit fœmina:ocius quam mas & accreſſit & ætate floret: &ſenectute maceratur :

Capitulo quarto. Quæ fœminam ferunt ſunt pallidiores &grauiusdegũt & uaria auidius appetunt : ſtatimq; faſtidiunt : quam quæ marem.

Præcipue mulieres faſtidiunt cum fœtui capillus oriri incipit.

Plus motus magna ex parte mas in utero iſert:q; fœmina & celerius ꝑdit.

Vnum pariendi tempus ſtatutum eſt omnibus animalibus :homo uero : & ſeptimo menſe:& octauo & nono parere poteſt :& quod plurimum x.nonnullæ etiam.xi.tangunt:

Infeſtantur mulieres menſe quarto maxime & octauo &ſi in his fœtus perierit ipſe quoq; magna ex parte intereunt.

Quædam mulier uigeſimo filios partubus quattuor ædidit : quinos enim ſingulis partubus enixa eſt: maiorq; eorum pars enutriri atque adoleſcere potuit.

In genere humano pauci gemini ſeruantur :ſi alter mas ſit alter fœmina

Mulier & æqua omnium maxime animalium grauide coitũ patiũtur :cætera cum grauida fuerint fugiunt mare,eas.ſ.quorum natura ſuperfœtare more leporum recuſat

In muliere raro euenit ut ſuperfœtetur :ſed factum tamen aliquando eſt.

Plurimis ſi concubuerint mẽſe octauo infans mucore oppletus exit

Si mater ſale immodice uſa eſt:infans ſine unguibus naſcitur.

Capitulo quinto Deſinunt ut plurimum menſtrua mulieribus circa .xl. annum quod tempus quæ exceſſerint uſq; ad. lx. ſeruatur :& etiam nonnullæ eo tempore pepererunt:ſed ultra hoc tempus nulla poteſt protrahere.

Capitulo ſexto. Mares plurimi ad .lx. annum generant :& quidam ad no.lxx.nati genuerunt.

Euenit ut qui coniuncti inter ſe nequeant generare ubi diſſociati ſe iunxere cum aliis queant.

gnũtur læſi ex læſis:ut claudi ex claudis:cæci ex cæcis: & ſimiles ſæpe numero in re quæ præter naturam committetur :& ſigna habentes ſibi cognata hereditaria ut uerucas & neuos aut cicatrices aut quid aliud

generis eiuſdem iam tale quid uel tert ia' poſt prolẽ regeneratum eſt.
Cum quidam in ſuo brachio puncti notam haberet:filius non id retulit: ſed nepos ea corporis parte.
In ſcicilia eius quæ adulterium cum æthiope comiſerat filia non colo/rem patris æthiopis retulit, ſed qui natus ex hac eſt: is auum æthiopem regenerauit.
Fœminæ magna ex parte matri:mares patri proueniunt ſimiles:ſed ſit etiam e diuerſo.
Gemini magna ex parte ſimiles prodeunt.
Cap.viii. Homo in ſemet conglobatus ſic geſtatur:ut naſum inter genua: oculos ſuper genua.aures extra genua habeat.
Omnibus animalibus caput primum ſuperius eſt:ſed cum exitum appetunt deorſum deducitur &ita fit ut partus ſecundum naturam in caput contra naturam impedes aut inflexo corpore agatur.
Capitulo nono. Cæteris animalibus partus non laborioſi eueniunt: at mulieribus dolores uehementiſſimi incidunt: & præcipuæ ſtabilibus & ſellulariis & quibus non bona latera ſunt:neq; facultas non bene retinendi ſpiritus ſuppetit
Cap.x. Pueri cum exierit uocem ſtatim emittunt:& uocem antequam egrediantur nunquam emittunt etiam ſi cum difficulter egreditur caput extet:&corpus intus ſit totum.
Pueri cum exierint manus ad os admouent:ſuguntq; confeſtim ubera:excrementum etiam reddunt alii ſtatim alii breui:ſed omnes intra diem quod excrementum pluris quam infantis magnitudine eſt:colore cruentum :atq; admodum nigrum &piceum eſt
Infantes primis.xxxx. diebus, neq; rident cum euigilant neq; lachrymãtur:ſed noctu & per quietem utrunq; interdum faciunt.
Pueri ſeptimo menſe dentire incipiunt;& maturius dentiunt:quorum nutrices lac :habent calidius.
Cap.xi. Nonnullis effluit lac non ſolum de pupillis ſed etiam paſſim ubera aliquibus etiam per alas :edurantq; impoſterum globuli quotiẽs humor non coquatur nec exeat:ſed redundet.
Vbera ita ſungoſa ſunt tota :ut ſi in poculo pilum forte hauſerit mulier dolor moueatur in mammis:nec ſedatur donec pilus uel præſſus exeat ſponte:uel cum lactæ exuggatur.
Seruatur lac donec mulier concipiat :tum deſinit atq; extingunt : tam in hoie quam in quadrupede.
Cap.xii. Solent pueri plurimi conuulſione ſiue ſpaſmo excipi & præcipue corpulentiores:& lacte ueſcentes copioſiore craſſioreq; : & nutricẽ

lactantem ſucci plenam & corpulentam.
Nocet huic morbo uinum magiſq; nigrum quam album & quod minus limphatum eſt:& cibi qui inflant.
Plurimi pueri ante.vii.diem hoc morbo intereunt:unde ſit ut. vii.die nomina imponantur tanquam ſaluti iam pueri magis credamus & periculoſius eſt ſi a ſcapulis conuulſio oriatur.

Propoſitiones ex.viii.libro de hiſtoriis animalium Ariſtotelis.

Ex capitulo primo.

Ihil per tempus puerilis ætatis animam hominis differre a bæluarum anima prope dixerim.
Adeo de inanimatis paulatim ſenſitaq; ad animata natura tranſit: ut contunuatione ipſa lateat eorum confinium:& medium utrius natura ſit extremi uide diſcuſſum teſtus ſuper hoc.
Charum cuiq; ſuaueq; eſt quod per naturam habetur.
Cap.iii Aduncis auibus nullus omnino uſus bibendi eſt: q; præterquam pauciſſimis & ipſe raro.
Cap.iiii Serpentes uini incōtinentes ſunt:proinde uiparas aliqui uino cū fictilibus ad ſæpes depoſito uenantur ebriæ enim capiuntur.
Cap.v Lupi ſoli quandam terram cum eſuriunt edunt.
Lupi hominem illi potius petunt qui inertes ſunt quam qui uenatores
Leo incontinenter cibo utitur:multaq; deuorat ſolida ſine:ullo diſectu mox nihil triduo aut certe biduo comedit.
Leo fœdnm odorem in cibo relinquit ex ſuo alitu:& ipſo proſiſſo interiora eius grauiter olent.
Cap.vi Bibunt quibus dentes ſerrati animalia lambendo quibus autem continui ſorbendo. urſus neq; ſorbendo neq; lambendo ſed morſu
Sues pinguiores redduntur cum in ceno ſe uolutant:radicumq; eſt maxime appetens omnibus animalibus.
Sexta pars ponderis quantum ſus ponderarit uiuus abſumitur occiſo impilos & ſanguinem & reliqua id generis.
Ominia animalia cum lactentur ſolent extenuari.
Augentur iuuencæ amplius cum plus temporis exptes ueneris degunt.
Cap.viii Equi muli,&aſini maxime potu pingueſcunt:&quod minus potum aſpernatur:id appetentius pabuli eſt: & plennius obeſatur.

Boues claram aquam bibere geſtiunt :at eq̃ui & cameli turbulentam ſua uius bibunt.

Capitulo .viiii. Elephantem alii annos ducentos uiuere aiunt :alii trecentos.

Cap.x Oues paſcere ſædulæ atq; ſtabiles ſolent. capræ uero dum paſcuntur ſoca crebro permutant ſummaq; tantum contingunt.

Caro cuiuſq; quadrupedis deterior é cum locis paluſtribus quam editioribus paſcitur.

Ouium quæ lupus occiderit pelles ac uelera : & facta ex his ueſtis longe quam cætera aptiora ſunt ad pediculos generandos .

Cap.xii Indica auis cui nomen pſitacæ lingua eſt lata aptaq; ad immitandum :& loquatior cũ biberii uinum redditur.

Cap.xvii Cum ſerpens exure ſenectutem incipit :ab oculis primum detrahit pellem:ita ut obcæcarii uideatur iis qui rem non intelligunt: deinde caput exuitur:& hoc fit tam uere quam autumno .

Cap.xviii Cum aues egrotant plummæ inditium proferunt turbãtur.n: nec poſituram eandem ſeruant quam habent dum recte ualent.

Cap.viiii. Cum bene hominibus annus cedit:tunc &piſcibus fœliciter degere contingit.

Cap.xx Glandes a ſuibus ſuauiter comeduntur:ſed carnem humidam faciunt ſi ſolæ ædantur:& ſi grauidæ glandem copioſius æderint abortum faciunt.

Cap.xxii. Facit rabies canibus furorem:&quæ momorderint intereũt oĩa & rabiunt excepto homine quo morbo intereunt & canes.

Cap.xxiii Boues gregales morbis duobus temptantur :podagra & ſtruma :quodq; in hoie febris idem in boue ſtruma eſt: eſtq; ĩdicium morbi ut demiſſæ aures flacceant

Cap.xxiiii. Equi gregales morbo immunes ſunt excepta podragra:quaplerumq; ungues amittunt:at equi domeſtici & oues (ut homines uſu periti referunt):totidem mobis infeſtantur:quot homo.

Abortum facit equa odorem ſentiens fungi fumigantis & lucernæ extinctæ:quod & mulieribus nonnullis accidit.

Equi uocem agnoſcunt equorum cum quibus pugnauerint

Cap.xxv Impatiens frigoris aſinus eſt:quapropter pontica & ſcythica terra aſinis caret.

Cap.xxvii Intereunt infecta omnia tacta ex oleo :ſed celerime ſi capite illito exponantur ſoli.

Cap.xxviii Inſyria oues ſunt cauda lata ad cubiti menſuram :& capræ auriculis menſura palmari & dodratili.

In cicilia capræ tondentur ut alibi oues .

Carniuoris auibus cibi ſuppeditatur: propter ruptus quo uiuunt pe ſ nuriam.

Bæſtiæ omnes fere efferatiores in aſia ſunt fortiores in europa :multi formiores in africa :unde prouerbio quodam dicitur: ſemper aliquid noui affricam afferre:

Cap.xxviiii Morum animalium diuerſitatem efficiunt loca.

Loca montana & aſpera ſuas beſtias reddunt & aſpectu efferatiores:& uiribus robuſtiores quam plana & molliora.

Omnium uenenatorum morſus grauiores ſunt: ſi alterum ederit alterum.

Plurimis animalibus uenenum habentibus aduerſatur ſaliua hominis.

Capitulo.xxx. Vitiantur ſenectute piſces: & ad rem ſalſamentariam piſces ſenes improbi ſunt declaraturq; eorum ſenectus duricie magnitudineq; ſquammarum

Fluuiales piſces & lacuſtres optimi ſunt poſt partum :& ſeminis genitalis emiſſionem:& mares ſuis fœminis ſunt præſtantiores.

Propoſitiones ex libro nono de hiſtoriis animalium Ariſtotelis.

Ex capitulo primo.

h Abere uim quandam naturalem animantes in qua uis ai affectione uidentur hoc eſt prudentia ſtultitia :fortitudine :ignauia :clementia :acerbitate:& reliquis habitibus eiuſdem generis : & in non nullis commune aliquid diſciplinæ eruditioniſq; habetur.

Fœminæ omnes minus quam mares ſunt animoſæ excæpta panthera & urſa uerum in omnibus malicioſiores: aſtutiores :inſidioſiores fœminæ ſunt:atq; in enutrienda prole ſolicitiores:mares uero contra animoſiores ferotiores :ſimpliciores minuſq; inſidioſi.

Homo natura perfectiſſima eſt.& ob eam rem habitus omnes in eo conſpectiores ſunt mulieribus.

Mulier miſericors magis:& ad lachrymas propẽſior:quam uir eſt:itemq; inuida magis :& quærula:& maledicentior:& mordatior : præterea anxia & deſperans magis quam mas: & impudentior & mendatior quã mas:quin etiam facilior decipi:meminiſſeq; aptior :ad hæc uigilantior ſegnior:immobilior deniq; eſt & minus cibi deſyderans:mas uero iuuantior & fortior eſt.

Cum ſæpia icta eſt tridẽte màs fœminam adiuuat:fœmina mare percuſſo fugam arripit.

Pugnant inter ſe diuerſi generis animalia quæ eadem loca incolunt atq; & eiſdem cibis ueſcuntur.

Si cibi penuria ſit: fit ut eiuſdem generis animantes pugnam inter ſe conſerant.

Elaphanti pugnant inter ſe uehementer: & dentibus alter alterum ferit: qui autem uictus fuerit: adeo animum amittit:ut ne uocem quidem uictoris tolleret:

Cap.iii. Genus ouile amens &moribus ſtultiſſimis eſt.ſæpe enĩ egreditur ſtabulo occupatũ a niue.

Caprarum ex grege ſi quis unam uilo mento dependente (quem aruncũ uocant)appræhenderit:cæteræ ſtant uelut ſtupidæ:ſuos in unam illam oculos coniicientes.

Cap.iiii. Boues & paſcunt per ſocietates atq; conſuetudines: & ſi unus aberrarit relinqui ſequũtur quapropter boarii niſi præuenerint:totum armentum requirant neceſſe eſt.

Equæ ſocietate coniunctæ ſi altera forte perierit:altera pullum parente orbatum enutrit

Capitulo quinto Ferarum quadrupedum cerua maxime prudentia præſtare uidetur: quia circa ſemitas pariat quo ſcilicet belluæ propter homines minus accedunt.

Ceruus cum pinguerit:quod ualde tempore fructuum fit:nuſquam apparet ſed longe ſecedit:ut qui pondere ſuæ compulentiæ capi ſe poſſe facilius ſentiat.

Cornua ceruus locis difficilibus amittit:& quo inueniri nequeãt & quaſi ſua arma amiſerit cauet ne inermis reperiatur.

Cornu ſiniſtrum cerui compertum eſſe a nemine adhuc fertur:occulit id enim tanquam quodam medicamento præditum

Anniculis ceruis nundum cornua naſcuntur: ſed indicii gratia initium quoddam prætuberans breue hirtumq; eſt. bimis uero cornua primum oriuntur ſimplicia & recta ad ſubularum ſimilitudinem:trimis biſida exeunt quadrimis triſida:atq; deinceps adhunc modum procedit numerus uſq; ad ſextum annũ:&ab hoc ſimilia ſemper prodeunt

Cerui ſenes dentes nullos aut paucos habent:& adminiculis carent:& uocantur adminicula rami qui imis cornibus prominent ante frontem quibus in pugna utuntur iuniores.

Cerui ſenes amittunt ſingulis annis cornua menſe aprili.

Ceruus iam captus fuit:hederam ſuis enatam cornibus gerens uiridẽ quæ

cornu adhuc tenello forte inserta :quasi ligno uiridi coaluerit.

Cerui sibilo & cantu uenantium capiuntur :mulcentur enim & alicium tur tali uoluptate.

Cap.vi. Panthera cum uenenum pardalianches dictum ab angore ederit: quo leones etiam intereunt stercus hois q̄rit eo en m ipo uiuatur:quo circa uenatores stercus ibi propinquum suspendunt ex arbore aliqua: ne procul bellua abeat petentes suum medicamentum :itaq; insiliens ibidem & spe capiendi perseuerans in se efferenda emoritur.

Ichneoumo egipti ubi aspidem anguem suum hostem aspexerit non pri/ us egreditur quā socios uocet :& limo obducto contra ictus morsusq; sese loricet.

Modus armandi est ut primum madefaciat corpus & in terra se uolutet

Crocodilis hiantibus throchili aues inuolantes depurgant dentes :quo munere & ipsi aluntur : & crocodilus sentiens secum commode agi nihil nocet:sed cū eggredi auem uult ceruices mouet ne comprimat.

Mustella quotiens pugnatura cum serpente est rutam comedit :cuius o/ dor infestus est serpentibus.

Cap.vii. Hirrundo impartit singulis pullis cibum obseruas ne qui acce/ perit:bis accipiat :

Columbi coniugium iam inde a primo ortu initum non deserunt:nisi cæ lebs aut uidua.

Proprium est columbarum palumbium & turturum :ne collum cum bi berint resupinent.

Capitulo octauo. Cum ad nidum perdicis quis uenando accesserit:pro uoluit se se perdix ante pedes uenantis quasi iam possit capi :atq; ita ali cit ad se capiendam hominem.eo usq; dum pulli fugiunt:tunc ipsa ad uolat & reuocat prolem.

Cap.x. Grues alte uolant :ut procul prospicere possint& si nubem tempe statis uiderint conferunt se in terram: & humi quiescūt :loca enim lon ginqua petunt sui comodi gratia.

Ducem habent grues & eos qui clamēt dispositos in extremo agmine: ut uox percipi possit.

Cum consistunt grues ceteræ dormiunt capite subter alam condito :al/ ternis pedibus insistentes dux uero detecto capite prospicit :& quod sē serit uoce significat

Capitulo.xi. Accipiter locis saxosis & arduis nidulatur:& auium quas cæ perit cor nunquam comedit.

Cap.xii. Olores canere soliti sunt præcipue morituri

Grues inter se tam uehementer pugnant :ut dimicantes capiatur:homi/ nem enim expectare potius quam pugna desistere patiuntur.

Cap.xiii. Ciconiæ genitorum ſenectutem inuicem educant:idemq; me
ropes faciunt :uicem enim reddunt parentibus non modo ſeneſcen
tibus:uerum etiam ſtatim cum datur facultas :nec matrem aut patrem
exire patiuntur :ſed in cubili manentes paſcunt.

Cap.xv. Vpupa nidum potiſſime e ſtercore hominis facit.

Cap.xxxii. Aquila uiribus omnium præſtantiſſima eſt:colit montes ac ſil
uas concīna apta intrepida ſtrenua liberalis non inuida.

Seneſcentibus aquilis roſtrum ſuperius accreſcit :incuruaturq; ſubinde
magis ac magis ita ut fame pereant :& nidulantur in locis non planis
ſed celſis :& arduis ſaxis.

Venantur aquile locis non ſuo nido propinquis: ſed longe diſtantibus:
& rapta non protinus ferunt: ſed cum corripuerint & ſuſtulerint depo
nunt expertæq; iam pondus requieſcunt

Cap.xxxiiii. Noctua marina uagatur per mare &littora:uiuitq; auium ma
rinarum uenatu :hæc pullos adhuc implumes cogit aduerſos itueri ſo
lem:percutitq; eum qui recuſat:& uertit ad ſolem :tum cuius oculi pri
us lachrimarint hunc occidit reliquum educat.

Cap.xxxv. Mollium aſtutiſſima ſepia eſt:ſola hæc ſuo utitur atramento
non mouetur cum metuit uerum etiam abſcundendi cauſa: atq; bima
tu non uiuere apertum eſt.

Cap.xl. Reges apum nunquam prodeunt foras :uel ut paſcantur uel alia
cauſa: niſi uniuerſa cum plebe:& ſi cum pergunt rex ipſe forte aberra
uerit omnes inquirunt :odoratuq; ſagaci perſequuntur donec iueniāt
Geſtatur a plebe rex apum cum uolare non poteſt :& ſi perierit omnes di
ſcedunt:uel ſi aliquamdiu manſerint fauos quidem conficiūt :ſed mel
nullum :nec fieri poteſt quin breui oēs diſcedant.

Mos apibus eſt ne florum plura genera petant uno profectu.

Enecant apes ipſos duces:qui plures quam ſatis ſit habentur:& potiſſimū
improbos ne principium multitudo ſeditiōes in examine faciat: & ne
cant præcipue cum non ampla ſobolis copia exiſtit:nec habent tanquā
coloniam mittant.

Aluei apum annona ſuperioris anni nunquam habundant.

Studēt bonæ apes quo ad fieri poteſt ne quam intra alueum interimant:
& ſi qua interierit inter ſtatim foras cadauer educunt :

Si forte apes paucæ prope multas conſiſtunt:concedūt paucæ ipſæ ad plu
res :& regem quem reliquerint ſi forte ſequatur interimunt.

Apes carnem nullius animalis tangunt nec obſenum quod appetunt :&
mundiſſimum omnium animalium apis eſt.

Cum apes ruri ſunt nec ſibi inuicem :neq; ullis aliis iniuriantur :at uero
apud ſuos alueos pugnant acerrime.

Oderunt apes nō ſolum fœdos odores :ſed etiam unguētorum delicias ex quo fit ut homines his delibatos percutiant.

Aps ſeniores ītus ī alueis opantur:adoleſcētes uero foris negotiū exercēt & ea q̄ res exigit portāt liuoreſq; ſunt labore hirſutie detrita.

Quotiens flatu uehementi iactantur apes :lapillum geſtant :quo ſe quaſi fundamine quodam ſtabiliant contra flatū.

Mel uernum ſuauius candidius & omnio præſtantius autūnali eſt & conficitur melius & noua cæra nouelliſq; ſtirpibus.

Sotias ocioſas ac deſides ac minus parcas pellere in more apibus eſt.

Tēpore matutino oēs apes ſilent:donec una gemino aut triplici bōbo'excitet oēs tum uniuerſæ ad opus peruolant :cūq; redierint primū item tumultuantur paulatimq; minus ſubinde ſtrepunt dū una circūuolādo ſufurret: quaſi dormiendū præcipiat & tū repēte oēs cōticeſcunt.

Cap.xli. Crabrones non floribus ut apes ſed carne magna ex parte uiuūt: & uerſari inſtercore ſæpe ſolent.

Cap.xliiii. Leo nullius ſuſpitioſus eſt:& feſtiuus ludibūdus beniuolus ad modum cum familiaribus eſt.

obſr leois' maxi maj ſibi dimq. Leo i uēatu dū cernitur nūq̄ fugit aut metuit:ſed ſi uenātiū multitudie cedere cogitur :ſēſim pedatimq; diſcedit crebro ſubſiſtens atq; reſpectās

Leo ignē p̄cipue formidat ut homerus quoq; teſtatur:cū dicat: ardēteſq; faces quas quamuis ſæuiat horret.

Leo percuſſorem agnoſcit & ex obſeruato inuadit.

Leo infirmus eſt parte iliū cōtra ictus ſed reliquo corpore multas plagas patitur :& capite ualidiſſimo eſt.

Thoes quos lupos ceruarios dicimus hoīem diligūt: & neq; offendunt neq; metigunt ualde.

Cap.xlv. Elephantus oīum ferraꝝ mitiſſimus &placidiſſimus ē &p multa officia eruditur & intelligit & quādoq; etiam regē adorare cōdiſcit.

nol Elephantus quam impleuerit coitu eam rurſus non tangit.

Cap.xlvi. Cameli matres nunquam ſuperueniunt ſuas.

Cū aliquādo camelus admiſſarius nō habe retur:curator pullū matri optæ admiſit qui dū coiret delapſo operimēto agnouit matrem &quāuis coitū abſoluerit :memor tamen cōmiſſi ſceleris paulo poſt camellariū illū morſu defixo interemit.

Ferūt regi ſcythaꝝ fuiſſe equā egregiā:ex q̄ mares generoſi oēs gignerē-tur:quoꝝ unus: q̄ p̄ſtātior hēretur :cū ut ex matre ꝓcrearet:placeret:admiſſū oīo recuſaſſet:optā deinde latuiſſe matrē:ut īprudēs ſupueniret: uerꝝ ubi a cōcubitu faciem matris detectā agnouit: fugā ꝓperaſſe: atq; ſe ipſum actū præcipitē interemiſſe.

Paruos delphinos magnus aliquis ſemper comitatur:cuſtodiæ cauſa.

Delphinus uelociſſimus creditur eſſe aīaliū tū aq̄tiliū tū terreſtriū:&ſupſi liūtur quādoq; arbores maioꝝ nauigioꝝ cū aliquem inſectantur piſcē quem deuorent.

Cap.xlviiii. Vt aīalia ꝓ ſuis affectibus agere:ſic ꝓ ſuis quoq; actiōibus affi ci imutariq; moribus ſolēt:ptes ēt corporis nōnullæ ſæpenumero rōe agēdi imutātur:ut i auiū genere euenit .galine &.n.cū mares uicerit cu curriūt:& exēplo matiū tēptant ſupuentu coire :criſta ēt caudaq; erigi tur :ita ne facile præterea ſit an fœminæ ſint cognoſcere.

Cap.l. Si hō adhuc puer caſtretur uox non imutatur:ſed ſuū ſeruat acumē

Cerui ſi cū per ætatē nūdū cornua gerūt caſtrātur:nō ædūt cornua :ſed ſi cornigeri excidūtur:nō decidunt cornua &:magnitudie eadē ſeruātur

Si bos a recenti caſtratu ineat procreare poteſt.

Ruminant animalia quæ ſuperiore dentium ordine carent proficiūtq; & delectan tur non minus in ruminando quam in ædendo.

Sūt q̄dā exēplaria tū græca tū latīa q̄ habent fragmetū q̄ddā hic additū q̄d cās q̄ſdā materiales agēteſq;:generationis hūanæ cōplectitur :itaq; theodorus hūc nec inter hiſtoriæ libros nec uſpiā collocauit.

Incipiunt propoſitiones ex primo libro de partibus animaliū Ariſtotelis ſecūdum traductiōem theodori gazæ theſalonicenſis

Ex capitulo primo.

i

Noī cōtēplādi genere:oiq; tū nobiliori tū ignobiliori docēdi uia &rōe:duos eē haitus cōſtat:quoꝝ alteꝝ ſciam rei appellaſſe:alteꝝ quaſi peritiam quādam:bene eſt:

Hoiſ ꝓbe piti officiū eſt iudicare ꝓſpiciēter poſſe:q̄d nā rēcte aut nō recte ab eo qui docet exponitur.

Fieri pōt ut rem unā quiſpiā :ita ut alius poſſit iudicare.

Principatū illa cā optinere uidetur quā ſub hoc uerbo cuius gratia ſignifi camus:hæc.n.rō ē:rō āt pricipiū ē pariter ī rebꝫ tā arte q̄ nā cōſtituēdis.

Coīter primū & ꝓ generis cōplexionē tractādū ē:poſt uero res ꝓprias cō ſiderare oꝫ ſi.n. ſeorſū ꝺ ſingulis diſputet euēiet ut ſæpe eadē iterētur.

Neceſſitas ineſt rebus æternis ſimplici abſolutaq; rōe :ſed gignendis oī bus ex ſuppoſitione tribuitur.

Genetatio gratia ſubſtantiæ eſt:non ſubſtantia gratia generationis eſt.

Diffi. Ars operis eſt ratio omni abiūcta materia

Oīa q̄ natura cōſiſtūt q̄dā ordine diſponūtur:ut primū hoc deīde illꝺ ſit

Formæ natura potior eſt quam materiæ.

Membroꝝ hoīs uita fūcti nullū:idē eē ꝑt q; erat cū uiueret niſi equoce.

Quāprimū aīa a corpore diſceſſit :aīal eē deſinit :neq; mēbꝝ ullum niſi figuræ ſuæ ratione relinquitur.

Non omnis anima principium motus eſt neq; partibus animæ omnibus id tribui debet:delationem enim in cæteris eſſe animalibus nouimus: intellectum ſiue mente in nullis.

Conſtat non de anima omni differere naturalem philoſophiam oportere :quando quidem non anima omnis natura eſt ſed aliqua eius pars una.aut etiam plures.

Rem a materia abſtractam nulla poteſt ſcientia naturalis cõtẽplari.

Cap.iii. Priuationis ut priuatio eſt nulla eſt differentia :non enim fieri poteſt ut ſpecies eius ſit quod non eſt: differentia autem uniuerſalis ut ſpecies habeat neceſſe eſt.

Impoſſibile eſt ut priuatio ſit differentia.

O mnino quãcunq; differentiã diuidis una tantum diuiſione id accidere neceſſe eſt.

Diuidendum eſt his rebus quæ ſitæ in ſubſtantia ſunt :non his quæ acci dent. oppoſitis item diuidendum eſt.

Si homo bipes tantummodo eſſet hæc differentia una ſufficeret:ſed quoniam hæc una non eſt :multas eſſe non ſub una diuiſione neceſſe eſt.

Cap.v. Subſtantiæ q̃ natura conſtant partim ingenitæ immortaleſq; fæculis omnibus ſunt:partim ortus participes atq; interitus intelligũtur.

Partem illam æternam & proinde nobilem ac diuinam minus contemplari propterea poſſumus: quod ad modum pauca illius mouetur ſenſui patent.

Res illas ſuperiores tam & ſi leuiter attingere poſſumus :tamen ob eius cognoſcendi generis excellentiam amplius oblectamur:quam cũ hæc nobis iuncta omnia teneamus.

In animantibus .quæ minus grata noſtro occurerunt ſenſui:natura parẽs &auctor oĩum miras excitat uoluptates hominibus qui intelligunt cãs atq; ingenue philoſophantur.

Nulla res eſt naturæ in qua non mirandum aliquid inditum habeatur.

Heraclitum dixiſſe ferunt ad eos qui cum alloqui eum uellent: q; forte in caſa furnaria quadam caloris gratia ſedentem uidiſſent :accedere tẽ perarunt:ingredi enim eos ſidenter iuſſit:quoniam inquit ne huic quidem loco dii deſunt immortales.

Nihil temere uiceq; fortuita a natura committitur ſed alicuius gratia: omnia aguntur

Finis boni honeſtiq; optinet rationem.

Corpus totum animæ gratia conditum eſt:& membra officiorum gratia conſtant :& munerum .ad quæ ſingula accomodantur.

Omnes inſtrumentum gratia rei cuius eſt inſtrumentum factum eſt.

Propoſitiones ex ſecundo libro de partibus animalium Ariſtotelis.

Ex capitulo primo.

Riplex eſt compoſitio animalis :prima quæ ex elementis con
t ficitur :ſed melius fortaſſe dici poteſt ex uirtutibus elementoꝝ
confici:iis non omnibus ſed primis:ſecunda eſt ex ſimilaribus
gen. partibus ut carnis & oſſis.tertia eſt diſſimilaribus partibus:ut fa
ciei & manus & reliquorum membrorum. homo genera
Humiditas & ſiccitas & caliditas & frigitas materia corporum ſunt com-
poſitorum:cætere autem differentiæ eas ſequuntur ut grauitas leuitas
denſitas raritas aſperitas lenitas & reliquæ id generis affectiones.
Quæ poſteriora ſunt generatione:hæc natura priora ſunt :& quod pri-
mum natura eſt ad ultimum eſt generatione.
Omne quod generatur:ex aliquo & ad aliquid ſuam generationem de-
ducit :& a principio ad principium pergit.
Materiam generationemq; eē priorem tempore neceſſe eſt:eſſentiam ue-
ro rei cuiuſq; & formam ratione ideſt diffinitione priorem.

Cap.ii. Roboris efficatior ſanguis eſt qui craſſior & calidior eſt :uim autē
ſentiendi intelligendiq; optinet pleniorem:qui tenuior atq; frigidior ē
Optime diſpoſiti conſtant: qui ſanguinem calidum tenuem: & ſincæ
rum habēt quippe qui una & uiribus corporis :& animæ ingenio plu
rimum ualeant.
Initia elementorum ſunt calidum :frigidum :ſiccum :humidum: & hæc
quoq; uitæ & mortis ſomni & uigiliæ:iuuentutis & ſenectutis: morbi
& ſanitatis cauſæ exiſtunt.
Ignis per ſe calidus:ē & frigidus nunquam ſit.
Ferrum & reliqua corpora dura lentius quidem calefiunt quam aqua:ſed
ubi calefacta fuerint urere uehementius poſſunt :lentiuſq; frigefieri.

Cap.iii. Sanguis animalibus ſanguineis ultimum alimentum eſt :& ipſis
alimenti gratia datum eſt.
Sanguis non eſt continuus carni neq; cognatus:ſed in corde ac uenis
quaſi uaſis continetur.

Cap.iiii. Timidiora ſunt quibus ſanguis nimium dilutus eſt :metus enim
refrigerat & aqua frigore congelaſcit.quamobrem & cætera exanguia
timidiora ſanguineis ſunt.
Quorum ſaguis fibris admodū multis craſſiſq; refectus eſt: hæc terrena
amplius conſtant natura:& animoſa: irracunda ,pindeq; furibunda ſūt
Ira calorofica eſt
Sanies pars diluta ſiue aquoſa ſanguinis eſt:eo quod nundum aut cōco-
cta:aut corrupta eſt.

Cap.v. Seuū & adeps ſi mediocriter in animalium membris habentur ,p
ſunt nec enim ſenſum impediunt ſed ad ſanitatē uireſq; opitulantur:

sed si modum excedunt nocent atq; interimunt.

Sanguis sensu caret:& ob eam rem nec adeps nec seuum sentit sunt enim sangnis concoctus quod si totum corpus tale efficiatur nullum sen sum hebere poterit.

Celeriter senescunt quæ ualde pinguerint: quippe quæ parum sangui nis habent.

Quæ parum sanguinis habent ad interitum sunt opportuniora:

Interitus in opia quædam sanguinis est.

Pinguia omnia steriliora ea de causa sunt:quoniam quantum ex sangni ne proficisci ad genitaturam & ad semen genitale debet: hoc in adi pem aut seuum sumptitatur.

÷ Cap.vi.Diff. Medulla est alimenti sanguinei:quod in ossa spinam ue di stribuitur:contentum ossibus & concoctum excrementum.

Seuosas & pingues esse medullas ratio est:quoniam tepor quem ossium complexio facit sanguinem coquit: sanguinis autem per se coctio se uum & adeps est.

sic hoc .i. sanguis non sit sanguis con ſth.

In iis quæ ossa firma spissaq; habent:non temere partim nulla partim ex i gua inest medulla:alimentum enim in ossa absumitur.

÷ Cap.vii. Cerebrum medulla non est: quoniam cerebrum partium omniũ corporis frigidissimum est:cum medulla calida suapte natura sit:quod eius pinguedine & axungia perspicuum est:idq; facit ut cerebro iungi continuariq; possit ipsa dorsi medulla.

Solet natura semper emoliri contra cuuus uis exuperantiam auxilium:per coniunctionem rei aduersæ: ut excessum alterius altero compenset & moderetur.

Cerebrum nullam cum partibus q̃ uim optinent sentiendi & continuit a tẽ habet:cunq; tangitur nullum efficit sensum.

Aduersus cordis sedem & calorem: cerebrum natura molitã est: ce rebrum enim calorem seruoremque cordis moderatur & tempe riem affert.

Vt cerebrũ ẽt modico potiatur calore:uenæ ad membranam cerebri de ueniunt ex utraq; uena:maiore uidelicet:& ea quæ aborta uocatur: & ne calor nimis offendat:non paucæ amplæ:sed frequentes ac tenues: uenæ ambiunt: nec sanguis copiosus & crassus: sed tenuis sincæruſq; subit eodem.

Homo inter omnia animalia plurimum cerebri habet proportione sui corporis:& inter homines mares plusquam fœminæ:cordis enim pul moniſq; locum calidissimum & sanguine refertissimum homo habet unde animalium homo unus erectus est:caloris enim natura incremẽ tum de medio agit pro suo impetu.

Propter multam humiditatem frigiditatemq; cerebri capitis os quod cal

uariam appellant ſero admodum homini induratur.
Iuncturas plurimas in capite homo habet:& mas plures quam fœmina: ut locus ſpirantior ſit: & amplius in quo plus cerebri habetur: nam ſi cerebrum uel humet uel ſiccet ſupra modum:ſuo fungi officio nō pōt ſed aut non refrigerabit aut coagulabit.
Calor cordis ſenſum celerime facit: cum ſanguis cerebri ullo pacto mu- tatur atq; afficitur.

Capitulo nono. Principium uenarum cor eſt: oſſium uero ſpina dorſi:

Mares oſſibus durioribus conſtant q̄ fœminæ:&quæ carniuora ſunt: quā quæ alio cibo ueſcuntur:firmiori enim opus eſt adiumento quia uio- lentiora ſunt.
Expedit molles muſcoſaſq; nares ac aures eſſe:quoniam prominentiora ſi rigida ſunt frangi celeriter poſſunt.
Dentes non ſolum ad cibi confectionem: ſed etiam ad pugnandum da ti ſunt iis omnibus quibus ſerrati aut exerti ſunt dentes.

Capitulo decimo. Ad paucas actiones paucorum inſtrumentorum uſus requiritur.

Non ſolum uiuendi ſed etiam bene uiuendi rationem hominum ge nus optinuit quippe quod aut unum ex omnibus animalibus no- bis cognitis diuinitatis particeps ſit:aut omnium maxime.
Non audiendi ſunt qui carnem capiti hominis ideo adeptam exiſtimāt: ut melius ſentiret:uim enim ſentiendi ſitam in cerebro: ſenſumq; per partes nimium carnoſas nequaquam admitti poſſe arbitrantur:neutra enim eorum ratio uera eſt.
Nullius ſenſus cauſam cerebrum obtinet:quod quidem expers omnino ſenſus eſt non aliter quam quod uis excrementum.
Principium ſenſuum eſſe cordis locum cum de ſenſu ageremus diffi- nitum iam eſt:& quam ob cauſam duo ideſt tangendi & guſtandi ſen ſus ex corde aperte dependent:unus ex reliquis tribus ideſt olfacien- di medium tenet:duo ideſt audiendi & uidendi maxime in capite po ſiti ſunt propter ſenſuum naturam cerebrum enim humidum ac frigi- dum eſt:& uiſus aquæ naturam optinet.
Vt ab oculis meatus ad uenas circa cerebrum ſparſas tendunt: ſic ab auri- bus meatus in occiput penetrat:quod plenum eſt aeris:uis autē ſentiē di nulli exangui parti data eſt.
Senſus guſtus quaſi quidam tactus eſt.

Capitulo undecimo. Quadrupedes auriculas habent ſuſpenſas: & ſu pra oculos ſitas habere uidentur: uerumtamen non ita eſt: ſed con- ſpectum ementiuntur: quoniam bæſtiæ non erecto ſed prono ſunt corpore:

Volucres quæ unguibus ſunt aduncis clariſſime uident: cibus ẽnim de ſublimi conſpiciendus iis eſt:gallinacei autem & ſimiles non ſic.

Nihil fruſtra natura agit.

Cap.xiiii. Inter ea quæ pilos habent :homo ſolus cilium in utraq; palpebra optinet.

Semper natura rei melioris auctorẽ :quo ad eius fieri poteſt.

Vbiq; natura quod aliunde dempſerit reddere ad partem aliam ſolet.

Quibus corpus admodum piloſum natura condidit:caudam iis diminuit:quod in urſis perſpicuum eſt.

Homo animalium maxime omnium piloſo capite eſt :ubi enim plurimũ humoris caloriſq; eſt:ibidem ortum pilorum copioſum eſſe neceſſe eſt

Adiumenti ratio eſt frequentia pilorum caput operiens : deffendat:a nimio frigore & calore:cerebrum enim hominis maximam deſyderat tutelam :cum res humidiſſima quæq; & referueſcere & refrigeſcere maxime idonea ſit.

Cap.xv. Supercilia & cilia adiumenti gratia habentur: ſupercilia enim de labentes humores arceant: cilia uero ut contra incidentia in oculos q̃ ſi uallum quoddam promineant.

Cap.xvi. Vt linguam idoneam ad duplicem actionem homini natura dedit:nam a percipiendos ſapores & ad formandum ſermonem:ſic labratam fermonis q̃ tutelæ dentium gratia adhibuit.

Cap.xvii. Liguam latam abſolutam molliſſimam homo præcipue habet ut commoda ſit ad ſapores percipiendos :& ad litteras exprimendas: eſt enim homo maxime omnium animalium ſenſu facilis.

Propoſitiones ex tertio libro de partibus animalium Ariſtotelis. Ex capitulo primo.

h Omo probe factos optinet dentes:uidelicet primores acutos: ut ſecent :maxilares latos ut molant :& p̃cipue locutionis gratia tales totq; numero dentes homo ſortitus eſt

Ad litteras expimendas plurimum conferunt primi dentes.

Natura nihil fruſtra :nihil ſuperuacanei facere ſolet.

Partes quæ ad inuadendum aut ad defendendum ſpectant a natura iis tribuuntur quæ aut ſola aut præ cæteris uti poſſunt:ideoq; cum mares robuſtiores magiſq; animoſi ſint:aut ſolis iis aut melius:partes eiuſmodi datæ ſunt.

Proſopum ideſt facies quod inter caput & collum hominis eſt :nomen a re ipſa accepiſſe uidetur:quod enim homo unus animalium erectus eſt ſolus proſpicit anteuerſus:uocemq; anteuerſus mittit.

Capitulo.ii. Animalia quæ pedes multifidos habent cornu omnia carent

cornu enim auxilii gratia habetur: multifidis autem non desunt alia auxilia.

Plura auxilia aut defendendi aut inuadendi quoq; singula satis essent nulli animalia natura tribuit.

Ceruis dūtaxat cornua tota solida & decidua sunt tam utilitatis causa ut onere leuentur:tum ex necessitate præpondere.

Cornigeroq; nullum utrinq; dentatum est:superne enim primores dētes non habent:quippe alimentum quod in eos dentes digeratur in cornuum incrementum assumitur.

Ceruis fœminis dempta sunt cornua:quoniam ne maribus quidem utilia sunt:sed uirium meliorem beneficio mares minus offenduntur.

Cap.iii. Si quid cibi uel potus in arteriam dilabitur: quæ ante gulam posita est spirandi & uocis causa:strangulationes tormina:& tusses grauissimæ incitantur.

Cor principium omnis motus & sensus: & uitæ esse censemus:

Quod melius & nobilius est:id semper (nisi quid maiusimpediat) superioris inferiorisq; ratiōe superius collocatur:prioris posteriorisq;:prius dextri sinistriq; dextrum:

Cap.iiii. Vbicunq; fieri potest:unum esse:quam plura melius est.

Cordis situs sedem optinet principalem:in medio enim positum est:sed magis superius q̄ inferius: & parti priori admotiusq; posteriori.

Natura rem nobiliorem constituere in locis nobilioribus solet:nisi quid maius impediant.

Principium uenarum cor est:& origo prima & fons sanguinis est:aut cōceptabulum primum:sanguinem sine uenis solum complectens:& in generatione omnium partium primum consistens:statimq; palpitans

Principium unum esse oportet:ubicunq; fieri potest.

Nemo censent iecur esse principium uel corporis totius uel sanguinis nec sanguis conceptaculum modo cordis intra se continet:sed sanguinem uenis inclusum habet.

Cor cæteris animalibus in medio pectore est:homini tamē paulo uergi ad leuam: ut eius partis refrigerationem moderetur & compensetom nium enim animalium maxime homo refrigeratā habet partē sinistrā

Cor sine osse est omnium quæ nos nouerimus præter quam equi:& generis bouum cuiusdam quibus præ magnitudine quasi adminiculum subditum est.

Quæ sensu hebeti sunt cor habent durum & spissum:quæ autem sensu ualent:mollius:

Pauida sūt qbus cor grādius audētiora: aūt & fidentiora sūt qbus minus aut mediocre:metus enim ideo accidit iis qui cordis sunt magni quo

niam calorem proportione cõrdis non habent :ſed parum caloris i ma gno conceptaculo exalefacit itaq; ſanguis frigidior fit .

Cor magnum proportione:lepori:ceruo:muri :aſino pantere muſtellæ: & reliquis quæ aperte timida ſunt :aut propter mœtum malefica.

Cor ſolum ueſcerum atq; omnino partium corporis nullum uitium pati tur graue:cum enim principium corrumpitur nihil eſt quod cæteris q̃ inde pendent præbere auxilium poſſit.

Cap.v. Sanguis potentia eſt caro:nec ſine uena eſſe poteſt.

Non nullis accidit:ut cruentum quoddam excrementum ſudarent :quo niam corpus laxum fluxumq; eſſet:ſanguiſq; præ cruditate humeſceret imbecillitate caloris: qui exiguus uenulis incluſus concoquere non poſſet hic colligi poteſt cauſa ſudoris ſanguinei chriſti .

Omnia quæ ſpirant habent pulmonem :& ſpirant pedeſtria omnia & aq̃ tilium non nulla ut balena delphinus & cætæ.

Capitulo. vi. Pluribus animalibus cor laxo interuallo diſtat a pulmo ne ſitumq; ſuperius tenet : ut nihil ad cordis palpitationem conferat pulmo.

Differentia pulmonis uaria eſt aliis enim ſanguineus magnuſq; eſt :ut ui uiperis:aliis minor fungoſus exanguis & ſpnmoſus :ut ouiparis.

Capitulo ſeptimo : Renes ad excrementum quod in ueſicam ſecedit opitulantur.

Cor & iecur omnibus an malibus neceſſaria ſunt:alterum propter calo ris originem (locum enim adeſſe aliquem quaſi lares focumq; opor tet:quo naturæ fomites & primordia ignis natiui contineantur & ſer uentur eundemq; tutum eſſe ueluti arcem corporis totius neceſſe eſt): alterum (iecur dico) cibi concoquendi gratia adeſt.

Lien per accidens neceſſarius eſt:quomõ excrementa tum alui tum ueſi cæ :ex quo fit:ut in nonnullis deficiat magnitudine.

Nullum pẽnatum :nullum ſquammatum :nullum corticatum excepta te ſtudine renes habet quãq̃ in nonnullis auibus carunculæ quædam ſint latiuſculæ ſpeciem renum oſtendentes.

Nominum renes tanquá ex multis renibus exiguis compoſiti conſtant : neq; æquabiles ſunt ut renes ouium cæterarumq; quadrupedum : quo fit ut morbus eorum difficile curari hominibus poſſit etiam ſi nuper egrotare inceperint:quaſi multis renibus laborent

Omnibus quæ renes habẽt dexter ſuperior ſiniſtro eſt:& ſupercilium dex trum magis attollitur.

Ren dexter omnibus minus pinguis eſt:quia natura dextræ partis ſic cior eſt:& mobilior :motus autem pinguedini cõtrarius eſt:liquat enĩ pinguedinem & conſumit.

Cum cæteris animalibus renes habere pingues proficiat : ouibus hoc letale eſt:

Capitulo.x. Septa quædam quibus cor & pulmo & iecur ac lien ſeparantur animali in ſunt:quæ nonnulli præcordia appellant :quæ ubi propter uicinitatem attraxerint humorem calidum atq; excremẽtitium : cõtinue mentẽ ſenſũq; perturbant :eo quod cordi prætendũtur.

Anectitur hoc ſeptum ſiue cinctus coſtis parte ſui carnoſiore ualidioreq;: media autem conſtat membrana exiliori .

Motis per calorem huiuſmodi præcordiis:accidit homini titillatio & riſus:eſt enim riſus titillatio per eiuſmodi motum partis.

Cur homo animalium ſolus titilletur:ẽ ſepti huiuſmodi tenuitas &quod ſolus omnium animalium rideat.

Ictu traiecta præcordia in præliis riſum attuliſſe proditum eſt ſcilicet calore quem mouit uulnus

Cap.xiiii. Non utrinq; dentata habent plures uentres :ut inopiam dentium munus uentrium expleat dum alius ab alio cibum recipit :nomina uero his receptaculis indita ſunt aut indere licet: uenter arſineũ ſiue reticulum omaſum abomaſum.

Capitulo .xv. Habent coagulum omnia animalia quæ plures uentres cõtinent:& carent quæ unum habent excepto lepore : & habent quibus hoc datum eſt:non in magno uentre :nec in ræticulo neq; in ultimo quod abomaſum appellamus:ſed in eo quod eſt inter ultimũ & duos primos:quod omaſum uocatur.

Coagulum fit propter lactis craſſamentum :unde carent quibus ſinguli uentres:quoniam eoꝝ lac tenue ſit .

Propoſitiones ex quarto libro de partibus animalium Ariſtotelis :

Ex capitulo primo.

Eſica nec piſcibus nec ſerpentibus nec ullis ouiparis niſi teſtudini adiuncta eſt:humor enim iis in corticem tegentem :ut auibus in pennas aſſumitur .

Capitulo ſecundo Aliqui homines fel in iecore habere uiſuntur:& aliqui nõ:

Fel nõ alicui? gra:ſed purgamẽtũ atq; i utilẽ eẽ mãm cõſtat &nõ adeſt(ut qdã uolũt)ut partẽ aiæ ſitã i iecore mordẽdo excitet laxãdo exhilaret.

Cap.iii. Diffi. Omẽtũ mẽbrana quædã eſt ſeuoſa aut adipoſa quæ uẽtrem cõctaq; iteſtina cõplectitur:eſtq; ut facilius celeriuſq; cibus cõcoquatur pinguæ enim calidũ eſt:quale omẽtũ eſt.

Capitulo quarto Diffinitio. Lactes membrana quædam est pertendens continua de inteſtinorum tenore ad uenam uſq; maiorem: & abortam plena uenarum multarum atq; frequentium: quæ ab inteſtinis ad uenã maiorem abortáq; permeant.

Sicut ſtirpes radicibus terræ innixæ cibũ inde hauriũt: ſic animalibus uẽter & inteſtinorum uires pro terra ſunt: quibus per uenas lacti inditas capiant alimentum.

Hominum non nullis per metum funditur aluus & excrementum ueſicæ profluit:

Cap.v. Sæpia & alia quæ atramentum habent metu perculſa ipſum effundunt: ad præſidiũ & tutelã ut ſe abſcundant.

Quod calidum eſt & deſyderat & coquit cito: contra quod frigidum eſt cibo carere facile patitur.

Omnium animalium maxime cicadarum genus ieiunum eſt: ſatis enim iis alimento eſt humor quod in corpore remanet.

Vbi licet duobus uti ad duo opera nec aliud impeditur: unũ inſtrumentũ ad uſus diſſimiles natura facere non ſolet: attamen ſi fieri non poteſt: eodem ad plura opera utitur.

Cap.vi. Plura deſyderant inſtrumenta: animalia quæ plures motiones exercent.

Cap vii. Parte dextra efficatio ra ſuapte natura ſunt animalia omnia.

Cancri forcipẽ dextrum grandiorem ualentiorẽq; habent.

Cap.viiii. Ominibus animalibus collũ flexibile & uertebris compactum eſt excepto lupo & leone quibus oſſe continuo riget: commodius enĩ ad robur quam ad cæteros uſus collum iis eſſe natura uoluit

Solus animalium omnium homo erectus eſt: quoniam eius natura atq; ſubſtantia diuina eſt: officium autem diuini eſt intelligere atq; ſapere quod facile non eſſet: ſi uaſta corporis molles: aſſideret: pondus enim tardiorem reddit & mentem & ſenſum communem.

Diffinitio Pomilio eſt cuius pars ſuperior: a capite uidelicet uſq; ad excrementi oſtium: magna eſt: inferior uero quæ ſuſtinent pondus motũq; exercet parua eſt.

Omnes infantes pomiliones ſunt: quamobrem ſerpunt nec ambulare poſſunt: & a principio ne ſerpere quidem poſſunt: ſed immobiles iacent.

Profectu ætatis hominibus pars inferior augetur: quadrupedibus contra: pars inferior primum maxima eſt tum proceſſu temporis ſuperior creſcit: ut in pullis patet equinis.

Bruta hominibus ſũt dementio ra: & inter hoĩes pueri uiris: & inter uiros pomiliones mente deficiunt quãquam aliis uiribus forte ualeant:

Natura: ut homo prudentes: tribuere solet cuiq; rem qua uti possit: rectius enim tibia dabitur perito tibiæ: quam tibiam: habenti peritia tibiæ reddetur.

Homo non propter manus prudentissimus est: (ut uoluit anaxagoras:) sed quia prudentissimus omnium animalium est: ideo manus optinet qui enim prudentissimus est: recte plurimis uti instrumentis potest.

Manus non unum instrumentum esse uidetur sed multa: est enim (ut ita loquar) instrumentum ante instrumenta.

Quod hominem non bene sed deterrime omnium animalium constare aiunt (nudum enim atq; inermem creatum referunt:) non recte ii sentiunt cætera enim animalia unum auxilium habẽt: idq; nullo pacto permutare licet: sed homini multa auxilia habere licet eaq; subinde mutare quæ uelit.

Pollex breuis & crassus est ut robustus sit: polletq; plurimum: ut unus multis digitis equiparetur: cæteris sine eo fere inutiles sint.

Nullum animal mammas inter fœmora habet: cui pedes discreti indigitos sunt.

Hõ solus animalium cauda uocat natesq; habet easq; carnosas natura fecit ut ad requiem utiles essent

Vsus caudæ homini necessarius non fuit: quoniam nates sua corpulentia satis operiuntur: at quadrupedes & reliqua animalia: quoniam natibus uacua sunt ut pars quæ exitum excremento ministrat protegeretur: & custodieretur: caudam iis natura reddidit: sed simia neutrum habet: eo q; forma ambigua sit: uidelicet ut bipes cauda uacat: ut quadrupes natibus.

Manus officium est capere atq; præmere: itaq; longos habeat digitos oportet: pedes autem officium est tute cõstare: unde longitudinem latitudinemq; optinere debuit.

Capitulo. xx. Quibus auibus longa sunt crura: iis collum longum: & quibus breuia iis collum breue præterquam palmipedibus: aliter enim pastum ex terra administrari nõ posset

Carniuoris uolucribus longitudo colli in commoda est: imbecille enim: quod prolixum est.

Palmipedes collum longius habent tale enim ad cibum ex humore petendum commodius est: sed crura iis breuia ut melius natare possint.

Natura instrumenta ad officium: non officium ad instrumentum accommodat:

Explicũt propositiones ex quarto libro de partibus animaliũ Aristotelis

Incipiunt propoſitiones ex primo libro de generatione animalium Ariſtotelis ſecundum interprætationem theodori gaze theſalonicenſis.

Ex capitulo primo .

Enera cauſarum quattuor numero ponimus :primū cuius gratia ut finem: ſecundum ſubſtantiæ ratio / nem quæ quaſi unum quoddam fere exiſtimanda ſunt:tertium:quartumq; :materiam & id unde princi
g pium motus.
Natura infinitum uitare ſolet:infinitum enim fine ca ret :natura autem ſemper finem quærit.

Cap.ii. Generationis principia ſunt mas & fœmi/ na: mas quidem ut quod motus & generationis originem tenet fœmi na ut quod materiæ.

Diffinitiō Mas eſt animal quod in alio generare poteſt:fœmina quod in ſe ipſo.

Ad omnē officii functionem inſtrumento opus eſt .

Cap.iiii. Vt in ratione cibi uoratiora auidioraq; ſunt quibus inteſtinum rectum ſic & ea quæ teſtibus carent meatuſq; tantum habent :aut non carent :ſed intus habent omnia propēſiora celerioraq; ad uenerē ſunt: at uero q̄ caſtiora eſſe conuenit:iis ut in cibi uſu inteſtino opus eſt nō recto:ſic & meatus illi reuolutionem anfractuſq; habent ne libido uehemens crebraq; citetur.

Teſtes ad hanc rem emolita natura eſt :ut motum excremēti genitalis ſtabiliorem faciant cum replicationem ſeruent : nullam autem partem meatuum teſtes complent:ſed adiecti pendent eo modo quo ponde/ ra textrices telis annectunt: his enim detractis meatus ītro ſe retrahunt quo fit ne exacta poſſint generare :natura niſi ita retraherentur poſſent generare:& iam taurus quidam cum ſtatim a caſtratione iniiſſet:impleuit quoniam nondum retracti eſſent meatus.

Sunt qui dicant ſemen ex toto corpore prouenire:idq; quattuor fere argumentis probent primum eſt uehementia uoluptatis :quia amplius eſt quod omnibus membris :q̄ quod paucis accidit ſecundum q̄ ex mancis manca procreentur:ſemen enim ab ea parte quæ deeſt proficiſci negant:tertium ſimilitudo parētum : quartum quoniam quemadmodū totius aliquid eſt ex quo primum generetur:ſic & partis cuiuſq; ſit ſemen aliquod proprium.

Cap.xviii. Similitudo parentum nullum iudicium affert ut ſemē genitale ex toto corpore ſecedat quando quidem & uoce & unguibus : & pi

lis:& motu ſimiles procreantur:ex quibus nihil proueniat:

Cā qđ uoluptas rei uenereæ uehementior ſit:nō eſt quia ex toto ſeceſſerit ſemē:ſed quia prurigo ¦uehemēs accidit:quáobrē ſi quis freq̄nter ea re utitur minus afficitur uoluptate:itemq; uoluptas ueneris ī fine coitus potiſſimum eſt:ſed ſi ex toto ſecerneretur:non ſimul ſed ſingulis partibus aliis prius aliis poſt exultaret.

Et ſi māca ex mancis ꝓdeūt:nō manca etiam ex mancis gignuntur.

Multifariā aliud ex alio fit:uno modo cū ex die noctem fieri dicimus aut ex puero uirū: quoniam hoc poſt hoc:alio modo cū ex ære ſtatuam & q̄cúq; ex materia fieri dicimus alio modo cū ex ſano ęgrū:aut oio ex cōtrario cōtrariū alio mō cū ex calūniis maledicta ex maledictiſ pugna q̄ eo referūtur unde principiū motus .ex ſemine aūt fit aliqd: ſecundo & quarto modo.

Diffi. Semē & fructus iter ſe differūt prioris poſterioriſq; rōe:fructus .n.ē qđ ex alio eſt:ſemen ex quo aliud:nā alias ambo idē ſunt.

Quicquam ſecundum naturam oriri non poteſt:ex iis quæ ꝓter nꝰm ſūt Semen nec in prima ætate:neq; inſenectute:neq; in morbis ē:carēt enim hoc egri ꝓp ībecillitatē. ſenes quia nō ſatis natura pōt concoquere.

Quod ꝓ habitū corporis bonū carnulēti &pinguiores euaſerint:minus ſemen emittunt: minuſq; rem ueneream expetunt.

Viri mulieresq; pingues minus fecundæ: quā nō pingues uidētur.

Ca.i.Semē cōcoctū diuerſū a ſāguie ſecernitur:nā ícōcoctū:aut ꝓ uī emiſſū:uꝫ cū ultra modū quis re uenerea utitur cruētū iā aliquibus prodiit.

Diffi. Samē ē excremētū alimenti utilis atq; ultimi:ſanguis uidelicet q ultimo in membra digeritur.

Vt filii ſimiles parentibus ſint rō exigit:quoniā ſimile ē qđ ad partes acceſſerit ei qđ remanet: ſemen eni eſt manus ídefinita aut facies aut aial: facultate ſeu uirtute quam in ſe continet.

Vt maribus genituram ſic fœminis menſtrua prouenire apertū eſt:eadem enim ætate maribus genitura fieri incipit &ſecerni:fœminis menſtrua erumpunt:uoxq; mutatur & mammæ intumeſcunt: & deſinente ætate aboletur maribus generandi facultas:fœminis menſtruorum confluuium.

ſnditium faciunt hæc menſtrua eſſe excrementum ut ſemen: ꝙ non mariſcæ:non profluuium e naribus ſanguinis .non uarices mulieribus magna ex parte fiunt quā diu menſtrua profluunt:minuſq; uenoſæ quam mares & lautiores & leuiores ſint euidentiſſimeq; paileant:corporeq; minora ſint maribus:plurimum enim excrementi in menſtruis mulier emittit:

Cap.xyiiii. Semen a fœmina non conferri ad generationem apertum

eſt:nam ſi ſemen eſſet menſtrua non eſſent:nunc ideo deeſt quia ſunt: idq; inditio eſt:quod ſæpenumero fœminæ concipiant ſine ea quæ per coitum fit uoluptate :q; autem ſemen conferri a fœmina per coitum non nulli exiſtimant : propterea quod iterdum aliquid humoris ſecernat :id non humor ſeminalis eſt :ſed loci proprius:uteri enim excretio eſt:quæ aliis euenit quod plurimum dixerim:iis quæ nitidæ fœminareſq; ſunt: aliis uero non ut iis quæ fuſcæ atq; uiragines unde copia interdum non :feminis emiſſione eſt ſed multo excedit.

Quoniam mas ut mas mouens & agens eſt:fœmina qua fœmina ut patiens :ad maris genituram fœmina non genituram ſed materiam confert:natura enim menſtruorum pro prima materia eſt.

Si maris ſemen quo agens & mouens eſt:fœminæq; menſtrua ſumantur quibus patiens & quod mouetur fit:non ex iis unum qnod gignitur erit :ſed ita ut ex fabro & ligno lectus aut ex cæra & forma globus:unde nihil ſecerni a maris ſemine neceſſe eſt:ſicut nec a fabro.

Fœmina materiam præſtans :nec ut mas generãs : per ſe ipſam non generat:principium enim & id quod moueat diſcernatq; deſyderat.

Nulla pars fœtus:ſemen maris eſt:ſic nec a fabro quicquam ſecedit ad lignorum materiam : natura enim maris ſemine utitur quaſi inſtrumẽto:ſicut artifex manus.

Quanquam diuerſa ſint animalia mas & fœmina :tamen ſpecie idem ſũt

Propoſitiones ex ſecundo libro de generatione animalium Ariſtotelis

Ex capulo primo.

T animalium genus ſit ſempiternum ſit eorum generatio: generationis uero genera ſit: ut ſit mas & fœmina in rerum
u natura.

Perfectiora calidioraq; animalia :prolem reddunt perfectam qualitate :non quantitate: omnia enim poſtea quam nata ſunt incrementum recipiunt.

Quæcunq; a natura aut arte efficiuntur ab eo quod actu eſt fiunt:ex eo q; potentia tale eſt.

Semen potentia eſt quod ex eo fit:motumq; habet & principium tale : ut motu peracto pars exiſtat quæq; :ademq; ſit animata:non eſt enim facies niſi animam habeat neq; caro:ſed corrupta æquiuoce dicetur facies aut caro: perinde quaſi lapidea aut lignea facta ſit.

Quẽadmodum non ſecurim:non aliud inſtrumentum dixerimus factũ eſſe ab igne ſolo :ſic non pedem non manum eodemq; modo ne car-

nem quidem:nam eius quoq; aliquod officium est:dura igitur & mol lia &quicunq; alii affectus partibus in sunt animatis a frigiditate calidi tate ue effici possunt:at ratio qua iam caro est aut os est non potest sed a motu proficiscente ab eo qui genuit:quodq; actu est id'quod potentia est id ex quo gignitur: sic enim & in arte ferꝝ durum aut molle effi citur a calore uel frigore:at uero ensis a motu instrumentorum.

Semẽ habet animam &est animal potentia.

Nihil seipsum generat:sed postquam generatum est se ipsum auget.

Non omnes simul partes animalis generantur.sed unam primũ oriri ne cesse est.quæ principium augendi contineat.

Cuiusq; perfecti officium est:q; tale alteꝝ generet quale ipsum ẽ:

Cap.ii. Semẽ commune est aqua & spiritus eiusq; natura spumosa est :qđ enim ex aqua est & spiritu :ut spuma crasior albaq; existit:

Homines antiquos non latuisse uidetur naturam seminis esse spumosam deam enim quæ rei uenereæ præest uidelicet nenerem ab ea ipsa facultate nominauerunt eam scilicet aphrodit in appellantes aphros enim spuma dicitur

Cap.iii. Animam uegetalem :& sensualem in seminibus & concæptibus haberi potentia statuendum est:non actu priusq; eo modo quo concep tus qui iam seiparantur cibum trahant:& officio haꝝ animaꝝ fũgãtur.

Quorum principiorum actio est corporalis:hæc sine corpore in esse non possunt :ut ambulare sine pedibus:itaq; extrinsecus eas animas uenire impossibile est:neq; enim ipse per se accedere possunt : cum inseparabi les sint neq; cum corpore semen enim excrementum aliméti mutati ẽ

Mens sola extrisecus accedit eaq; sola diuia ẽ :nihil enim cum eius actio ne coĩcat actio corporalis.

Pro ut nobilitate ignobilitate ue animæ inter se differunt: ita & natura eius corporis differt.

Inest in semine omnium quod facit ut fœcunda sint semina.uidelicet qđ calor uocatur: idq; non ignis nec talis facultas aliqua est: sed spiritus q in semine spumosoq; corpore continetur :& natura quæ in eo spiritu ẽ proportione respondens elemento stellarum.

Solis calor & animalium non mouetur qui in semine continetur :uerum etiam si quid excrementi sit quanquam a natura diuersum : principiũ habet uitale:

Calor in animalibus contentus nec ignis est neq; ab igne originem ducit ignis enim nullum animal generat.

Semen cum excrementum sit eodemq; moueatur motu quo augetur cor pus digestione ultimi alimenti :ubi uterum subit constituit & mouet excrementum fœminæ eodem motu quo ipsum mouetur :nam illud quoq; excrementum est:habetq; omnes partes potentia: actu nullam:

& eas etiam quibus differt fœmina a mare:

Vt ex lesis interdum læsa:interdum non læsa gignuntur:sic ex fœmina p tim fœmina:alias nō fœmina generātur fœmina enim q̄si mas læsus ē

Cap.iiii. Menstrua semen sunt quanq̄ nō purum non habēt enim principium & originem uitæ id enim a maris seie affertur.

Sine ui excrementa seminis per somnum exeunt si meatus laxi pleniq; excrementi sunt idq; maribus & fœminis accidit:qđ pollutionē appellāt

Corpus animalium ex fœmina est:anima ex mare :substantia enim corporis alicuius anima est.

Cor primum distinguitur in omnibus animalibus:id enim principium ē & similarium & dissimilarium partium idq; primum effici non modo sensu percipitur :sed etiam q̄ per obitū uita in corde ultimo deficit

Euenit in omnibus ut quod ultimum fit id primum deficiat: & quod primum & ultimum:quasi natura decursionem reducem agat: & a calce ad carceres unde prorsit redeat.

Diffi generatio est ex non ente in ens:corruptio ex ente in non ens.

Gignuntur post principium:interiora priusquam exteriora:

Quæ semper sunt aut fiunt nullum principium esse quærendum non recte afferitur:sed ea duntaxat principia nō recipiunt examen eiusmodi quæ rerum sempiternarum sunt principii enim alia cognitio non demonstratio est.

Principium in rebus immobilibus quidditas:in rebus autem quæ fiunt iam plura principia habentur:sed mouetur diuerso: nec omnia mouetur eodem quorum principioꝝ unum numero est :unde motus.

Triangula figura duobus rectis equales semper habet: & diametrum incommensurabilem esse costæ quadrati sempiternum est at tamen eoꝝ causa aliqua & demonstratio est.

Quod effici potest non efficietur a mouente quod actu careat :neq; mouens quod actum optinet id efficere ex quolibet poterit: sed ex materia apta neq; quolibet modo aut tempore: sed ut apte & cum apte effici potest.

In est calor in excremento seminali tantam talemq; habens motionem& actionē quanta modice ad quam uis corporis partem acommodetur: quod si uel deficit uel excedit rem quæ fit aut deteriorē efficit aut læsam aut mancam :sicut etiam accidit in iis quæ igne coquuntur aut ad cibum aut ad alium usū:si in iis motū caloris non moderamur.

Caput post cor continuo generatur.

Olfaciēdi audiendiq; meatus orti a corde tendunt ac desinunt ad uenulas cerebro adiunctas.

Sicut dispensatur in cura rei familiaris ut cibus optimus detur liberis :deterior seruis:uilissimus sociis animalibus :sic perinde ac paterfamilias

in ortu ipso natura ex materia ſiceriſſiam carnem cæterorumq; ſenſo-
riorum corpora conficit:exrecrementis oſſa neruos :pilos:ungues:un
gulas:& reliqua generis eiuſdem conficit:

Diffi. Alimenti ratio duplex eſt:altera nutriendi altera augendi :nutriens
eſt quod eſſe probet & toti & partibus : augens quod acceſſionem ad
magnitudinem facit.

Defunctis pili augentur:ſed naſci nequeunt.

Dentes eandem naturam quam cætera oſſa habent:accreſcuntq; ſoli om-
nium oſſium in tota uita breui enim tempore attritu cõſumerentur.
niſi ſnbinde repararentur.

Cap.v. Coeunt animalia non ſolum generis eiuſdem:ſed etiam quorum
genus diuerſum quidem :ſed natura non multum diſtat ſi mouetur
par magnitudo ſit.

Quod de aphrica in prouerbio eſt:ſemper aliquid noui aphricam afferre
propterea dicitur quod diuerſa in ea animalium genera coeant : nam
ob aquæ penuriam in unum congregantur.

Experimento in aqua probatur fœcunditas ſeminis quod enim tenue ac
frigidum eſt:cito diffuſum per ſumma innatat quod fœcũdum eſt in
imum deſcendit.

Mulier& ſterilitatis ꝓbatio ſuffitu fit:ut odores ſubeuntes uterũ efferantur
ad locũ ſpirandi & afficiant alitũ :atq; etiá illitu fit :ut colores oculis i-
poſiti ſaliuam oris colores perficiant:nã nihil hæc ita fiant meatus cor
poris confuſos & obſeptos ſignificatur.

Sedes oculor& maxime omnium locor& capitis ſeminalis eſt :quod patet
cũ ſola ipſa per coitum uenereum manifeſte immutentur :& uſu immo
dico rei uenereæ oculi aparte langueant.

Equa menſtruoſa non eſt minimũq; inter quadrupedes emittere ſolet.

Cap.vi. Genus mulorum totũ ſterile:eſt ſed rei cauſa nõ bene ab empedo
cle & democrito redditur.

Rationes quæ nõ ex propriis principiis ducuntur inanes ſunt : & rer& eſſe
uidẽtur cum longe aberrent.

Multa eo quæ nõ eadem ſpecie ſed diuerſis generãtur fœtifera ꝓdeunt.

Aſina conceptus incontinens eſt:genituram enim intectam emingit :niſi
uerberibus prohibeatur.

Frigidum animal aſinus eſt:unde in locis frigidis gigni non poteſt:ut
apud ſcythas.

Si equus ſuperuenerit aſinam quam inierit : aſinus non peruertet aſini
initum :ſed ſi aſinus ſuperuenerit equam quam equus inierit :peruer-
tet propter ſeminis ſui frigiditatem:

Quoniam equus & aſinus apti propenſiq; ſunt ad ſterilitatem : facilime
enim aſinus ob frigiditatẽ ad ſterilitatẽ labitur: equusq; tanto idone

us ad ſterilitatem redditur:quanto quod ex ipſo prodierit ſemen frigidius redditur cum aſini excremento miſcetur:ideo quod ex iis prodiit non fœcundum ſed infœcundum ad perfectam fœtificationem eſt:nihil enim deeſt:ut ſterilis ſit.

Euenit ut corpora mularum magna efficiantur quoniam menſtruorum deceſſus ad corporis incrementum uertitur mulis enim mẽſtrua deſũt & quantum in utile eſt ad corporis incrementum cum excremento ueſicæ abigitur:unde fit ne muli genitale fœminarum ſed ipſum excrementum olfaciant.

Concipere quidem aliquando mula poteſt:quod iam factum eſt:ſed enutrire atq; in finem perducere non poteſt.

Mulus generare interdum poteſt:quod autem fit gymnus é quod mulus oblæſus eſt:pygmæorum enim ideſt nanorum pomilionum & puſillorum generationi ſimilis eſt:nam eorum membra & magnitudines uiciantur in utero.

Propoſitiones ex libro tertio de generatione animalium Ariſtotelis

Ex capitulo primo.

o Va quæ imperfecta & ſubuentanea ſunt:minus augentur:& qp minus augentur plura numero exiſtent: minus etiam ſuauia ſunt:quoniam minus concocta: concoctum enim in quo uis genere ſuauius eſt.

Arborum multæ cũ ad modũ copioſe fructum tulerint exareſcunt: cibus enim in ſemen conuertitur.

Qua tum auium tum piſcium ad generationem imperfecta ſunt niſi ſemen maris accedat

Sunt auium oua bicolora:piſcium unicolora.

In bicoloribus ouis animal initium ſuæ generationis:a candido quæ ps eſt calida ſumit:cibum uero a luteo quæ terroſior pars eſt capit.

Candida pars oui ſua natura humida eſt: caloremq; animal ẽ intra ſe cõtinet.lutea uero terrena eſt.

Capitulo.ii. Ouum utero adheret ea parte qua principium genitale maris continetur:eſtq; illa pars acuta:quamobrẽ durius ea ipſa parte eſt ouũ: q̃ inferiore:principium enim operiendum cuſtodiendũq; eſt.

Perfecto ouo in utero durum ac rigidum euadit ita modice ut exeat adhuc molle:dolorem enim mouent niſi ita exiret: egreſſum ſtatim refrigeratum duratur:euaporato humore quam primum:qui exiguus eſt.

Si tempus ſit bene temperatum:& locus in quo oua manent tepidus:concoquuntur & oritur pullus.

Natura attendere uidetur:ut ſenſum prouidum curamq; diligentem erga prolem parentes habeant:ſed in genere deteriore hoc facit quouſq; pariant:in aliis quibuſdam donec perficiant:prudẽtioribus uero plus

cure mandatur:ut etiam enutriant:poſtremo iis quæ prudẽtia iam maxime prodita ſunt conſuetudo :amor: & charitas in prolem etiam ad ultam ſeruatur ut homini.

Viuunt primo quæ in ouis:&quæ in animalibus gignuntur uita plantæ.

Cap.v. Piſces imperfecta pariunt oua:quæ foris incrementum iuſtum recipiant :atq; inſœcunda ſunt niſi mas ſequendo ſuum aſperit ſemen.

Coruorum genus libidinoſum non eſt quippe quod pariẽ fœcũdũ eſt:

Neq; piſces ut quidam ſcripſere neq; ulla animalia ſemine per os implentur:meatus enim qui per os introtendit in uentriculum fertur :non in uulnam :quodq; uentriculum ſubierit id alimentum effici neceſſe eſt: concoquitur enim.

Cap.viii Arma ad pugnam uireſq; exercendas nulli fœminæ tribuitur nec mas ullus ſolet in prole laborare.

Apes ſine coitu generant:& fœmine ſunt qua generant ratiõe: ſed habẽt intra ſe ut plantæ ſexum maris ac fœminæ.quamobrem iis datum eſt inſtrumentum ad pugnam :nec fœmina; appellandũ eſt:in quo mas diſtinctus non eſt idemq; regibus apum euenit.

Duces apum generant ſe ipſos :& aliud genus apum :apes uero generant fucos fuci uero non inſuper generant:ſed hoc ipſi priuantur

Super quod ſecundum naturam eſt ordinem habet.

Recte reges apum intus manent immunes omni negotio neceſſario:qua ſi nati ad ſobolis procreationem :magnitudine itẽ præſtant quaſi ad prolem generandam corpus eorum ſit inſtitutum.

Conuenit fucos ocioſos inerteſq; eſſe cum nulla habeãt arma quibus de cibo poſſint dimicare:

Apes medium inter reges & fucos tenent:ita enim utiles ad negotia :ofſoſeq; operariæ eſſe poſſunt ut & filios alant & parentes.

Apes ſequi ſuos reges:ut faciunt: conſentaneum eſt rationi :qua generationem apum a regibus proficiſci ſtatuimus:nam niſi quid eſſet tale ratione carerent ea quæ aguntur in earum imperio atq; etiam regibus cõcedere nihil laboris ſuſcipere :ut parentibus:fucos uero caſtigare: ut filios: iuſtius enim caſtigantur filii &quorum negotium nullum eſt.

Cap.x Fit ut multiformia ſint quæ in humore gignũtur q̃ quæ i terra:humor enim naturam habet effingendum afformandumq; habilio rem quam terra.

Ignis ſemper formam non propriam habere uidetur :ſed in alio corpore genus enim hoc apud lunam quærendũ eſt.

Diffi. Nihil gignitur putreſcens ſed concoctum putredo uero & putridũ excrementum rei cõctæ eſt:nihil enim ex toto efficitur :ſed quantum in utile id aut a natura aut ab arte detrahitur.

Omne genus teſtarum ſponte inſtitui apertum hinc eſt :q̃ nauigiis putre

ſcẽte fæce ſpũoſa adnaſcũſ:& locis:mſtis ubi nihil tale aderat aſi ut oſtreæ

Propoſitiones ex quarto libro de generatione animalium Ariſtotelis.

Ex capitulo primo.

Ccedendũ ſemper eſt in aſſignãdis cauſis ad rei cauſas primas: quo ad maxime fieri poteſt.

a Diffi Quod poteſt concoquere & cõſtituere & ſecernere ſemẽ: atq; principium optinet formæ id mas ẽ:quod autẽ recipit nec poteſt conſtituere & ſecernere id fœmina eſt.

Diffi O is facultas inſtrumentum aliquod ſibi accomodatũ habet.

Natura ſimul & inſtrumẽtum & facultaté dat:ſic enim melius eſt:nã nec uiſus ſine oculis nec oculus ſine uiſu perficitur.

Gignitur ex contrario quodammodo unumquodq;.

Quoniam omnis delatio in contrarium eſt:quod non ab eo ſuperatur a quo conditur ſiue creatur:id in contrarium mutari neceſſe eſt.

Cauſa ea eſt cur fœmina generetur: cum enim principium non ſuperat neq; concoquere poteſt propter caloris inopiam :neq; ducit in ſuã formam ſed tantiſper ſuperatur mutari in contrarium neceſſe eſt :contrarium autem maris fœmina eſt ideſt qua alterum mas alterum fœmina eſt:& cum facultatis ſiue uirtutis differentiam habeat : inſtrumentũ quoq; habet auerſum :itaq; in tale mutatur .

Parte aliqua opportuna mutata conſtitutio tota animalis multo diſcrepat forma:licet hoc perſpicere in ſpadonibus :qui una parte truncati: tam a priſtina forma diſcedunt parũq; a fœmina ſpecie diſtant : partes enim nonnullæ principia ſunt.

Principio mutato multa ex iis q̃ ſequũtur cõmoueri &mutari neceſſe eſt :

Cap.ii Nouella & ſeneſcẽs ætas magis quam florens fœminas generat: in altera enim calor nundum perfectus eſt:in altera deficit :humidiora etiam effœminatioraq; corpora fœminam potius gignunt:& fœmina humida magis q̃ ſpiſſa:ob caloris naturalis inopiam.

Flantibus aquilonus magis quã auſtrinis mares gignuntur.

Menſtrua ſecundum naturam menſibus decreſcẽtibus potius fiunt:tempus enim hoc menſis frigidius eſt & humidius propter lunæ decremẽtum defectionẽq;:ſol enim per totum annum hyemẽ atq; æſtatem facit :at luna per menſem id agit non quidem acceſſu & receſſu:ſed altera increſcente luce alterum decreſcente.

In minimo interdum momento cauſa datur caliditatis &frigiditatis:quæ cauſam complent generationis.

Adgenerationem ſterilitatemq; :& maris fœminæq; procreationem inter terras & aquas intereſt: qualitatem enim quãdam potiſſimum recipit & alimentum & diſpoſitio corporis ex temperamento aeris conti-

nentis &cibi ingredientis:ſed præcipue ex alimonia aquæ:huius enim uſus plurimus eſt:atq; in omnibus aqua alimento eſt etiã in ſiccis: quã obrem aq̃ crudæ & frigidæ aut ſterilitatẽ:aut partũ fœmineũ faciunt.

Calor ſeminis ſi ualde ſuperat exſiccat humorem :ſi multo deficit nõ cõcernit:ſed medii rationem ad rem concedendam ſeruari oportet.

Capitulo .iii. Qui ſuis parentibus ſimilis non eſt:monſtrum quodammodo eſt:diſceſſit enim i eo quodammodo natura ex proprio genere :cæpitq; degenerare.

Initium primum degenerandi eſt fœmina generari ¡non marem : uerum hoc neceſſarium eſt naturæ.

Mares magna ex parte ſimiles patri exiſtunt:fœminæ matri.

Cum motus maris ſoluuntur:& materia non ſuperatur: monſtra fiunt.

Puerum ortum capite¡arietis aut bouis referunt:& uitulum capite pueri : & ouem capite bouis natam eẽ:ſed nihil ex iis quæ nominant eſt ¡quã uis ſimilitudo quædam¡generetur:idq; tempora ipſa grauiditatis declarant quæ plurimum diſcrepant in homine & cane:& in oue & boue :naſci autem¡nullum niſi ſuo tempore poteſt.

Capitulo quarto. Monſtra raro fiunt in his quæ ſingulos pariunt : ſed crebrius in iis quorum partus eſt numeroſus :& præcipue in auium genere :earumq; potiſſimum in galinis .

Monſtrum eſt res præter naturam :ſed præter eam quæ magna ex pte ſit

Quæ maxima iter animalia ſunt ea ſingulos pariunt :cibus enim in iis aſſumitur in corporis incrementum:minora uero plures pariunt :quoniam iis natura demonſtrando de magnitudine auget in excremento ſeminali exuperantiam :& multa parua effici in eodem poſſunt : ſed multa magna effici difficile eſt.

Non eſt quantolibet ſemine concæptus inchoatur : ſed ſi aut parum aut multum ſit gigni non poterit :præſcripta enim certaq; eſt uirtus & patientis & agentis.

Quibus gemina habere genitalia accidit alterum maris alterũ fœminæ: iis ſemper alterum ratum :alterum irritum redditur.

Vnum ne an plura ſit per coaugmentationem quod monſtrificum prodit animal:iudicandum eſt principii ratiõe:uerbi gratia ſi cor pars eiuſmodi eſt:quod unum cor habet unum animal ẽ:qd' duo id duo aialia eſt:quæ ſibi coaluerũt propter conceptuum coniunctionem:

Iam fœminis nonnullis os uteri compræſſum concorporatumq; ab ineũte ætate ad tempus uſq; menſtruorum perſeuerauit:mox urgẽtibus mẽſtruis doloreq; infeſtante:aliis ſpõte diſruptum eſt:aliis diſſectũ a medicis:nõnullæ interiere.

Vacam fuiſſe perinthi accepimus : cui cibi excrementum extenuatum p

ueſicam tranſmittebatur.

Cap.v. Sola animalium mulier & equa grauida coitum patiuntur.

Pili abundantia & hirſuties copiam iudicat excrementi quamobrem homines piloſi libidinoſiores & ſeminis copioſiores ſunt q̄ læues.

Cap.vi. Mares potius quā fœminæ oblæſi i genere hominum naſcuntur quoniam mas a fœmina differt calore naturæ:quo fit:ut mobiliores ſint mares in utero:motuq̄ ipſo frangantur præ ſua imbecillitate.

Fœmina intra parentem tempore longiore perficitur:quam mas:ob ſuā frigiditatem:at ubi in lucem uenerint celerius quam mares perficiūtur

Pubes & uigor & ſenectus fœminis prius uenit quā maribus:ſuntq̄ ſua natura debiliores frigidioreſq̄:& ſexum fœmeninum quaſi leſionem naturaſem & detrimentum putandū ē.

Omnia minora:ut in artis opibus:ſic in naturæ:citius ad finē deueniūt

Gemini mas & fœmina in genere hominum prodeuntes minus ſeruātur: quoniam hic concurſus præter naturam eſt: cum non pari tempore mas & fœmina diſcernantur.

Quibus gentibus ſolitum eſt ut mulieres labores ſuſcipiant:iis nec uterus tam difficulter geſtatur:& partus facilis eſt:nō enim tantum ſibi cōtra hunt excrementi ſicut quæ uitam otioſam & fellulariam degūt: labor enim excrementa conſumit:cunq̄ pturigo laborioſa ſit: labor & exercitatio actæ uitæ facit ut ſpiritum poſſint retinere:in qua re partus facilitas conciliatur.

Quod mulieres inferendo utero cæteris animalibus magis grauātur: maxime cauſa eſt q̄ cum cæteris aut exigua purgatio:aut nulla manifeſta fiat mulieri plurima euenit:quæ cum per uteri geſtationem defierit infeſtat atq̄ perturbat:& principio potius cum concipiunt perturbari ſolent:conceptus enim purgationem impedit & præexiguitate ſua aſſumere copiam excrementi inter initia non poteſt.

Cap.vii. Iam accidit mulieri cuidam ut cum cōcubuiſſet & ſe concepiſſe putaſſet: primum uentris molles augeretur & reliqua ex ratiōe uenirēt ſed cum tempus periendi inde eſſet:nec pareret nec moles diminuetur:ſed annos tres aut quatuor ita perſeueraret:quo ad dyſenteriæ.i. difficultati inteſtinorum implicata demum peperit:carnem quā molam uocant:idq̄ adeo indureſcit ut uix ferro trāſigi poſſit idq̄ ſolis mulieribus euenit aut maxime:

Accidit mola propter caloris debilitatem:natura enim de uita certare uidetur:nec poſſe perficere finemq̄ imponere generationi: quamobrem aut tota uita aut longo tempore durat quod inchoatum eſt: cauſa autē duritiæ cruditas eſt

Capitulo octauo. Eadem eſt materia quæ alit & ex qua generatiōem natura conſtituit.

Diffi. Lac ſanguis concoctus non corruptus eſt

Lactantibus non fiunt purgationes ſecundum naturā:neq; concipiunt:& ſi conceperint lac extinguitur quoniam eadem lactis & menſtruorum eſt natura.

Temporibus bene præſcripta eſt animalium generatio:cū enim præ maguitudine ſcilicet fœtus non ſatis præterea fœtui eſt alimentum quod per umbilicum miniſtratur:lac ad alendum utile ſuccedit quia ſcilicet ut paulo ſuperius probat tale alimentū eo ꝙ minus eſt cōcoqui celeritus poteſt ſicq; lac fieri .cunq; per umbilicum alimentum non ſubeat: comprimunt ſe ſe uenæ illæ circum quas tunita eſt quæ umbilicus uocatur:atq; ob eam rem tunc exitus opportune fœtus conſequitur.

Cap.viiii Partus pronis in caput conuerſus fit per naturam omnibus animalibus:eo ꝙ partem ab umbilico ſuperiorem maiorē habētq; inferiorem :maiora aut plus ponderis continent :itaq; ueluti inſtatera dependētes eo uergunt quo trahuntur.

Cap.x. Luna principium eſt generationis propter ſolis ſocietatem receptumq; lucis :fit enim quaſi alter ſol minor q̄obrē cōducit ad oēs generatiōes pfectiōeſq;: calores.n.& refrigerationes cū moderatiōe q̄dā generatiōes:ſine moderatiōe corruptiōes efficiūt.

Reꝛ minus principaliū circuitus ſequūtur reꝛ magis prīcipaliū circuitū:

Natura ita ſibi uult ut ſyderum numeris generationes & obitus numeret: ſed exquiſite id facere neqt pp materiæ indefinitionē:& ꝙ multa principia incidūt quæ generatiōes deſtinatas ſcd'm naturā & corruptiones ſæpe ipediant :atq; ita cā ſint eaꝛ quæ ueniant præter naturā.

Propoſitiones ex quinto libro de generatione animaliū Ariſtotelis:

Ex capitulo primo.

o Pera quæ nō ſunt uel naturæ coīa uel generum ſinguloꝛ proꝑia:hoꝛ nullū alicuius gratia aut eſt:aut fit: oculus enim alicuius gratia eſt:ſed cæſus non alicuius gratia eſt:niſi hæc affectio ſit propria generis.

Non quia tale quid gignitur quodq;:ideo tale quid eſt:ſcilicet in his quæ ſtatuta definita &certa naturæ ſunt opera:ſed potius quia tale ē:iccirco tale & gignitur:ſubſtantiam enim generatio ſequitur &ſubſtantiæ gratia eſt:non ipſa generationem .

Pueri cū nati fuerint dormire maxime oīum impfectoꝛ aīaliū ſolēt quoniā itra parētē cū primū ſētire cepint tps dormiēdo totū fere ꝛſumūt.

Tranſitio de nō eſſe in eē per mediū fieri ſolet.

Sōnus ſua natura uidetur uiuēdi & nō uiuēdi inter liminium eſt.

Infātes cū uigilāt nō rident .cū dormiūt rident īterdū ēt lachrymātur pp conſuetudinē.n. q̄ſi neſcii uigilādi ſētire uiuereq; i dormiēdo uidētur

Imperfectiſſimi omnium perfectorum partuum infantes naſcuntur:&in-
cremento partis ſuperioris exuperant.
Oculi omnium puerorum ſtatim aperti cæſiuſculi ſunt poſt uero mutan
tur in eam naturam quæ futura eſt.
Oculi qui multum humoris continent nigri ſunt:quoniam humoris co-
pia tranſpici ſatis non poteſt:cæſii autem parum habent humoris:ut i
mari etiam cernitur non alto.
Viſus ſiue ualidus ſiue inualidus nequit res ſplẽdidas cernere: quoniam
eius humor ultra modum afficitur & mouetur.
Glauconia quæ ſiccitas eſt oculorum cæſiis potius accidit:nam & ſeneſcẽ
tibus magis euenit:oculi enim ut reliquum corpus ſenectute ſicceſcũt
Luſcioſitas (quæ humoris eſt copia)nigris oculis euenit: qua propter mi
noribus natu potius accidit.
Viſus optimus qui inter multum & parum humoris moderatus cõſtat.
Diffi. Canities debilitas quædam humoris ſiti in cerebro & cruditas eſt:
idemq; cæſietas eſt.
Acumen cernendi bifariam dicitur ſimiliter & audiendi & olfaciendi:di
citur enim acute cernere:aut quod procul cernere poteſt aut quod diffe
rentias rerum quæ cernuntur maxime ſentiat:quæ quidẽ ſimul nullis
eiſdem contingunt.
Cauſa cernendi tam acute ut differentiæ cernãtur:in ipſo oculo eſt:in pu
ro enim ſincæroq; oculo uel parua motio patet ſenſumq; efficit:at ut,p
cul cernatur:cauſa ſitus eſt oculorum quæ enim oculis prominentibus
ſunt procul cernere nequeunt:quæ uero intus in cauo oculos habẽt po
ſitos longe aſpicere poſſunt: quoniam motus in uaſtum nõ diſſipatur:
ſed recto tramite meat.
Cap.ii: Meatus ſenſoriorum omnium:(ut dixi cum de ſenſibus agerem):
tendunt ad cor.
Oſcitantes aut ſpiritum reddentes accipientes ue minus audiunt:quoniã
extremum ſenſorii auditus ad partem ſpiritualem terminetur:&quatia
tur moueaturq; una cum inſtrumento ſpiritali quotiens illud ſpiritum
mouet.
Capitulo.iii: Pueri &mulieres non calueſcunt:natura enim earum ſimilis
eſt naturæ puerorum.
Capitæ homines ſeneſcentes caneſcunt:primoq; temporibus caneſcunt:
ſed nemo uel temporibus uel occipite calueſcit: uerũ parte capitis prio
re ea enim parte frigidum cerebrum continetur.
Caneſcere nulli ex cæteris animalibus accidit manifeſte: quamuis equus
euidentius quã cætera ita afficiatur.
Pili proportionaleq; pilorum ut pennæ &ſquammæ:non ex carne:ſed ex
cute oriuntur.

Craſſi pili ex craſſa:tenues ex tenui cutæ proueniunt.
Hominum capilli longiſſimi ſunt:cerebrum enim quod humidum & frigidum eſt largam humoris copiam præbet.
Si exhalatio pilorum fumoſa eſt:præ ſua caliditate & ſiccitate criſpum efficit pilum:inflectitur enim quoniam duplici delatione fertur:terenum enim deorſum calidum ſurſum fertur.
Duriores ſunt pili criſpi quã recti durum enim quod ſiccum eſt
Simplici ſunt pilo quæ humore habundant:quocirca ſcythæ incolæ ponti & thraces pilo ſunt promiſſo & ſimplici: nã & ipſi humidi ſunt: & aer ambiens eos humidus eſt:ethiopes contra qui loca incolunt calida criſpo ſunt pilo:ſiccum eſt enim cerebrum eorum & cælum ambiens.
Sunt quæ quamuis cutẽ habeant craſſiorem tamen tenuiori ſunt pilo:pp meatus tenuiores: unde & ſpiſſiores exeunt:ut ouibus.
Senectus ipſa ut nomẽ ſignificat terrena eſt:quoniam ſine calore eſt & cũ calore humor defluit.
Homines ſuis ætatibus hyemẽ æſtatemq; agunt.
Nemo ante quã tempus cœundi ſit calueſcere incipit:& a uenereo coitu id maxime euenit ſcilicet iis qui ſua natura ſint eo propenſiores: cum enim cerebrum frigidiſſimum ſit:tum rei uenereæ uſus refrigerat:caloris enim ſincæri naturaliſq; ſecretio eſt:ſentitq; id merito cerebꝝ prius
Mulieres non caluent quoniam natura earum ſimilis naturæ puerorꝝ eſt utraq; enim ſterilis ſeminalis excrementi eſt.
Spadones non calueſcunt quoniam in fœminam mutantur:& pilos qui poſtea gignuntur aut non producunt:aut amittunt ſi habent excepta pube quam etiam mulieres habent.
Aues rurſus pennas amiſſas recipiunt. quæq; frondem amiſerint denuo frõdeſcunt:caluis autem nunquam redit pilus:nam anni tempora illis mutationem corporis magis auferunt:itaq; pro temporum mutatione uiciſſitudo gignendi amittendiq; ſequitur. at uero hominibus per ætatem euenit uer æſtas:autũnus:hyems:itaq; cum ipſæ ætates non permutentur:fit ne affectus qui ob eas accidunt permutentur.

Capitulo quarto Coloris pilorum cauſa cæteris animalibus cutis natura eſt ut unicolora ſint & uaria:ſed hominibus nihil cutis cauſæ affert: niſi ad canitiem:uidelicet eam quæ morbo qui uintiligo uocatur:non q̃ ſenio accidit.ſi enim cutis ægrotat extenuataq; eſt:pilus quoq; ægreſcit:ægritudo autem pili canities eſt.
Quibus hominibus natura pilorum parum calida eſt:pluſq; humoris ſubit:calor proprius nequit concoquere atq; ita in pilis humor alimentumq; tale putreſcit calore aeris ambientis:atq; ita efficitur:quæ canities appellatur.
Fit omnis putredo a calore non ſuo natiuoq;.

Plærisq; per egritudinem pili canuerunt:mox ualitudini restitutis nigruerũt:& causa est q̃ per egritudinem ut totũ corpus inopia caloris laborat:sic & partes etiam minimæ.

Diffi. Recte dixeris morbũ esse aduenientiam senectutem: senectutem autem esse morbum naturalem.

Tempora primo canescunt:quoniam occiput uacat humore cum non cõtineat cerebrum:sinciput uero habet multum humoris:quod autẽ multum est difficile putrescit:at in tempor̃ pilis:nec tam parũ humoris ẽ ut concoqui possit:nec tã multũ ut putrescere nequat.

Cap v. Ruffi pili celerius quã nigri canescunt:nam & ruffitas quasi imbecillitas pili est.

Pili qui uel pileo uel alio tegmine operiuntur celerius canescunt: flatus enim putredinem prohibet.

Iuuat capillos olei aquæ mixti perunctio:aqua enim refrigerat:oleum ne celeriter exsiccentur prohibet.

Cap.vi. Lã perdix uisa ẽ alba & coruus & passer & ursa:accidit q̃ hoc quoniã in generatione peruerterentur:facile enim de prauari potest quod paruum est.

Calidiora suauioraq; sunt omnia alba.

Cap.vii. Videtur grauitas uocis naturæ generosioris esse:nec non in modulatu grauis modulus præstantior incitato.

Perfectum in superantia consistit.

Egri & senescentes & minora natu ac fœminæ acutæ sunt uocis:quoniam præ sua imbecillitate parum aeris mouent fertur enim uelociter quod parum est:uelocitas autem acumen in uoce est.

Caliditas etiam & frigiditas:loci confert eodem:ut natura tale constituatur animal quod aut grauem aut acutam uocem emittat. spiritus enim calidus crassitudine sua grauitatem efficit uocis:frigidus autem p̃ sua tenuitate contrarium facit.

Vituli quã adulti & uaccæ quam tauri grauius sonant:uituli enim & uaccæ partem quam mouent non habent ualidam alteri propter ætatem alteræ propter fœminei sexus naturam:nõ tamẽ moueãt multũ aeris graue sonant:graue est enim quod grauiter mouetur.

Paruæ mutatiões cãm afferunt magnaq; mutationũ. nõ sui rõe sed cum euenit ut principium una cum his ipsis mutetur:pricipia enim quãuis magnitudine parua sint tamen facultate sũt magna:hoc enim est principium esse:ut ipsum quidem causa sit multorum: sed ipsius nulla sit superior causa.

Exsecta omnia in fœminam mutant:quoniam uires neruosæ in suo originali laxantur:testiũ enim natura anexa meatibus seminalibus dependet:quibus sublatis:tentio meatuum laxatur.

Capitulo octauo. Natura neq; deficit neq; frustra agit quicquam in singu lis quo ad eius fieri potest uiolentum præter naturam est.

Oriuntur prius primores dentes quá lati sunt:quoniam & officium eoꝝ prius est:secatur enim prius quam molitur:quod comeditur.

Infantes qui calidiore utuntur lacte ocius dentiunt:calor enim uim obti net augendi.

Decidunt dẽtes qui prodierint primi uidelicet anteriores tum notæ me lioris gratia:tum necessario:melioris ratione inquam:quia cito hebe tescit quod acutum est:itaq; alteros succedere in officium oportet:lati autem non hebetantur:sed tempore dũtaxat attriti leuigantur:neces sario uero decidunt:quia maxilarium radices in lata nituntur maxilla & ualido osse continentur:primorum uero in tenui unde fit ut infirmi & mobiles sint.

Nascuntur denuo primores dentes:quia in osse adhuc nascente oriũtur & tunc tempus adhuc est addentium generationem idoneum: cuius rei inditium est q̃ maxilares diu oriuntur.

Finiunt propositiones ex libris de historiis:de partibus:& de generatiõe animalium Aristotelis secundum interpretationem Theodori gazæ thessalonicensis.

Incipiunt propositiones ex libro de physonomia Aristotelis

Mimæ sequuntur corpora:& ipse secundum se ipsas non impassibiles sunt a motibus corporis:hoc autem manifestum fit ualde in ebrietatibus & egritudinibus:similiter & econtra corpus comparatur passionibus animæ.

Necessarium est consequi tale corpus talem animam.

Physionomia sicut & nomen ipsius dicit:est de naturali bus passionibus quæ sunt in anima &accidentium quæcunq; adueniũt & transmutant signa physionomonizata.

Ex motibus physionomonizatur:& figuris:& coloribus: & ex moribus appentibus in faciæ & coloribus & ex leuitate:&uoce:& carne:& parti bus:& figura totius corporis.

Colores rubri bonam natiuitatem significant:quando in læui corpore accidit hic color.

Pili molles timidum significant:duri fortem.

Qui apud septemtrionem habitant fortes sunt & durorum pilorum:q̃ autem apud meridiem timidi & pilum mollem habent.

Caro dura naturaliter in sensibilem significat læuis autem & bene natum & instabilem nisi in forti corpore & habenti extremitates for tes accidat.

Vox grauis,& distensa fortem significat:acuta autem & remissa ti

midum:

Omnino uni ſignorum credere fatuum eſt: quando autem plura conue niunt quæ ſunt in uno: accipiat magis.

Fortitudo uocis ferocis eſt: remiſſa autē & imbecillis timidi.

Miſericordes ſunt quicunq; ſunt albi coloris & puri: & habent ocu los quaſi cum quadam lippitudine: & nares deorſum diſtantes: & ſemper plorant iſti tales ſunt amatores fœminarum & generatores ea rum: & bene nati & calidi.

Miſericors eſt ſapiens timidus & ornatus: immiſericors eſt indiſciplina tus & inuerecundus.

Boni ad comedendum ii ſunt: quibus id quod ab umbilico ad pectus ma ius eſt: aut quod eſt ex inde uſq; ad collum.

Qui eſt albi coloris & piloſus: rectis capillis & groſſis & nigris: & cui tempora piloſa & oculus pinguis eſt inſanus.

Amatores ſomni ſunt qui habent ſuperiora maiora: & qui ea habent maiora & curuiora & carnoſiora ſunt memores.

Anima & corpus compati uidentur adinuicem: & animæ habitus alteratus ſimul alterat corporis formam: & iterum forma corpo ris alterata ſimul alterat animæ habitum: unde cum animæ triſta ri & letari ſit: triſtes obſcuræ faciei ſunt: gaudentes autem hilaris.

Diſſoluta anima formam quæ eſt in corpore contingit diſſolui.

Medici medicinis purgantes corpus & dietis utentes: & ſimul corporis formam ſoluunt & animam ad maniā permutant: & quoniam utraq; ſoluuntur palam quoniam conferunt adinuicem.

Parua differentia exiſtente inter aliqua non facile eſt eam cognoſce re: ſed ex conſuetudine formam apparentem oportet aſſumere.

Diſtinguitur animalium genus in duas formas: in maſculinam & fœ mininam.

Fœminæ fararum manſuetæ magis & meliores ſecundum animas maribus ſunt: minus autem fortes: uerum nutrimenta & aſſue tudinem manum recipientes magis: quare & minus iracundæ maribus.

Cum ira uincimur: difficulter prudentes: ſed maxime fortes ſu mus.

In unoquoq; genere fœmina mare minoris capitis & anguſtioris faci ei & ſubtilioris colli eſt: & pectora imbeciliora habent: & paruarum coſtarū ſunt: anchas autem & coxas magis carnoſas maribus: genua mollia & crura ſubtilia habent: pedes uero pulchriores: & formam totius corporis molliorem magis quam fortiorem: maſculina uero his omnibus contrariam habent naturam: & qui ſuperiora participant referuntur ad fœminas ſecundū animam: & molles ſunt qui autem his

contraria habent fortes sunt & referuntur ad masculos.

Masculus fortior & iustior est genere: fœmina timidior & iniustior.

Quicunq; maius quid habent ab umbilico usq; ad extremum pectoris: quam quod est ab extremitate pectoris usq; ad collum: uoraces & insensibiles sunt: uoraces quidem quia uentrem magnum habent quo appetunt cibum: insensibiles autem quia angustum habent sensus locum.

Quibuscunq; collum grossum & carnosum est iracundi sunt referuntur ad tauros quibus autem est bene magnum sed non ualde grossum magnanimi sunt: & referuntur ad leones: quibus autem longum non subtile timidi sunt: referuntur ad ceruos quibus uero breue ualde dolosi & insidiatores: referuntur ad lupos.

Qui labia subtilia & in extremitatibus relaxata ita quod superius labium ad inferius protendatur ad coniunctionem labiorum magnanimi sunt referuntur ad leones qui autem grossa habent & superius inferiori protendens fatui sunt referunt ad asinos.

Qui superius labium & gingiuas præeminentia habent amatores sunt cō tumeliarum.

Qui nasum habent aquilum inarticulatum in fronte magnanimi sunt: referuntur ad aquilas: quibus autem mares sunt apte iracundi sunt: referuntur ad passionem quæ fit in ira:

Qui faciem macilentam habent soliciti sunt: qui carnosam timidi: qui ualde paruam pusillanimes: quibus magna tardi: quia neque magnam neque paruam oportet esse: & medius habitus horum erit conueniens.

Quibus ab oculis tanquam lippitudines dependent amatores uini & somni sunt referuntur ad passiones: qui autem oculos paruos habent pusillanimes: referuntur ad simiam: qui magnos habent referuntur ad boues: igitur bene natum oportet neq; magnos neq; paruos habere.

Qui concauos habent oculos malitiosi sunt: reducuntur ad simiam: qui eminentes habent fatui: referuntur ad apparentiam & ad asinos: quare neque concauorum neq; eminentium, oportet esse medius habitus.

Qui frontem paruam habent indisciplinabiles sunt: referuntur ad sues: qui magnam ualde tardi referuntur ad boues: qui rotondam insensibiles referuntur ad asinos: qui quadratam & moderatam tamen habent magnanimi: referuntur ad leones: qui autem: tensam habent adulatores: referuntur ad passionem quæ fit: qui ob nebulosam audaces referuntur ad tauros & leones.

Qui ualde nigri ſunt timidi ſunt:referuntur ad ethiopes albi autem ualde etiam timidi referuntur ad mulieres :color autem qui confert ad fortitudinem medius horum eſt: flaui boni anima ſunt: rubei ualde aſtuti & acuti.

Quibus facies ſupererubeſcens eſt uerecundi ſunt :quibus genæ ſupererubeſcũt ebrii uel amatores uini ſunt:quibus uero oculi ſupererubeſcũt: egreſſiui ab ira ſunt.

Quibus oculi ualde nigri timidi ſunt:quibus oculorum flauus eſt color boni animi ſunt:quibus oculi glauci aut albi timidi ſunt.

Qui tibias piloſas habent uenerei ſunt :referuntur ad hircos:qui ea quæ ſunt circa pectus & uentrem ualde piloſa habent :nunquam in eiſdem perſeuerant rebus:ad aues referuntur:qui pectora habent ualde nuda ĩuerecundi ſunt unde ea oportet eſſe neq; ualde nuda neq; ualde piloſa:qui dorſum uel ſpinam piloſam habent inuerecundi ſunt referuntur ad bæſtias:qui uero collum retro piloſum habent liberales ſunt referuntur ad leones.

Qui ſupercilia ſimul habent triſtes ſunt:referuntur ad paſſionem.

Qui erectos pilos habent in capite: & qui capillos uehementer criſpos habent timidi ſunt referuntur ad paſſionem :qui in extremitate criſpi ſunt referuntur ad bonum animum.

Parui ualde acuti ſunt:motu enim ſanguinis paruum locum continente mouetur uelociter & ualde accedunt ad ſapere: qui autẽ ſunt ualde magni tardi ſunt media autem natura ad ſenſus optima &perfectiſſima ẽ

Manifeſtiſſima ſigna phyſionomiæ in principaliſſimis locis ſiunt principaliſſimus autem locus eſt qui circa oculos & frontem & caput & faciẽ eſt:ſecundus qui circa pectus & ſpatulas :conſequenter qui circa pedes & crura:qui autem circa uentrem minime.

Ariſtotelis libellus de admirãdis ĩ natura auditis per Antonium Becariã ueronenſe traductus :integer ideo hic appoſitus:quoniam nihil eſt quod dẽ notatu dignum cenſeatur.

quod notatu dignum non eſt.

De fonte aſbameo mirabili aduerſus periuros.

Pud Tyanã ciuitatem quæ ẽ cappadociæ metropolis ſcribitur aquam quandam effluere quam aſbamæam incole uocant miræ conditionis & uirtutis ,nam qum eius frigidus ſit fons:ea tamen ita æſtuat :ut nõ uideatur diſſimilis cuidam bulienti lebeti.ad eam enim mos erat ea ætate illos traducere :qui de aliquo periurio fuerant ſuſpecti. Qui ſi recte forte iurauiſſent:nec ulla eſſent infecti falſitatis labe:aquam ipſã affirmant ſe ſe tum illi mitẽ ac placabilẽ pſtiturã. Sed aduerſus piuros

adeo uideri succẽsere & irasci: ut ad eius usq; pedes & manus: ac ĩ ipsam quoq; faciem prosiliat & insultet: & quasi de poscitura ab his pro maledicto pœnas: non prius eos relinquere. quam aut palam confiteãtur eorum delictũ: & multis cum lachrimis deplorent ueniam: aut acerrimo tandẽ intercutis morbo & euomitu corrupti sanguinis intercipiantur. Ideoq; aquam illam græci per iuri iouis appellant.

De ramo oliuæ Athenienſium.

Athenis inquiunt ramum illum oliuæ quem sacrũ obseruabant athenienses: certa quadam die florere germinareq; consueuisse: ac complures alios ex se ramusculos producere. postridie uero adeo contrahi repente: ut omnes statim uno momenti ictu exsiccentur atq; euanescant

De æthnæ ignis miraculo.

Mirum est illud quod traditur in æthna Siciliæ insulæ cõcidisse: nam qũ semel erupisset ignis ille qui uidetur continuo quodam incendio interere illius uiscera: atq; cõfractis iam claustris: adeo lõge latæq; diffunderetur. Vt omnes circunstantes agri & uillule succẽderentur: aiunt uiros quosdã ex eis locis fuisse: qui qũ iam confecti senio essent & ab eorũ liberis sublati humeris exportarentur: quo flamæ illius impetum effugerent: neue interciperentur ante quam perficerent naturæ cursum tantum pietate uisum incendium illud commoueri: ut qũ primum ad eos apropinquasset: bifariam statim se se diuiserit: locumq; illum in medio positum ubi erant cum parentibus adolescentes intactum prorsus relinquærint: uiamq; præstiterit adolescentibus: ut una cum parentibus incolumes euaderent.

De phidiæ mirabili artẽ.

Phidiam uetustissimum ac illũstrem olim sculptorem qũ palladis imaginẽ sculpsisset: ut in summa athenarum arce locaretur: quæ illi diue fuerat ab initio dedicata: tanta tanq; admirabili arte traditur sui ipsius effigiem in illius clypeum impræssisse: ut nemini post hæc licuerit huiusmodi formam e medio commouelere nisi totum simulachrum labefactaret ac disrumperet. itaq; permansisse ibi illam tandiu: inquiunt: quamdiu etiam perstitit imago: ut una cum palladis ipsius clypeo etiam phidias semper conspiceretur adorareturq;.

De melanis montibus.

In eis montibus quos melanos græci uocant: qũ multæ pernoctent feræ: quæ interdiu se se sponte uenatoribus offerunt: ubi canes insectantur: inquiunt illas statim ad rupis cacumen tanquam ad tutissimam quandam arcẽ confugere: atq; qũ ad id quoq; loci canes prope peruenerint eos tamen non audere ultra prorsus progredi: sed potius relicta præda: quum ea iam potiri posse uiderentur: mœstos ac tristes ad uenatores reuerti.

De leucophyllo arbore.

Scribitur & in phasidos flumine qui perlabitur Scythiam arbusculū quē dam nasci: qui leucophyllus a græcis appellatur: cuius ramum si zelo tipi e flumine illo detraxerint ac ad uxoris thalamum detulerint: in maculatam deinceps obseruaturos inter se fidem affirmant: omnemq; illam suspitionem prorsus deleri: nec unquam post hac alienum con cubitum affectaturos.

De lapide modan:

In tigride quoq; qui assiriam inundat oriri lapidem quemdam fe runt: quem modan incole uocant: colora equidem cādidissimum: uirtutis antem eiusmodi ut si quis illum manu tenuerit: fore ne a qua uis fera possit uiolari.

De scamandri fistro.

Scamander uero & ipse fluuius est quem herbam quandam parere inqui unt sistrum nomine quæ siliquas gerit haud dissimiles pisis: eiusmodi quoq; granulis plenas: quæ ab eo quod intra corium conquassantur est sonitum reddunt: sistrus est a græcis appellata. eam nō si quis tenu erit manu ferunt a nullo unquam phantasmate aut demonio deteri posse.

De uite libyca.

Circa libyam uitis quædam nasci traditur ex qua uuæ quæ oriuntur par tim iam maturæ coligi possunt: partim ut matureſcant expectande sūt quum acerbissime sint: partim etiam continue pululant ac nascūtur: nec id euenire multo interiecto temporis spatio.

De lapide sipyli montis.

Apud uero Sipylum montem: reperiri lapis quidam dicitur haud dissimi lis cylindro: quem ubi inuenerint adolescentes impii qui sepe numero aduersus parentes insæuiunt: atq; illum ad templum Cybeles deæ detulerint: nūquam amplius in huiusmodi impietatem concidere pos se: sed potius parentum amantissimos effici: patiq; importunitatem eo rum æquo & clementi animo.

De herba Charisia.

At in hypseto monte genus quoddam mirabile herbæ nasci traditur: quā illi charisiam uocant: cuius uirtutem hanc esse affirmant. ut si illā puel læ puberes ad colum detulerint: statim ab amatoribus flagitari: excita riq; omnes in sui libinem & amorem.

De capreis cretensibus & ditamno herba.

In cretæ insula quæ iouem educauit capreæ siluestres: (quibus ea regio quā maxime abundat) ubi se primum a uenatoribus uulneratas aliquo

telo senserint: repente ad ditamnum herbam peruenire inquiunt: qua tota pene referta est insula. eamq; passim depascuntur: at ubi fuerint de paste qua fuerint infixe sagitta statim eam profundunt: & a cæde facile liberantur.

De capreis cephaloniæ.

In cephalonia capellæ quoq; quæ ibi pererrant: haud quanquam ut cæteræ consueuere: per singulos dies pinissant. Sed potius in flantem uentum conuersæ: auras aperto ore aiunt exhaurire ac uenti ipsius hausta situm depellere.

De ceruis achaiæ.

Verum in Achaia ceruos esse inquiunt huiusmodi naturæ: ut quum tempus aduenerit ut mutent cornua: deiiciantq; uetera & renouent denuo: ad ea tum loca confugere quæ fuerint munitissima: quo ue adire difficillimum uenatoribus existiment: hac maxime ut arbitror ratione: quod uideant se spoliaturos esse eisdem armis quibus eorum salutem deffendere contueriq; consueuerant. Et quidem in primis miraudum est: ipsorum quorum uestigia & cornua ipsa deiecta ne a uenatoribus possint perquiri multam intra hederam contegere.

De uermiculis othrys montis.

Othrys mons est thessaliæ: qui uermiculos quosdam gignit sepas appellatos: haud unius quidem coloris: quum a loco ubi uictitant colorem nanciscantur. Nam alii quidem terrestribus concleis assimilantur: alii toto peruirent tergore nonnulli etiam qui inter harenas uersantur ab eis quoq; colorem contrahunt. Si quem uero momorderint eum statim siti discruciant: neq; est tamen eorum morsus nimis acris: neq; nimis ignitus: sed præter tantum consuetudinem.

De echidna & echi serpente.

Echidna piscis est maritimus cum, qua fuerunt echin uiperam serpentem quendam nigris intinctum machulis cohire plerunq; consueuisse. Atq; illam dum in ipso demulcentur complexu aduersam serpenti morsibus illius caput abscindere. Tum qui ex ea nascuntur: (quasi uindicaturi essent patris interitum & accepturi de matre pœnas) abscisso uentre per media illius uiscera erumpere: atq; super mortua matre quod ultionem patris abunde patrassent inter se mutuo efferri congratulariq;.

De lapide nili.

In nilo flumine qui medium prolabitur Aegyptum lapis quidam reperi

ri dicitur haud fabe diſſimilis:quem ſi contritum demolitumq; aliqua pinguedine canes exederint:ferunt eos ſtatim latrandi uſum amittere. liberariq; eos affirmant qui fuerint aliquo depræhenſi dæmone ſi fuerit lapis ille ipſorum naribus admotus. Tantaq; illum ui cõpellere ac profligare:ut nihil uideatur grauius horreſcere.

De lapide euphrone.

Et in meandro quoq; qui aſiam interſecat:lapis quidam exoritur: quem illi a contrario ſenſu euphronem appellant,nam qũ ipſe a componenda hominum mente augendaq; prudentia ἐυφρόων euphron ſit appellatus: haud id quidẽ operatur:ſed potius in ſanos homines reddit:rapiq; furore eos facit:ſi cui forte fuerit in ſinum coniectus.

De thено & iſtro:

Rhenus & iſter fluuii ſunt germaniæ ad boreã maxime diſcurrentes:quorum alter germanos ſecat:alter uero pæonas lambit:utroſq; enim ferunt æſtate quidem nauigabiles eſſe:hyeme uero adeo plærunq; cõgelari frigore: ut ét equitantibus deſuper tutiſſimum præſtent iter.

De Sybari & crathi fluminibus:

Apud thurium ciuitatem italiæ gemini amnes labuntur Sybaris ſcilicet & crathis:quorum ſybaris ſi quis ex eo biberit fuſcum reddit:qui uero ex crathæ fuerint perloti pulcricomas ac flauos efficit.

De cerbe & neleo fluminibus

Ex euoea quoq; duo efluunt amnes:quoꝝ alterum cerbem uocant: alterum neleum:ſed uterq; aduerſa inſignitus natura.quæ enim ex cerbe pecora biberint candida prorſus effici affirmant: quæ uero ex neleo nigra.

De lycarmi fontis herba

Prope lycarmi fontem naſci herbam quandam ferunt haſtæ per ſimilem quæ caligine propellit ab oculis:& uiſui clariſſimam lucem reddit.

De arethuſa fonte:

Arethuſam fontem ſiracuſarum famoſiſſimum aiunt per penta eteridẽ inſiciliam uſq; deferri: & tranſuectam mari nulla unquam corrumpi ſalſugine:neq; ulla fluctuum caluuione deturpari.

De lapide berecynthii montis

Berecynthius mons ẽ in quo ſacra hecatæ ſiue diane celebrabant. ex quo quidem ipſa quoq; dea berecynthia eſt appellata. Naſcitur in eo lapis quidã quem machæram uocant,id eſt gladium:cuius eam eẽ uirtutem inquiunt:ut ſi quis illum inuenerit ex his potiſſimum qui ea perſoluunt ſacra ſtatim decidant i inſaniam & furorem:cuius quidem miraculi auctor eſt eudoſus.

De lapide tmoli montis.

At in monte qui Tmolus dicitur quidam quoq; lapis exoritur haud diſſ

milis punici qui singulis quaternis diebus colorem permutat. cõspici autem posse nisi a solis uirginibus negant: nec nisi ab eis tantum quæ nundum peruenerint ad pubertatis annos.

De Tauro orthosiæ Diane:

Traditur & in dianæ orthosiæ templo taurus quidam consistere ex auro conflatilis: qui quotiens uenatores fanum ingrediuntur statim quasi territus emugit & uiuentem effundit uocem

De Talpis ætoliæ.

In ætoliæ montibus conspicuas nasci talpas inquiunt: nec tamen nisi quã tenuissimo lumine: nec eas ut cæteræ solent tellure depasci sed errantes per agros locustas uenari.

De bolintis pæoniæ:

Hesainus mons est pæoniæ: qui eam a medis disterminat: in quo ferunt bæstias quasdam nasci: quas illi bolinthos uocant: pæonii uero monæ pos. eas dicunt: bobus prorsus persimiles esse nisi q magnitudine roboreq; ac pilorum qualitate superant: procedantq; erectiori collo ac ceruice instar equorum.

De elephantis:

Elephantes traditur non ante producere fœtum quam duos fuerint annos nacti. Sunt tamen & qui dicunt illos decimo octauo mense procreasse & parere gemellos consueuisse.

De Demarato philosopho:

Demaratum Timæi locrensis discipulum inquiunt qum detineretur acerrimo quodam morbo: decem dies immotum elinguemq; ac sine ullo prorsus sensu præstitisse. tum uero qum resipisset dixisse astantibus se uniuersum illud tempus cum summa iocunditate animiq; delectatiõe peregisse uictitasseq;.

De tabernaria tarenina:

Aiunt in tarento tabernariam quandam olim fuisse quæ interdiu dum uinum uenditaret summo studio ac uigilantia ministerio eiusmodi uacabat. nocte uero aduentantem prorsus debacchabatur. uerum clauim qua uesperi tabernam occludebat eius cingulo cõmendatam alligebat quam cum multi tũ maxime qum erat debacchata surripere pertemptassẽt: nunquam tamen fuerunt quempiam id potuisse: nec illam unq; huiusmodi pignus amisisse.

De pino lapide:

In bithynia thraciæ eoq; potissimum in loco unde effodiunt metalla: lapis quidam nasci dicitur: quẽ ipsi spinum appellant: quo ferunt ignem incendi.

De terra liparæ.

At in lipara Siciliæ insula scribuntur nonnulli terram eẽ in qua si conte-

Tam olulam ingeſſerint ;plenam qua uis ad decoquẽdũ materia adeo in ea bulire & decoqui :ac ſi ſuccenderetur ignis.

De ignibus medorum & perſarum.

Sunt & apud medos & in pſitacena perſidis regione: ignes continue exardeſcentes. Sed qui ẽ apud medos eſt haud multũ eſſe inquiunt. qui uero in pſitacena multum admodum & clariſſimas flamas effundere. ideoq; perſarum regem ibi eius inſtruxiſſe atriũ ferunt. & ad huiuſmodi flamas coquinam admouiſſe :qum in patenti & aprica planitie ſint poſiti: uideanturq; non minus interdiu quam noctu. Quod ſecus facit qui in panphilia naſcitur qum ſola nocte perluceat.

De ſaxo ignito Titaniæ.

Intitania quoq; prope apolloniatidis montes ſaxũ quoddã eſſe afferunt: ex quo ignis exalat. Sed nequaquã conſpici poſſe. Verum ſi quis ſuper infuderit oleum: ſtatim incendi inflamariq; ac concerni q̃ maxime

De igne trans colũnas Herculis.

Scribit annonus loca quoq; nonulla eſſe trans columnas herculis :quorũ quædam noctu ſemper ardent :quædam etiam tantum interdiu :& qui in lipara conſpicitur non niſi nocte ſola conſpici poſſe.

De ignibus pithicuſarum liparæq; ac ætnæ & Siciliæ

Ferunt & in pithicuſis locum quendam eſſe ignitum: ſed nullam prorſus efferentem flamam. At qui in lipara eſt ſcribit xenophanes deficere nonnunquam: uerum in ſeptimo redintegrari anno. Neq; illas ætnæ ruptiones flameas eſſe: neq; continuas. Sed multis interiectis ãnis eue nire conſueuiſſe. Tum etiã qui in lidia plerumq; conſpicitur: non ultra unquam uiſus quam dies ſeptem continuos exarſiſſe. Sed illud mirabile admodum quod qui in Sicilia erumpit tantum ſibi hoſtii per latitudinem patefecerit ut .xl. ſuperet ſtadia: in altitudine uero per quam effertur non minus quam tria.

De ſpino lapide.

Traditur in ſuper quod lapis illæ qui in thracia reperitur quænue ſpinum diximus appellari :ſi in partes plures conteratur. Haud minus quam integer incendi :redactus uero incinerem atq; aſperſus aqua: iterum flamas emittere ardereq;. quod quidem & maritham facere affirmant.

De Mineris Macedoniæ.

Extant in philippicis macedoniæ campis aurifodinæ complures: ex quibus ſcrobes erutas augeri paulatim inquiunt: ac denuo aurum parere: idq; eſſe manifeſtiſſimum traditur

De auro cyprio.

At in cypro quoq; inſula eo potiſſimum in loco quem tyriam appellant: genus quoddã æris naſci dicitur. haud diſſimile auro quod quidẽ mi-

nutatim concisum illius loci agricolas seminare consueuisse pluuia de inde infusa paulatim exoriri concrescere q̄ ac multiplicari. qūq̄ ad maturitatem peruenerit ab eis coligi ac recondi.

Mirꝛ de terra insulæ Melos.

In insula quæ melos est appellata: si aliqua ī parte fuerit effossa tellurem inquiunt ibi statim renasci: foueasq̄ illas sine ulla prorsus humana ope sponte repleri.

De auro quod in pæonia nascitur quod apyron dicitur.

Circa autem pæoniam si quando frequentiores himbres deciderint: serūt telurē illam genus quoddā auri procedere q̄ appellatur ἄπυρον apyron aiuntq̄ regionem illam adeo huiusmodi auro fœcundam esse ut plures inuenerint pro mna una quæ centum continet draghmas auri illius pondo: moremq̄ esse gentibus illis: ut inuentores duos ex eo bolos regi suo deferant: quoꝝ alter tres pendeat mnas: alter uero qnq̄ atq̄ eos ipsius apponantur mensæ: ut qum primū ad discumbendū uenerit: si edere quid uoluerit ab eis tāq̄ a præstantioribus incipiat.

De oxo fluuio auri fluuio:

Scribitur & ī bactris oxon fluuius qui eam irrigat regionem multo fœcundantem auro arenam parere: tum etiam in iberia fluuius ille quem theodorum uocant: auri multum euomere: idq̄ circa eius ripas inueniri, atq̄ in pierra quoq̄ macedoniæ incognitum quoddā auri genus inuentum: q̄ antea a superioribus regibus effodi cōsueuerat cum ad huc quatuor extarent hiatus: ex quorum uno multum auri rutilare conspiceretur.

De ferro calybe & Amigeno:

Ferrum illud q̄ calybem uocant & amigenum propriam quandam & priuatam originem obtinuisse scribitur: qualem nullum aliud est consecutum. Concrescere enim ac confici illud inquiunt exharena quæ conuehitur fluminibus regionis illius. eam uero quidam dicunt ab hoibus illis iectam primo intra fornacem incensam igne purgari: atq̄ expurgatam in ualidum conuerti ferrum. Alii uero solam tum substantiam asserunt ab artificibus eligi: & eam potissimum quæ ex ea prima purgatione perstiterit: atq̄ illam sæpius adhuc expurgari igne. deinde uero lapidem quendam in medium dum decoquetur iniici quem ipi machon appellant: quo ea referta est regio. ferꝝq̄ illud hoc modo confici atq̄ id quidem eiusmodi esse posse aiunt a nullo alio uinci fortitudine possit. quod profecto uerius esse uidetur. Nā nisi ita dequoretur expurgareturq̄: sepius núquam ad tantā posset duritiem fortitudinemq̄ conuerti.

De ære indico:

Aiunt &æs illud quod apud indos nascitur ita purum esse ac splendidum ut non facile possit ab auro colore dignosci. multosq; esse inter dari regis pocula scyphos ex eo ære confectos :qui nequeunt ab aliis aureis discerni:nisi naribus admouerentur:qum æs longe secus quam aurum soleat olere.

De stagno celtico.

Traditur quoq; stagnum illud quod apud celtas nascitur multo celerius liquescere quam plumbum : q; facile ostenditur :cum etiam in aqua positum plerumq; liquescat intingit igitur & facile . ferunt etiam illud liquescere inherente frigore &maximo gelu:qum insitus ille qualiscunq; est(ut arbitror) naturalis calor ad interiora contrahatur repelaturq; ob eius imbecilitatem:& aduersus se se uim frigori præstet.

Mirę de oliua panthera.

In pantheio nata esse oliua quædam dicitur miræ habitudinis non enim eodem modo quo cæteræ folia produxerat.nam cum in cæteris omnibus folia ab extrinsecus uireant.& paleant interius :sola istius arboris palebant extrinsecus :& interius uirebant:inflectebat etiam eius ramos in gyrum:non ut aliæ oliuæ solent :sed ut myrthi coronarumq; maxime formam præse ferebant. Vnde' etiam ipsa oliua ab incolis corona est appellata .ex ea enim dicitur hercules cum olympia constituisset:palmitem quendam abscidisse atq; illum iussisse ut ibi plantaretur ubi condiderat certamen:plantamq; illam mirifice deinceps creuisse :& ad similitudinem pristine parentis produxisse fœtus.ex qua postea coronatos fuisse athletas ferunt.ea enī orta ab initio fuit haud longius ab iliisso flumine quam stadiis sex.quam quidem incolas tanta dicitur obseruasse ueneratione &cultu:ut memini licuisset illam uiolare :aut aliquid ex ea surripere :nisi summo cum uitæ periculo.

De lapidicinis lydiæ.

Qum semel in lydia bellum quoddam instaret:& quisq; ad loca munita præ timore confugeret euenisse traditur.ut nonnulli opifices qui consueuerant in lapidicinis quæ iuxta pergamum' ciuitatem extant effodere metala ad eas tanquam ad munitissimam arcem confugerent. ex eis enim iam antea rex roceſus:plurima ac magnifica confecerant. Sed cū illi intra aliquandiu perstitissent:neq; auderent egredi:ante quā sedaretur belli illius impetus:confractum interim desuper saxum hostium illis occlusisse :abeundiq; facultatem prorsus eripuisse. longo deinde tempore post cum lapidicinæ illæ in usum uenissent : fuissetque opus aditum aperiri:atq; illas efferri ruinas quæ hostium obduxerant : inuenta tandem illorum corpora.ferunt una cum eorum uasis quæ intra detulerant adeo obduruisse :ut omnia in lapidem ipsum suis sent conuersa.

De Aſchania palude ad purgandos pănos optima:

Aſcaniæ paludis aqua ſcribitur adeo ad ex purgandos pannos apta ac ; cõmodataq; eſſe ex ſui natura :ut nulla alia humana ope indigeant qui eiuſmodi præſident rei:dummodo aliquandiu in ea panni perſtiterint. Nec longe ab ipſa palude pythopolis oppidum ſitum eſſe diſtãs ab ipſius portu ſtadiis fere centum & triginta:in quo quidem opido putei omnes ut inquiunt adeo adueniente frigore deſiccantur: ut neq; ablui ab opidanis uaſa poſſint :æſtate autem adeo repleri:ut ad labia uſq; ſuperficiemq;.unda protendat.

De mari ſiculo.

Illud quoq; maris quidem ſiciliam ac italiam interluit augeri quidem cõſtat & iterum diminui creſcente & decreſcente luna.

De incremento mirabili cuiuſdam ſiciliæ fontis:

Sed illud admirabile eſt quidẽ de fonte illo traditur qui eſt quodam diſfluens hortulo :primum e portu ſyracuſas proficiſcentibus occurrit. Ipſe enim & ſi non ſit admodum latus ex ſui natura :nec magnas profundat aquas :qũ tamen æſtus aut turbo aliquis e regione cõflauerit: ĩ tãtos tũ fluxus concreſcere inqunt ut copioſiſſimis inundet aquis.

De admirabili ſicilie fonte.

Verum nec illud prætermitendum eſt q̃ de fonte illo acadino ſcribitur q̃ in palicis manat ſiciliæ ipſius .inquit enim illum & ſi tenuis ſit :plerumq; tamen adeo extolli & creſcere:ut ad ſex cubitos eius altitudo excedat:afferatq; tum maxime non mediocrem incolis formidinem :ne uniuerſam circum regionem immergat.plærũq; etiam adeo contrahi ut uix exire ſcatebras poſſe uideatur.Habere quoq; neſcio quid latentis diuinitatis & portenti ſimile. nam; ſi in eum fuerunt derectæ alicuius iuramenti tabellæ inſcriptæ: eas affirmat ſuper natare:nec ulla poſſe commaculari uligine dummodo qui iurauerint recte iurauerint. Sin ſecus ſtatim illas in profundum rapi:atq; ex oĩum prorſus ſubtrahi conſpectu nec unquam deinceps reperiri poſſe.fabulãturq; illas qui adſunt a nerea raptas eſſe:hac maxime rõe qd' teſtes fierẽt uiolati iuſiurandi .Ideoq; qui peierauerat parata ingenti pira cõfeſtim ſuccendi.

De Demoneſo inſula carthaginenſium.

Demoneſus inſula eſt carthaginenſium a demoneſo quondam ſuperiore condita.ea enim obſcurum quoddam metalli genus producit quidẽ græci chryſocollan appellant.q̃ quidem eiuſmodi eſt:ut quæ ex ea optima eſt auri præcium adinuenerit. Eſt enim ipſa oculorum uenenũ & labes.Habet etiam hæc inſula ferrum intra mare in menſum per duas ppe palmas:ex quo ferunt ſimulacrum illud confectum fuiſſe quod in ſicyonia uetuſtiſſimo illo appolinis templo conſpicitur.

De orichalcis pheneis

In pheneo nonnulli orichalci extant in quibus erat inscriptum hercu/ les amphitrionis filius helin capiens hos dedicauit. helin ãt sustule/ rat sic iubente uxore ex quodam oraculo qum eius patrem augeam nomine antea hclines interfeciffent. At quicunq; effodiunt æra acu/ tioris admodum effici uisus exiſtimantur : nasciq; eos prorsus sine palpebris. Ideoq; medici ad curandos oculos æris flore uehementer utuntur cum cinere phrygio quem græci τεφρὰν φρυγίαν rephran phrygian ideſt cinerem phrygium appellant phrygium autem li/ gnum illud esse dicitur quidem nos facem aut tedam appellamus. Ibiq; etiam antrum quoddam conspicitur incuruum admodum : in quo niues gutatim defluentes statim congelantur ac durescunt. quod quidem manifestum efficitur: cum continue reperianttur interius quã plurimæ tenuissimæ gutæ in unam collatæ congeriem: atq; admodũ constrictæ gelu.

De aquilarum sobole

Ex coniunctione aquilarum alter eorum qui nascuntur a parentum na tura degenerari constat: nec amplius aquila esse sed haliætus ex haliæ tis autem phenas quoq; nasci & non haliætos manifestum est. Atq; ex phenis miluos: qui potissimum nigris intincti sunt maculis. Nec adhuc tamen istic aquiescere huiusmodi generis dissimilitudinem fe/ runt : sed ex eis iterum generari inquiunt qui . maiores appellantur. Verum hos quidem sine ulla prorsus prole consenescere. Quod qui dem facile constat ex eo potissimum quod nullus adhuc ex eis nidus unquam fuerit inuentus .

Aeris quoddam genus esse traditur quidem mo synœcon appellant splẽ didissimum quidem ac candidissimum præter cætera haud quaquam ob id q; sit cum stagno coniunctum: sed q; ex terra quadam : quæ cum illo decoquitur huiusmodi colorem comparet. Nunc uero eam artem prorsus decidisse ferunt: qum qui primo eam inuenerant noluerint il/ lam tradere posteris.

De quibusdam auibus & piscibus insensibilibus.

Inueniri nonnulla auium maritimarum genera scribitur quæ intra lit/ torum specus occubant: esseq; illas huiusmodi affirmant : ut neq; ulla tempestate: neq; ullo frigoris horrore unquam inde amoueantur neq; euolent : sed potius adeo pertinaciter eo in loco persistant : ut hiemis uehementia paulatim rigescãt & congelentur : atq; omnem deinceps ita sensum amittant: ut nihil prorsus sentiant siquis eis extraxerit pen nas: aut confoderit ferro. aut & uerutis infixerit: nisi qum admotæ fue/ rint igni. Asserunt etiam multos esse huiusmodi naturæ pisces : qui li

cet & ipſi conſoſſi fuerint aut conciſi membratim: non tamen eo mo
ueri neq; quicquam contrahi: ſed tum primum extendi torqueriq; ac p
ſilire cum ſenſerint incendium.

De apibus & cicadibus futura tempora ſignificantibus.

De apibus quoq; mirandum eſt q̄ uideantur ſignificare mortalibus tem
pus quo ſe primū ad opera & telluris cultum conferant: quod eſt po
tiſſimum cum ſol incipit ab eius ſtatione reuerti: & aut ueris tempo
ra ſignificare: aut autumni. Nam ipſe tum maxime conquieſcunt: nec
exire aluearia quærunt. Vnde qui rei familiari præſunt certiſſima per
cipiunt ſigna tunc tempus curæ & laboris adueniſſe: & quieſcentibus
illis neceſſe eſſe eos operari. Quod quidem uidentur & cicade ſi
gnificare: tam etſi contrariis actibus. illæ enim ut dixi taciturnitate
quadam & quiete: hæ uero motu ac uocis crepitatione: qum non an
tea concinent quam ſol retorqueat eius curſum quo maxime tempore
homines ad laborem prouocantur.

De echino ſiue irinacio. & de Galeota.

Echinus animal eſt: quidem noſtri uulgo ſpinoſum ſuem appellant
eum ferunt ſine cibo annum uniuerſum plærumq; perſiſtere. Et galeo
tas cum uelint pellem exuere: quemadmodum & cæteri ſerpentes con
ſueuere: tunc reſupinos bibere: eoſq; quam maxime a medicis obſer
uari qum uehementer adiuuent epilepticos:

De urſorum adipe.

Sed illud mirum quod de urſi adipe ſcribitur. nam ſi uel per hiemem in
uaſe recondatur adeo augeri continue inquiunt: ut uaſa extollat ac ple
rūq; diſſipet & diſrumpat: nimia concreſcens amplitudine.

De ranis mutis.

In Cyrene legitur ranas mutas ac ſine ulla prorſus uoce uictitare. Tum
etiam & in ſcripho itidem inueniri ſcibitur uerum: Si ſeriphiæ ipſe ad
alium fuerint locum traductæ: uocem conſuetam efferre: nec amplius
ut in ſeripho obmuteſcere. Atq; in ematia macedoniæ ſues unūgulos
naſci. & in cappadotia mulas fœtus procreare. Et in creta arbores
q̄s illi ἔγγειρους egirus appellant noſtri uero alnos: fructus efferre:
cum nullæ huiuſmodi fructum alibi pariant.

De piſcibus indicis & babilonicis.

Apud indos eo in loco quē cornu appellāt piſces quoſdā naſci ferūt: q̄ ēt
terrā perrāt: atq; ubi de paſti fuerint rurſus ſuos repetere amnes: & i aq̄s
recōdi. tū ēt ppe babilonē aiūt qd̄dā iter foueas & loca cōcaua genus
piſciculorum naſci q̄ cum ſenſerīt eaſ exareſcere: ſtatim ex eis diſcedūt
& per areas pabulantur: inſectariq; plærumq; auiculas: & quam habēt
caudam exagitari. Verum ubi eos quis ſequitur aufugiunt ipſi primo:

nec resistunt persequenti quasi illum formident. at si ille insteterit acri us uelitq; huiusmodi prorsus potiri præda: tum ipsi se se in eum cõuer tunt: atq; in eius in surgunt faciem. Quæruntur enim a plurimis. habẽt autem capita ad ranarum maritimarum similitudinem reliqum uero corpus oblungum & sinuosum: barbas autem & alias ad natandum ut cæteri pisces.

De quibusdã piscibus heracliæ.

Verum & in heraclia quæ est in ponto & in rhegio nasci inter foueas pi- sces inquiunt: qui partim influminibus: partim etiam inter scatenris fõ tes & palustrem terram nutriuntur: at si forte eueniret ut ea loca in q' bus uersantur aut solis ardore aut frigoris rigiditate ut plerunq; con tingit desiccarentur: tunc ad irrigua eos confugere. Sepenumeroq; itidem facere. quo ad extremum peruenerint: ut nulla post hæc spes reliqua sit refugii: tum uero ibi persistere: nec amoueri inde prius q̃ aquæ denuo redierint.

De piscibus Panphlagoniæ.

In paphlagonia: quoq; & in efossis potissimũ locis pisces oriri traditur: intra maxime aluei profunditatem commorantes: mirabiliq; uirtute præditos: tam & si non ipsius aquæ decursu: aut scatente fonte uiuant: sed sola ipsius telluris natura foueantur: & calescant.

De Ceruis epirotis:

Ceruos quoq; qui in epiro nascuntur aiunt cum cornua abiecerint dextr̃ statim, infodere ac obtegere scrobibus: qum illud sentiant esse in rebus humanis quam commodissimum

De phoce marina.

Phocem quoq; maritimam bæluã cum senserit se depræhensam a pisca toribus eẽ aiunt confestim euomere. Nec quidem interius humoris parit ad humanos perueniat usus: qum optimũ sit epilepticis remediũ

De Lyncibus.

Et lynces quoq; quidem emingunt obtegere harenis ferunt: qum uidean tur intelligere id ab hoibus q̃ri ad priuatã utilitatẽ & potissimum ad i formandas imagines decorandosq; sculpturis anulos.

De ueneno Circæo.

Nascitur in italia in monte qui circæus dicitur ueneni quoddam genus pernitiosum quidem ac pestiferum: cuius naturam huiusmodi esse inq unt: ut siquis ex eo fuerit perfusus aut quippiã degustarit: repente con cidat omnesq; corporis eius pili defluant paulatim: & membra sen ' sim resoluantur: ac intereat ipse demum miserabili cæde. Id ferunt Aulum quendam picentinum qum noluisset olim olim Cleomeno spartano tradere potui: compertare confectim a tarantinis de præhen

ſum pœnas publico iudicio perſoluiſſe.

De auibus Diomedeæ inſulæ.

Erat in diomedea inſula quæ in adriatico freto poſita adiacet italiæ: per uetuſtum quoddam ſacellum Diomedi olim principi dicatum: admirabile quidem & multa ueneratione cum propter uetuſtatem ip ſam:tum etiam ob eam quam dicã rei nouitatem digniſſimum :ferũt enim circa illud uerſari nõnullas aues miræ magnitudinis ac roſtri du riſſimi illaſq; ſi quis eo acceſſerit cuiuſcunq; fuerit nationis præter quam græcæ in eum ſtatim irrumpere accerimo uolatu:rapereq; illum ſublimem ac totum unguibus diſaniare. tum uero demum confoſſa roſtro ceruice: atq; undiq; diſcerpta necatum abiicere. Idq; potiſſimũ eos facere inquiunt aduerſus uicinas gentes:cum dicant illas ſotios olim fuiſſe diomedis:qui confractis circa eam inſulam nauibus ſub merſi in huiuſmodi aues ſunt commutati :atq; illud odii aduerſus ui cinos perpetuo conſeruaſſe .cum diomedes eorum dux ab Aenea fu iſſet dolo interceptus : qui tum ea poſſidebat loca . quando quidem græcis qui eo proficiſcuntur ſe ſe benignas admodum & familiares præſtent.

De fœcunditate telluris ac mulierum umbriæ.

Apud umbros paſcua ferunt fertiliſſima eſſe : ſolumque ipſum ſingulis annis multo plures fructus parere quam poſſint pene detrahi. mulie res quoq; regionis illius fœtoſas eſſe moltoſq; uno partu producere conſueuiſſe.idq; rariſſimum eſſe:ut unum ſolum pariant cum frequen tius duos aut tres producant.

De Statuis Dædali in inſulis electricis compertis.

In electricis inſulis quæ inſinu adriatico poſitæ ſunt:ſtatuas geminas re pertas eſſe inquiunt:unam quidem ſtagneam : alteram uero æneam : ſed ambas uetuſto illo & priſco more conflatas quas aſſerunt Dædali olim opera fuiſſe :ibiq; reliquiſſe illas immonumentum ſui : cum Minoem ex creta ac ſicilia perſequentem effugeret.atq; in eis conſe diſſet locis . Aiunt quoq; eas inſulas ab eridano perfundi : nec multo longius ab eo lacum quendam emergere calidis inundantem aquis. qui tantum expirat fœtorem :ut nullum ſit animal q; audeat ex eo bi bere :neq; auis ulla circumuolare.quinimo ſi qua forte uolauerit eam ſtatim concidere & mori Ambuit enim ipſe ſtadiis ut dicitur .xx.Sed eius latitudo non ultra quam decem extenditur .qui uero ea circum incolunt loca fabulantur Phaetontem olim fulmine ictum in eum cõ cidiſſe :eiuſq; ſorores ibi plorando illius necem paulatim conſump tas fuiſſe .& putrefactis deinde corporibus in alnos creuiſſe repleſſeq;

undiq; illius ripas ex quibus quidem adhuc nonnulle defluunt lachry mæ quæ ſenſim dureſcunt in lapidem:& electum appellant:haud ſane diſſimile ut dicitur commi.eaſq; coligi ab incolis ferunt &inde ad græ cos, atq; ad cæteras quoq; nationes tranſferri. Ad has igitur inſulas diximus ut cum ueniſſet Dedalus eaſq; obtinuiſſet uictor in una qui- dem inquiunt eius ſimulacrum appendiſſe :ac Icari eius filii .Tum ue ro qum irruiſſent in eos peſtagi qui ex agro diſceſſerant:fugiſſe illum: ac inſulam ipſam Icaro filio reliquiſſe.

De ſpecu ætnæ florentiſſimo: ex quo raptam Proſerpinam ferunt.

In eo ſiciliæ monte qui Aetna dicitur ingentẽ quandã ſpecũ eſſe ferũt cir ca cuius aditum infinitam pene omnium florum multitudinem & uarietatem naſci :ac potiſſimum uiolarum affirmant . Nec id ſolum eſſe uno anni tempore . Sed uniuerſa ætate: quaſi perpetuum ibi ſit uer. Sed quod longe mirabilius eſt:tata inquiunt eas fragrare redo- lentia :ut non ſolum repleat uicina loca incredibili quadam ſuauitate ſui: ſed etiam canes a perſequendis feris quaſi aliena captos uolupta te detineat.nec poſſint ipſi ulterius a uenatoribus inde amoueri neq; concitari :quo progrediantur ad in cœptum curſum:niſi prius fue- rint aut ſaturati ea fragrantia: aut per uim diſtracti compulſiq; :ex eius itaq; ſpecus hiatu facile etiam depræhenditur illud ueriſſimum eſſe quod fabulãtur plutonem ſcilicet olim proſerpinam rapuiſſe:cum circa uicina loca iniectum triticum tanta fœcundet ubertate :ut nuſ- quam alibi ſimilis ſit uiſa quo quidem ipſi qui incolunt eam regio- nem non ſolum utuntur ad paſcenda pecora:Sed etiam ad alenda hu mana corpora. Quamobrem recte ſe coniectare arbitrantur :ibi na tam olim fuiſſe ac educatam Cererem: cum propter tritici ipſius u- bertatem & copiam: tum etiam quod huiuſmodi fruges non antea fuerant alibi uiſæ .

Quo increta nullæ rapaces aut uenenatæ feræ uiuant.

In creta nullos eſſe lupos inquiunt :neque etiam urſos :neque ſerpen- tes:neque quam uis aliam huiuſmodi aut rapacem aut uenenatam feram. Hac maxime ut opinantur ratione:q; olim natus ſit ibi atque educatus Iupiter.

De inſula inuenta a carthaginenſibus

Trans herculis columnas eo in mari quidem Atlanticum dicitur: inuen tam quandam inſulam a carthaginenſium mercatoribus olim fuiſſe in quiunt:a nullis ante id temporis prorſus habitatam præterquam a feris & propterea ſilueſtrem ad modum & multis confertam arboribus alio quin fluminibus plurimis ad nauigandum aptiſſimis plenam.ac icre dibili quadam omnium rerum naſcentium ubertate profluentem:ſed

re motã a continenti plurium dierum nauigatione.ad quam qũ non nulli carthaginenſium mercatores forte acceſſiſſent : captiq; eius loci fertilitate ac aeris clementia: ibi ſedem fixiſſent:commotos ob id carthaginenſes ferunt ſtatim conſilio publico decreuiſſe morte indita: nequis poſt hac illuc nauigare auderet :& qui iam ierant iuſſiſſe ſta tim interfici :ne ipſius inſulæ fama perueniret ad alias nationes .ſubmittereturq; alicui fortiori imperio:ac fieret quaſi oppugnaculum qdã dam aduerſus eorum libertatem.

De tutela intineris ex italia in Galliam.

Ex italia uſq; in Galliam & Iberiam iter quoddam eſſe inquiuut quod herculeum uocant.id ſi quis forte grecus aut ex uicinis populis quiſpiam peragrarit: adeo ferunt tuto ab in colis obſeruari: ut nemo auderet illum aliqua prorſus afficere moleſtia. Quinimo grauiſſimam indixiſſe pœnam: ſiquis ex eis quempiam laceſſerent iniuria.

De Toxico Gallico.

Traditur etiam ueneni quoddam genus a gallis confici conſueuiſſe quod ipſi toxicum appellant .atq; id quidem adeo celeriter tabefacere corpora: ut uenatores infectantes feras intingant in eo ſagitas: quo percuſſe facilius intereant. Neq; enim poſſe illas diucius euadere inquiunt qum primum fuerunt ab his uulneratæ & uerum cum uenenum illud late confeſtim diffundatur :ne reliquæ corporis partes ob id corrumperentur :eos ferunt reppente accurere: infectamque carnem illam præcidere gladio : reliquam uero ſingilatim interſe partiri .aduerſuſque huiuſmodi & uenenum aiũt miro quodam a coruis experimento medelam inuentam. Sed qualis ea ſit neſcio. alii enim folia eſſe quercus fuerunt: alii uero alterius cuiuſpiam arboris :quam ipſi coruatiam appellant a coruis ipſis quos perſpexiſſent ad eam confugere: cum ſe ſenſerint uenenatos : quando quidem raptis ex ea foliis & contritis roſtro atq; in bibitis confeſtim liberentur.

De Silua Iberiæ argènti plena.

Paſtores quidam apud Iberiam qum inter pabulandum forte ſiluã quandam incendiſſent:nec multo poſt terremotu ingenti facto uniuerſa tellus illa conſciſſa :multum argenti deliquati in unoq; coactum loco detegiſſet:iudicatum eſt id tum eueniſſe:qum maxime ea ſilua exarſiſſet glebamq; ipſam refertam eſſe huiuſmodi uenulis quæ argentum producant. Aiuntq; illud primum a Maſſilienſibus inuẽtum haud mediocrem commoditatem ciuitati præſtiriſſe

De Gymneſiis inſulis Iberiæ.

In gymneſiis inſulis quæ ſunt circa iberiam ſitæ :quæue etiam præter illas quæ ſeptem dicuntur excedere magnitudinem uidentur : ferunt oleum quidem ex oliuis fieri. Sed extermintho longe copioſius effici.& id quidem omnibus rebus commodatiſſimum. Aiunt præterea gentes illas adeo mulierum amatrices eſſe: ut pro una quaq; fœmina quatuor ſæpenumero :aut quinq; tradant mercatoribus mares. Tum etiam quotiens a carthaginenſibus conducti in aphrycam militant: nihil aliud tum inquiunt exportare in patriam pro mercede : quam mulieres. Neq; licere apud eos quicquam auri aut argenti poſſidere: ob id potiſſimum quod dicant herculem olim in iberiam propter diuitiarum cupiditatem; & famam cum exercitu irrupiſſe.

De lacu maſſilienſium.

In maſſilienſium regione qua cum liguria coniungitur lacum quendã eſſe tradunt :qui plerunq; quaſi buliret ſuper efundere funditus aquas uidetur :tantamq; tum piſcium multitudinem euomere :ut etiam fidem excedant. Nam ubi etheſiæ uenti perflant.ipſe tum tanquam ex purgaretur huiuſmodi flatis:tantum ab imo adſuperficiem ſui limum extollit:ut ipſius conſpectum ab humanis prorſus oculis eripiat : neq; ſit. Quiſpiam qui aquas illius tum poſſit intueri. At uicini qum id uident confracta tribus in locis illius cute: quotquot uoluerint ut dicunt piſces exhauriunt;

De peritia ligurum iaculandi funda.

Scribitur etiam quoſdam eſſe inter ligures populos adeo iaculandi funda peritas.ut qum uiderint plures inſimul aduolantis aues mutuo inter ſe contendant:quam nam quiſq; ex eis ſit percuſſurus: ac præparaturus illam cæne.eſſeq; apud illos inſitam quandam & in auditam cæteris conſuetudinẽ: ut mulieres dum pariunt:non lecto ullo conquieſcant :neq; ullo abdito loco concludantur:ſed inter laborandum aliquid & operandum: nullo præmiſſo gemitu fœtum effundere: natumq; in fantem. Quam primum recentis undis abluere : & præter aliarum morem :illum ſcalpere ac fricare:neq; interim a cæteris domeſticis (ut mos eſt mulierum)operibus uacare. Illud etiam admirabile eſt.quod dicant fluuium quendã apud eos.eſſe.qui adeo plærũq; extollitur ac celeri rapitur curſu .ut non poſſint qui præter uehuntur facile conſpicere.

De Thalia inſula

Inſula eſt quædam in tyrrheno mari ſita fœcundiſſima olim plurimo ære quam taliam uocant :eam inquiunt adeo habundaſſe huiuſmodi

metallo ſuperiori ætate: ut omnes apparatus ac uaſa hominum illo-
rum exeo aere cõficerentur. at poſtea mineram illam prorſus euanuiſ
ſe: neq; uſquam eo in loco deinceps uiſam'. Verum ubi longo tem
pore poſt ferrum inuentum quo nũc quoq; tyrrheni ipſi & potiſſimũ
qui popanium in colunt maxime ad opera utuntur.

De œnaria ciuitate tuſciæ.

Eſt & in tyrrhena ciuitas quædam: quam œnaria appellabant, in quodam
uertice poſita peracuto: ĩ cuius medio tumulum quẽdam extolli ferũt
ſtadiis fere a planta. xxx. in quo ſilua exorta uariis fruticibus ac ſcantẽ
tibus aquis decoratur. Verum quando eius loci ciues pertimeſcerent:
ne quis eorum ob amœnitatem ſitus: & robur a natura traditum: ad ty
rannidem cõſpiraret: decreuiſſe inter ſe inquiunt: quod ex ſuis familia
ribus non niſi famulantes uniuerſæ reipu. præficerẽtur: præeſſentq; cæ
teris haud amplius quam anno uno. Tum uero alii crearentur eiuſdem
conditionis: qui eadem accepta poteſtate illis ſuccederent: ſuperioq;q;
ferotiam & elatos animos deprimerent.

De ſpelunca Sybillæ apud cumàm.

Apud cumam italiæ ciuitatem quidam locus ſubterraneus inſtar ſpelun
cæ conſpicitur: quem dicunt domicilium eſſe uaticinatricis ſybillæ: ue
tuſtate quidem: & perpetua uirginitatis illius obſeruantia creditaq;
diuinitate uenerabilis: quam ſibyllam alii aſſerunt eam eſſe quam eri
thræam dixerunt. Verum ab his qui eam incolunt regionem peruulga
tur cumæam eſſe neq; deſunt qui dicant illam nequaquam cumæam
eſſe: ſed quam melachrenam uocant. Regio autem ipſa ſub leucadiæ
principatu eſt conſtituta qua quidem in regione haud lõge a cuma fõ-
tem quendam eſſe affirmant Caceppam appellatum: in quem ſi quod
forte conciderit lignum germinare illud primum inquiunt: ac deinde
in lapidem dureſcere.

De mirabili ueſte Alcimenidis Sybaritæ.

Alcimenes ſybarita mirabilem quandam ueſtem indui conſueniſſe tradi
tur: eo potiſſimum tempore quo laciniæ Dianæ ſacra celebrabantur.
tanto quidem ſumptus ſplendore ac rerum uarietate elaboratam: ut
qum uniuerſæ exomni italia gentes ad ea ſacra confluerent. Nemo eẽt
ex tãto hominum numero: qui illius ueſtis conſpectu non obſtupeſce
ret. Erat autem ipſa purpurea: amplitudinis. xv. cubitorum. undiq; n.
beſtiolis uallabatur intextis. De ſuper quidem ſuſæ. Ciuitas inſerta
deſubtus uero perſæ. In medio autem: Iupiter: Iuno: Diana: Pallas:
Apollo: Venus eminebant. ad finem uero utrinq; antiſthenes erat
nec minus hinc & inde ipſa ſybaris. eam poſtea ferunt ad dionyſio
ſeniore compagatam fuiſſe: ac demum carthaginenſibus. c. &. xx. talen
tis uenditam.

De loco quodam Italiæ ubi Hercules cum gigantibus dimicauit.

Circa ſummitatem quandam Iapygiæ: ex quodam potiſſimum loco ubi fabulantur herculem olim cum gigãtibus dimicaſſe liquorem quendã inquiunt effluere: adeo fœtidũ & olẽtem: ut ab eo quod in terfluit mari nauigantes omnes diuertant. Extareq; multa adhuc indicia & monimenta paſſim per uniuerſam italiam herculem quondam ea loca peragraſſe: quibus id facile comprobatur. Tum etiam circa pandoſiam ipſius Iapygiæ ciuitatem apertiſſima dei ueſtigia oſtendi: quæ nulli fas eſt deſuper incedere atq; propria commaculare planta. eſſeq; adhuc circa ipſam Iapygiæ ſummitatem lapidem quendam plauſtralem: quem dicunt ab eo ſublatum illic fuiſſe tranſpoſitum: cõtigiſſeq; illum ſolo uno digito ab hercule moueri.

De uulpe quæ ſe in quoddam coniecit foramen.

In orchomeniorum ciutate quæ eſt in boetia qum uulpem quandam uenatores ſemel cum canibus inſectarentur: aiunt illa prætimore in foramen quoddam ſe conieciſſe: eoq; etiam irrupiſſe canes tum uero ipſi qum inſectanda uulpe maxime latrarent: adeoq; ut uoces a uenatoribus audirentur: neq; uiderentur in anguſto eſſe: ſed per ampliſſima loca ſemitaſq; ſpecioſiſſimas diſcurere: motos & ipſos cupiditate cõſpiciendæ rei: hoſtium primo foraminis illius confregiſſe dilatatoq; inde aditu introiſſe: ac locum illum ut coinectauerant latum admodum & ſpacioſum inueniſſe: lucemq; introferri ex quibuſdam deſuper ſpiraculis. Verum qum non omnia tum conſpici potuiſſent exiſſe demum ſumma cum admiratione: & rem totam ad magiſtratum ciuitatis detuliſſe.

De opetis uetuſtis Sardiniæ.

In ſardinie iſula multa extare adhuc inqunt uetuſtiſſima qdẽ monimenta ſuperioris ætatis: græcoq; illo perantiquo more laborata: ac inter alia nonnullos etiam fornices & inarcuata domicilia conſpici poſſe: modulatis quibuſdam: ſed diſparibus confecta numeris. quæ ferunt olim ab Iolao Iphiclis filio fuiſſe conſtructa: eo potiſſimum tempore quo ille theſpiades; quos ab hercule commiſſos acceperat illuc deduxerat: tanquam qui ſibi affines eſſent: ob eã qua cum hercule coniunctus erat propinquitatem. Tum etiam ob id quod hercules tunc uniuerſas ad occidentem regiones ſubegerat. Ipſa præterea inſula ea ætate haud quaq; ſardinia dicebatur: ſed Ichnuſa: propterea quia cõformis eſſet cuidam quaſi humano ueſtigio. fertiliſſima quidem ſuperiori illa ætate atq; oium rerum copioſiſſima. Ideoq; illam quondam ab Ariſtæo ſubactam fabulantur: magnis quibuſdam in eam in uectis auiũ copiis: quæ illam diriperent. quem quidem ferunt præſtantiſſimũ omnium agricolã extitiſſe. Nunc uero haud quaq; huiuſmodi uigere re-

copia & fertilitate: poſtquam a carthaginenſibus fuerit occupata. cum ipſi ueteres illos omnes colonos partim eiecerint: partim trucidarint: pœnamq; deinceps mortis addiderint quicunq; in plantauerit quippiã quale antea: præter quá quod ipſa tellus ſponte produxerit.

De mirabili quodam lipare Specu.

In lipara quæ una eſt &. vii. circa ſiciliam inſulis quas æolidas uocant: ſpecum quandam uetuſtiſſimam extare inquiunt: ſepulcri inſtar: de qua quidem inter cætera quam plurima mõſtruoſa & horrenda quæ de ipſa paſſim efferuntur: illud unum præcipuum eſt: & ad mirabile: quod periculoſiſſimũ dicant eo noctu adire. Inde enim tum audiri quoſdam quaſi timpanorũ ſonitus: ac miram quandam Citharizanti um harmoniam: feſtos agentium ludos cum ingenti riſu: cretalorum que uoce ac motu. Addunt etiam eueniſſe cuidam uiro eius regionis qui qum eſſet aliquantulum madidus uino: & conſediſſet forte ad hoſtium ipſius ſpecus antequam dies eluceſſeret: graui quodam ſom no oppreſſum extitiſſe obdormuiſſeq; ibi uniuerſos tres dies. Quar ta autem luce qum ab amicis quæreretur inuentum atq; inde ſub latum tanquam qui crederetur iam prorſus interiſſe ad ſepulturam fuiſſe delatum: Nec multo poſt quaſi e leuiſſimo quodam exita tum ſomno exinexiſſe enarraſſeque his qui aderant: permulta io cundiſſima quæ ſibi uniuerſo eo tp̃e acciderant: quo uiſus eſt abfuiſſe.

De Aorno lacu Cumano.

Prope Cumam ciuitatem italiæ lacum quendam eſſe inquiunt quem græci ἄορνον aornon dixerunt: ob id quod nulla ſuperuolare neq; irrigari in eo auis auderet præter Cygnos: ut uicini affimant: quos etiam conſtat in eo fœtus producere. eſt enim circunſeptus altiſſi mis collibus trium prope ſtadiorum aſcenſu. formaq; eius admo dum circularis ſed profunditas inadibilis. Verum quod mirabili us eſt. quando multæ ſuperſint ſibi ex omni latere arbores: multeque ſint intra ipſius ſepta icluſæ nullus tamen potuit unquam conſpicere quod aliquod ex eis arboribus folium in eum conciderit. Sed eius aqua adeo lympida eſt: & perlucida: ut quicunq; inſpexerint obſtupe ſcant. Nec multo ab eo longius: fontes quidam emanant multis qui dem, ex locis: ſed aquis feruentiſſimis: ex quibus regio illa pyriphleget hõ eſt appellata.

De monte mentoricæ ac Iſtriæ.

Intra mentoricam & iſtrie regionem: mons quidam eẽ dicitur quẽ ipſi delphiũ uocant. ex quo collis unus altius erigitur. ad quem conuenire mentores & iſtrii conſueuere. & potiſſimum qui adriaticũ circũ habi tant litus quotiens uolunt intueri aduenientis naues. Eſſeq; locum in medio ſitum in quo ipſi forum conſtituerunt ad qd̃ cõfluere cõſue

uerũt ſtatutis diebus ex omni parte mercatores. & ex ponto potiſſimũ & ex adriatico ipſo deferentes ſecum naſci in primis leſbia: tum etiam chia: & thaſia: & ex corcyra quoq; uicina plures aduentare cum amphoris corcyraicis.

De ſiremiſſis inſulis italiæ.

Sirenuſſas inſulas poſitas eſſe intra italiæ ambitum ferunt: circa maxime illud interfluens mare quod promontorium illidit. In cuius ſinu cuma ipſa ſita eſt. & ea ciuitas quam pſidoniam uocant. Sunt .n. tres quarum unam quidem parthenopem appellant: alterã uero leucoſiam: tertiam ligiam. ubi unaquæq; ſuum poſſidet templum: quod ſumma cũ omnium circum habitantium ueneratiõe exquiſitiſq; ſacris excolitur.

De iſtro flumine.

Iſtrum fluuium ex erquinis rupibus naſci a nõnullis traditum eſt: atq; in de ingeminas diuidi partes: quarum altera per erquinos defluere: altera uero galliam ingredi: & in adriaticum dilabi mare. cuius rei illud manifeſtum eſt inditium: nõ ſolum quod ita eſſe hac noſtra quoq; ætate conſpicimus: ſed etiam quod antiquorum auctoritate & experientia comprobatur. Nam quod olim iaſon ad cyanæas traieciſſet atq; ſuum per iſtrum ipſum iter feciſſet: multa adhuc in eo paſſim huius ſui itineris ueſtigia extare inquiunt. quibus facile oſtenditur illud ueriſſimum eſſe & in geminas quidem partes ut dixi: amnẽ diuidi: atq; altera in erquinos: altera uero in adriaticum dilabi. Nam multas adhucaras extare per id itineris inquiunt ab eo poſitos. tum etiam templum quoddam dianæ in quadam ipſius adriatici maris inſula conſpici: quod feruntur tunc a media conditum extitiſſe. Quod perfecto fieri non potuiſſet: niſi per eum fluiuum in adriaticum traieciſſet. neq; etiam eum cũ claſſe ingredi niſi ex uno eodemq; fonte ambo meatus deducerent.

De monimentis gigantum quæ in ægialiæ inſula uiſuntur.

At in ægialia inſula quæ tyrrheno abluitur freto: monimenta quædam gigantum adhuc extant: & eorum maxime qui ab ariſteo principe fũt deducti. Nec minus quod de calculis in uſum uenit manifeſte conſtat quum circa ipſius littus inueniri calculos dicant cõſueuiſſe uarii ad modum & diſſimilis inter ſe coloris: quos ferunt a græcis primo: qui eam inſulam tenuerunt id coloris conſecutos ex quibuſdam deterſionibus qbus utebãtur dũ in balneis ungerentur: qũ ne antea tali calculi uſquã reperirentur: nec unquam etiam poſt hac ubi græcis abſeuntibus ſint uiſi. Addunt quoq; inſulam illam inadibilem eſſe: eo potiſſimum tempore. quo ſymplegades oriuntur: conteſtante poeta: qui aperte oſtendit periculi: magnitudinem & difficultatem. Qum dicat haud poſſibilem eſſe ea tunc perloca tranſuehi: ob ipſius circunlabentis freti in moderatos flactus. & nonnullos exorientes ignitos turbines: qui confra-

ctis nauibus: multa hominum corpora partim ſummerguntur undis: partim flamis aduruntur uerumtamen huiuſmodi ignem haud quaq̃ ĩ quiunt ex inſula ipſa effundi: ſed potius ab ea parte erumpi quæ ſiciliæ adiungitur: qum multa extent circum quaq; ſpiracula: ex quibus cõſue uerit tantus plerunq; ignis effluere: ut ipſa Siciliæ inſula tota uideatur exuri: nec poſſunt etiam quæ uicina ſunt loca multo incendio carere: adeo longe lateq; diffunditur qui ex Aetna ſola ignis erumpit.

De ſacris factis a Tarentinis ad nonnullorum græcorum præſtantiſſimoꝝ

Tarentinos inquiunt ſtatuto quodã tempore anni conſueuiſſe ſacrificare Atrei olim & tydei: tum etiam & aiacis: ac laertis liberis: & his omnibus. una tantum die: ſed agamẽnonis natos priuatis quibuſdam ſeorſum a cæteris. ſacris quoq; & ſolemnibus feſtis uenerari: quæ nec ſimul cum illis nec eadem conficiebantur die. Inqua quidem fuerat conſtitutum nequid mulieres earum rerum deguſtarent quæ in huiuſmodi ſacris litabantur. Extat etiam apud eos templum Achilli dicatũ: uerum poſtquam tarentines hercules cœpit ferunt eam regionem heracleam fuiſſe appellata: qum antea ab ionicis poſſeſſa pleion diceretur: atq; deinde ipſis atroianis deuictis Sigion uocitata.

Philoctetem a Sybaritis Coli.

At apud ſybaritas philoctetem quoq; afferunt plurima coli uenerationẽ: qum dicatur ea loca quondam ab eo condita fuiſſe: dum ab expeditione troiana reuerteretur in patriam. quæ poſtea a crotoniatis Malaca fũt uocitata. quæue ferunt ab eis .c. fere ſtadiis diſtare. Ibi quoq; illum reliquiſſe in apolinis halii templo arcus herculis & ſagittas. Sed eos poſtea Crotoniatas inde paruim abſtuliſſe: atq; illos in ipſorum ciuitatis a pollonio appẽdiſſe. Aiunt quoq; philoctetem ipſum ibi ſepultum fuiſſe iuxta ſibarim fluuium: qum rodiis auxilio ueniſſet. qui aduerſus ſibaritas & eius loci incolas debellabant.

De templo Palladis græcæ in gargaria.

Circa eam italiæ regionem quæ iuxta eſt Metapuntum: & a monte gargario gargaria dicitur templum quoddam peruetuſtum palladis græcæ ſic appellatæ olim conditum conſpicitur. ubi ferũt eſpii organa dedicata eſſe. quæ ipſe intra ligneum illum equm confecerat: quo capta dicitur tria extitiſſe: ſui ipſius maxime inſcripta titulo. Verum poſtquã exacta eſt res: & troia capta: apparuiſſe ſibi in ſomnis palladem uiſum ẽ iubentem ut ei organa dedicaret. Ideoq; tardiorem conſecutum profectionem eo in loco detentum fuiſſe. nec prius potuiſſe inde amoueri: quam ſatiſſecerit palladi. ex quo tẽplũ illud palladis græcæ ẽ appellatũ

De templo achaïcæ Palladis in Daunia Italiæ prouincia ubi nunc & Roma ſita eſt:

In ea quoq; parte Italiæ quæ adanno rege Daunia eſt uocata templũ qđ

dã extare inquiũt quod Achaicæ palladis dicitur:in quo quidem repo
ſita adhuc uiſũtur arma ſociorum diomedis:ſecureſq; ac ipſius omnes
ad belũ corporis apparatus. Caneſq; eius loci huiuſmodi eſſe :ut ſi qui
forte aduenerint græci :nunquam illis latrare : ſed potius tanquam fa
miliaribus & domeſticis adblandiri :& alludere : alienis uero infeſtos
eſſe: inſuper daunios ipſos ac uicinos oẽs aiunt fuſcis:& lugubris indu
mentis ueſtire conſueuiſſe. nec minus mares quam fœminas:hac potiſ
ſimum ut dicitur ratione. Nam qum troianæ mulieres quæ fuerant a
græcis in captiuitatem iure belli deductæ:ad ea loca applicuiſſent:pteri
tæ :ne ab Achiuorum ipſorum uxoribus qum in earum patriam deue
niſſent : in duriorem quandam traherentur ſeruitutem : incendiſſe ibi
eorũ naues ferunt:ut & ſeruitutem illã q̃ formidabãt effugerẽt & dños
ſuos cogerẽt illic ímorari neq; inde diſcederent ibi lætam admodum
regionem offendiſſent:& eos tandem in ſuos conſequerentur uiros.
Ideoq; huiuſmodi utrũq; induměta iduiſſe. ut orbatos ſe partim patria
partim parentis & amicis indicarent eumq; morem reliquiſſe po
ſteris. Quem quidem morem uiſus eſt poeta ipe uoluiſſe ſignificare cũ
de ipſis ut apparet loquæretur inquiens .ἑλκοῦσι ϖἔϖλουσ Τἀρ
κἄι β ἀϑνκολϖοῦσ Ideſt palludamenta trahunt obſcuri ſinus :

De cingulo æneo inuento in dianæ ſinu.

Apud quoq; Picentum dicitur templum quoddam eſſe Dianæ dicatum
in quo extat adhuc cingulum quoddam æneum:repoſitum in ipſius
deæ ſinibus huiuſmodi in ſcriptum epigrammate Diomedes Dianæ.
Sed aiunt illum primo aſtrinxiſſe collo cuiuſdam cerui:qui fuerat tum
ſiculorum regis .Verum poſtea iouis tẽplo fuiſſe apenſum :ſed ad dia
næ ſinũ deinde euolaſſe fabulantur.

De mirabili croci quantitate quæ in Adrão ſiciliæ agro naſcitur.

In Adra ſiciliue ciuitate quam uocant peloridem:tantam naſci croci mul
tidinem inquiunt:ut a græcis qui ea incolunt loca non facile cognoſca
tur quales ſunt huiuſmodi flores. Illum oportere trahi ab incolis in
peloridem ipſam magnis curribus :atq; ex eo conſueuiſſe homines ad
uenientem uere lectos ſibi. & tabernacula conficere .

De quodam mirabili ſicilie lacu.

Plycritus qui ſicularum res uerſu conſcripſit:lacum quendam eſſe inquit:
in quodam mediterraneo ſicilie loco ſitum:in gyrum quidem ſe ſe uer
tentem inſtar clypei:aqua ſane lympidiſſima ſed cerulea ut maris. Veꝝ
ſi quis in eum ſe cõiecerit lauãdi gratia:ſtatim illum augeri :quod ſi de
nuo ſe in geſſerit longe illum amplius diffundi .& ex creſcere:nec pri
us ceſſare ab eo creſcendi ordine quam exceperit homines quinquagĩ
ta:ad quã qum peruenerit:ac eam acceperit hominum ſummam : rur ſ
ſus illum e profundo tumeſcentem eicere in altum abluentium cor
pora:atq; omnes confeſtim ad continentẽ remittere : Quo facto illũ

inquit in se repente contrahi & ad pristinam reuocari formam. Nec il lud asserit solum hominis euenire sed etiam bestiis ipsis: si qua forte ab luendi causa aut bibendi fuerit in gressa

De mirabili quodā carthaginensium monte pleno oium florum genere

In ea prouincia quæ a carthaginensibus occupatur montem quendam ee inquiunt obtectum undiq; multis ac uariis arboribus tantaq; florum omnium multitudine ac uarietate affluentem ut & oia propinqua loca suauissimis repleat odoribus & prætereuntibus quoq; miram quandā & incredibilem uoluptatem aspirent. Inde etiam exoriri mirabilē quēdā fontem ferunt: qui non ut cæteri aquam profundit: sed liquorē quēdā suauissimū instar olei qui cedrinam redolet fragrantiam: ad quem adi re neminem posse: nisi uirginem. & immaculatum. eumq; tū effunde re plus olei huiusmodi si accesserit in corruptus adolescens. posseq; il lum ex eo quantum libuerit tutius ac liberius exhaurire ei quoq; fonti adherere inquiunt saxū quoddam per magnum sui natura. quod qdē qum æstas aduenerit in extinguibiles prope flamas excutit: & incendi um. hyeme uero tātas ac tam frigidas aquas effundere dicitur: ut pares esse niuibus uideātur. Neq; tam rem ocultam eē: sed apertam omnibus nec modicum perdurare tempus: sed diutinum. flamamq; illā uniuer sa quidē æstate conspici posse: aquam uero uniuerso hyeme.

Mirum de freto illo quod interfluit siciliam & italiam.

Scd'm ſbam & rõem quid ſit illa dictãtẽ uirtus mediocritas ẽ:ſcd'm uero
cõmendationẽ probitatis ſummitas eſt.
Cap.vi. Nõ oĩs actus nec oĩs affectus mediocritatẽ recipit: nam ſũt q̃dã q̃ 3
ſtatim ut nominata ſunt prauitatem connexam habent:ut maliuolen-
tia:& in actibus ſtuprum:furtũ:homicidium:nam ſemper in quolibet
iſtorum delinquitur.

Ex lectione.viii.& cap.vii.

In uerbis quæ de actibus habẽtur uniuerſalia quidem inaniora particula- 3
ria uero ueriora exiſtũt:nã & actus ipſi circa ſingularia uerſantur:quos
certe his conſonare oportet.
Circa timores & audacias fortitudo mediocritas eſt.
Circa uoluptates &dolores nõ oẽs quidẽ ſed.ſ.circa eos'q; ſunt tactus me 7
dia eſt temperantia:exceſſus autẽ intemperantia.
Deficientes in uoluptatibus uix experimur:itaq; ne nom en quidem ſorti- 3
ti ſunt:ſed inſenſati uocentur.
Circa dandas capiendaſq; pecunias media eſt liberalitas:exceſſus uero &
defectus hinc prodigalitas:illinc auaritia.

Ex lectione.viiii.

Vocatur qui cupiditate honoris excedit ambitioſus græce aũt caunotes
qui aũt deficit aut remiſſus:medius autem innominatus eſt.
Cõtendunt extremi de media regione.
Circa iram mediocritatem manſuetudinẽ uocamus exceſſus iracundã:de
fectus ſegnities appellatur rectius dicitur iniraſcibilitas ut traductio an

tiqua habet :nam aorgiſia inteſtibus græcis habetur quæ
rectius in iraſcibilitas quam ſegnities interpretari poteſt enim
iraſcibilitas dicitur ab quod ira deſcendẽs.

In omnibus mediocritas eſt laudanda extrema uero neq; recta neq; laudabilia ſed reprehenſione dignora ſunt.

Circa uerum quod in uerborum communione eſt: medius quidem grauis:mediocritas autem grauitas appellatur ſimulatio autem ſi excedat uanitas: & qui illa utitur uanus ſi deficiat ironia:& qui illa utitur ironicus dicitur.

Rectius interps antiquius eſt interpretatus cum quæ in codice greco poſita eſt :non grauitatem ut leonardus:ſed ueritatem traduxit hoc enim & ſenſui & dictioni magis alludit.

Circa delectabile in ioco medius ẽ comis :diſpoſitio ipſa comitas græce eutrapelia exceſſus uero ſcurrilitas græce bomolochia:& qui ea utitur ſcurra :deffectus autem ruſticitas:& qui ea utitur ruſticus.

In reliquo delectabili quod in uita uerſatur ut oportet iocundus eſt amicus:& mediocritas amicitia eſt:qui excedit ſi nullius ſed ſui lucri cauſa hoc facit adulator:qui autem deficit & incunctis moleſtus eſt:contẽtioſus & in humanus uocatur.

Verecundia uirtus non eſt laudatur tamẽ uerecũdus quoniam is medius dicitur qui uero excedit & incunctis ueretur pauidus :qui autem excedit impudens uocatur.

Indignatio græce nemeſis media eſt inter inuidiam & peruerſum gaudium :uerſatur autem circa uoluptatem aut dolorem prouenientem ex his quæ proximis obueniunt.

Indignans moleſte fert cum indigna alicui proſperitas eſt inuidus autem hunc excedens incũctis turbatur ac moleſte fert :peruerſe uero gaudẽs non mõ non dolet ſed letatur.

Ex lectione.x.& cap.viii.

Cum tres ſint diſpoſitiões duæ quidem uitiorum iexceſſu & defectu :una uirtutis quæ mediocritas eſt:extremæ ſibi inuicem contrariæ ſunt:media autem extremis.

Extremi reiciunt mediũ alter ad alterum:& timidus fortem uocat ferocẽ færox uero fortem timidum uocat.

Maior contrarietas eſt inter extrema adinuicem:quam ad medium : nam longius diſtant inter ſe quam a medio.& inſuper extremis quibuſdam ad mediũ ſimilitudo eſt:non inter ſe.

Quando alterum extremorum propius & ſimilius eſt medio :non ipſum ſed aliud magis opponitur .quæ enim magis abſũt a medio :ea magis contraria uidentur eſſe.

Ad quæ magis natura inclinati ſumus ea magis contraria medio uidẽtur

ueluti cum ipſi proniores natura ſumus ad uoluptates:ob id intemperantia quæ eſt exceſſus magis contraria eſt temperantiæ q̃ inſenſibilitas

Ex lectione.xi .& cap.ix.

Recte facere rarum & laudabile & peclarum eſt:nam in capiendo medio tota uis conſiſtit :atq; ut circuli medium compræhendere non cuiuſq; eſt:ſed tantum ſcientis:ſic iraſci & pecuniam dare facile eſt & cuiuſq: ſed cui:& quomõ:& quãobrẽ :id non amplius cuiuſq; eſt neq; facile ẽ.

Oportet cum quis medium aſſequi uult ante omnia longius abire a magis contrario:nam extremoꝝ alterꝝ magis alterum minus peccat :cũq; medium aſſequi ſumme difficile ſit:quod ſecũdo loco eſt:minima malorum capienda ſunt.

In aſſequendo medio conſiderandũ eſt ad quæ nos proniores ſumus: nã alii ad alia natura ferũtur id itelligere ẽ ex uoluptate &moleſtia q̃ nobis,puenit i cõtratiũ autẽ nos metipſos retrahere ac reniti debemus :lõge enim a delinquendo recedentes mediũ inueniemus inſtar eorum q̃ flexa ligna rectificant .

In oĩbus(ſi aſſequi medium uolumus)cauendum eſt a uoluptate: nõ enĩ interrupti de illa iudicamus .

Qui parum excedit in alterutram partẽ non uituperatur : qui uero multum is latere non poteſt:ſed quantum & quouſq; uituperandus ſit nõ facile eſt diffinire uerbo.

Medius habitus in cunctis laudatur.

Propoſitiones ex tertio libro æthicorum Ariſtotelis.

Ex lectione prima & cap.i.

Tile eſt legũlatoribus ad præmia pœnaſq; conſtituendas uoluntarium & in uoluntarium conſyderare.

u

Diffi. Videntur inuoluntaria eſſe quæ per uim & ignorantiam perpetrantur.

Cap.ii.Diffi. Violentum eſt cuius principium ab extra tale exiſtit :in quo agens ſcilicet per uiolentiam uel paciens nihil confert.

Cum propter metum maioris mali uel propter bonum aliquod turpiter operamur:uoluntario &in uoluntario mixti ſunt huiuſmodi actus ſed magis ſimiles uoluntariis :nam in electione tunc ſunt cum fiunt: finis autem agendi ſecundum tempus exiſtit :& uoluntarium igitur & iuoluntarium tunc cum agitur dicendum eſt:agit autem uolens : & enim principium tunc mouendi organicas partes in talibus actionibus in ipſo eſt:quorum autem in ipo principium eſt:in eo quoq; eſt utrum agat uel non agat :quare uoluntaria ſunt hæc talia :licet per ſe fortaſſe inuoluntaria ſint nemo enim tale quid ſponte faceret.

Ex lectione.ii.

In mixtis actibus quãdoq; laudatur qui turpe aliquid & doloroſum ſubit

pro magnis aliquibus & honestis quandoq; uituperatur:nã turpissima ferre pro nullo honesto uel mediocri improbi est.

In quibusdam actibus mixtis laus nõ cadit sed uenia: cum quis ea fecerit quæ non oportet :ob quædam intollerabilia quæ humanam naturam transcendunt.

Sunt quædam ad quæ nemo cogi debeat:sed mortem potius ac extrema omnia perferre.

Violentia simpliciter dicẽda sũt:quãdo externa ẽ cã:nec agẽs qcq̃ cõfert

Multe differentiæ in singularibus sunt.

Cap.ii Qui uioléter operantur & inuiti molestе operãtur qui uero ꝓpter delectationem cum uoluptate.

Ridiculũ est accusare externa ac nõ seipsum potius qui ab his facile capiatur :& honestoꝝ qdẽ se ipsum turpiũ uero uolupratem cãm dicere.

Diffi Violentum est id cuius principium externum est nihil conferente illo cuius uis affertur.

Ex lectione.iii.

Quod per ignorantiã fit nõ oĩo uolũtariũ est:sed illud iuolũtariũ ẽ cuius postea dolorẽ pænitudinẽq; suscipimus :nã qui per ignorãtiã qd fecit nec postea fecisset dolet:uolens quidem nõ fecit quod nesciuit:nec rursus inuitus quod non dolet.

Aliud uidetur per ignorantiam facere aliud ignorantẽ eẽ:ebrius quidem aut iratus non uidetur per ignorantiam facere:sed propter ebrietatem & iram non sciens sed ignorans.

Ignorat oĩs flagitiosus quæ facere a quibus ue abstinere oportet :& propter huiusmodi errorem iniusti ac mali fiunt.

Cap.iiii nuolũtariũ dici debet nõ quãdo q̃s ignorat utilitatẽ:nõ.n.ignorantia q̃ in electione cõsistit cã ẽ iuolũtarii:nec q̃ in uniuersali ẽ:uituperatur.n.pp hãc:sed ignorãtia q̃ ĩ singularibus ẽ ĩ qbus & circa q̃ actus sũt cã ẽ inuolũtarii:nã in his comiseratio & uenia locũ habet.

Quis & quid :& circa quid & in quid agit :& quo uelut instrumento:& cuius gratia:ut salutis:& quomõ ut sensim uel uehementer nemo nõ insanus ignorabit cũq; circa hæc oĩa ignorãtia uersetur ĩ quibus sunt actus qui horum aliquid ignorabit inuitus uidetur feciſſe. & maxime in principalissimis :principalissima autẽ uidentur esse illa in quibus actio & cuius gratia:& præterea factum ipsum dolorem ac pœnitudinem afferre oportet.

Ex lectione.iiii.

Diffi uolũtariũ est cuius principiũ est in ipso sciente singula quæ agit:

Nullũ aliorum animalium uolũtarie operabitur neq; pueri.

Non recte dicitur esse illa inuoluntaria quæ per iram aut concupiscẽtiam fiunt :nam irasci oportet in quibusdam & concupiscere quædam:ut sanitatem & doctrinam :absurdum uero est dicere illa inuoluntaria quæ

appetere oportet.
Non minus humani uidentur esse irrationabiles affectus :& actus homi/ num ab ira & concupiscentia sunt

Ex lectione.v.& cap.v.

Electio familiarissima uidetur esse uirtuti :& magis quam res ipse mores ostendere.
Electionē uoluntarium esse constat :non idem tamen .nam uoluntarium latius patet.uoluntarium enim & pueris & aliis animantibus commune est:electio uero non :& repētina uolūtaria quidem dicimus :electionem uero non habere.
Electio & cōcupiscentia nō idē sunt cōcupiscētia.n.uoluptarii ē atq; molesti:electio autem neq; molesti neq; uoluptarii.
Quæ per iram fiunt minime per electionem fieri uidentur.
Voluntas electio nō est.quāuis propinquū quiddā appet:nā electio nō ē i possibiliū at uolūtas ipossibiliū est:ueluti īmortalitatis
Volūtas ē quādoq; eoꝝ q̄ ab ipso qui uult nequaq̄ fiunt ueluti histrionē aut athletam uincere:ueꝝ hæc talia eligit nemo:sed ea dūtaxat quæ ip se facere posse existimat.
Voluntas finis est magis: electio aūt eorum quæ sunt ad finem.
Electio circa illa uersatur quæ in nostra sunt potestate.

Ex lectione.vi.

Opinio circa omnia uidetur esse.nec minus circa eterna & impossibilia q̄ circa illa quæ in nobis sunt.
Opinio nec in bono nec malo :sed uero uel falso distinguitur: at electio per illa magis.
Propter electionem bonorum aut malorum boni & mali sumus:propter opiniomem autem non
Electio laudatur magis quia quod opus erit elegerit:quā quidā rectū elegerit:opinio autem propter ueritatem laudatur.
Elegimus quæ maxime scimus bōa eē:opinamur aūt q̄ nō multū scimus
Opinantur quidam melius:attamen pp prauitatē deteriora eligunt.

Diffi. Electio uolūtariū quid est cuius cōsultatio antecessit.

Cap.vi. Dicendū est id in cōsultationē uenire non de quo insipiens aut fatuus:sed de quo sane mentis aliquis consultaret.
De æternis nemo consultat :ueluti de mundo.uel de diametro & de latere quia incommensurabilia sunt sed neq; de his quæ immotu & semper eodem modo existunt iure:necessitate:siue natura :siue propter aliam causam:neq; de his quæ alias aliter accidunt.ueluti de siccitatibus & hymbribus:neq; de his quæ sunt a fortuna: ueluti de thesauri inuentione :sed neq; de humanis omnibus :nam quemadmodum scitarum res publica:optime gubernetur nemo lacedæmonius consultat

Illa ueniunt in consolationem quæ agi possunt & a nobis quidem agi
Circa manifestas & sufficientes disciplinas non est consultatio: ut puta de litteris nemo ambigit, quemadmodum scribi debeãt.
Causa rerum uidetur esse natura & necessitas: & fortuna & mens: & omne quod per hominem producitur.
Consultatio uersatur in his quæ frequentius accidunt: & in certa quemadmodum euadunt & indeterminata sunt
Sumius alios ad consilium cum de rebus maioribus deliberare uolumus non satis nobis ipsis ad discernendum confisi.

Ex lectione.viii.

Non de finibus consultamus sed de his quæ sunt ad finẽ: neq; enim orator consultat an persuadeat: sed posito fine quemadmodum perueniatur consyderat.
Quod est ultimum in resolutione id est primum in generatione.
Quæ per amicos fiunt: per nos quodammodo fiunt: quia principium in nobis est quia femicet inuitu nõstro fiunt.
Non cadunt in consilium singulares res: ueluti si panis est hoc: & si digestum est ut oportet: nam ad sensum id attinet: quod si semper consulitur in infinitum est progressus.

Ex lectione.viiii

Consultabile & eligibile idem sunt nisi q̃ eligibile rem iam pridem determinatam signat.
Diffi Quod in deliberando cæteris prætulimus id eligibile dicitur.
Diffi Electio est consulta affectatio eorum quæ in nobis sunt.

Ex lectione.x. & cap.vii.

Voluntas eius est qui ẽ finis sed uidetur aliis quidem bõi aliis autem opinati boni nihil enim uolumus nisi bonum.
Dicendum est simpliciter & secũdũ ueritatẽ id eẽ uolẽdũ: qd' bonũ ẽ uer. sed singuli quod bonum apparet sequuntur.
Studiosus uir singula recte iudicat: & i unoquoq; uer. discernit: cuiusq;.n. habitus propria quædam sunt bona & iocunda.
In dinoscenda ueritate singulorum studiosus uir plurimum antecellit: quasi regula & mensura illorum existens: multitudinem uero uoluptas decipit.

Ex lectione.xi. & cap.viii.

Sunt in nostra potestate uirtutes & uitia: & in nobis est probos & improbos esse.
Fœlix nemo inuitus est: prauitas aũt uolũtaria res est.
Dicendum hominem esse principium & generatorem suorum operum quemadmodum filiorum.
Quoq; principiũ in nobis est: illa in nobis erunt & uolũtaria.

Legum latores aduerſus delinquentes pœnas conſtituunt: ſi modo non ui coacti: uel per ignorantiã: cuius ipſi cauſa non erunt: deliquerunt: illis uero qui bene agunt præmia conſtituunt.

Ad ea quæ nec in nobis ſunt neq; uoluntaria nullus hortatur: quippe fruſtra hortaretur quis ut non eſuriret: uel aliquid huiuſmodi.

Per ignorantiam commiſſa puniuntur ſi ipe committens cauſa ignorantiæ uideatur fuiſſe.

Aduerſus ebrios duplex pœna conſtituta eſt: principium enim in ipſis eſt cum in eorum poteſtate fuerit ne ebrii fuerint: quod cauſa eſt eorum ignorantiæ.

Puniuntur ignorantes aliquid ex his quæ legibus continentur quæ utiq; ſcire oportet: nec difficilia ſunt: eodem modo & in aliis quæ per negligentiam ignorantur quaſi in ipſis ſit ne ignorent: poterant enim diligentiam adhibere.

Ex lectione.xii.

Talis non eſt aliquis ut diligens eſſe nequeat: ſed ii ſibi ipſi diſſolute uiuendo cã ſunt ut iniuſti & improbi fiant in maleficiis & flagitiis degentes: nam qnales ſunt actus cuiuſq; talis tandem & ipſe euadit.

Ignorare q; ex actibus habitus fiunt nimium hebetis eſt.

Si quis non ignorans agit ea ex qbus erit iniuſtus uolũtariæ erit iniuſtus:

Iniuſtus & ſi uelit non tamen ceſſabit ab iniuſtitia ac iuſtus fiet quemadmodnm enim nec emiſſum lapidem quis retinere poteſt: fuit tamen in ipſo capere ipſum atq; emittere (principium enim in ipſo) ſic & iniuſto & flagitioſo licebat ab initio talis non eſſe: exquo fit ut uolens delinquat: ſed poſtquam talis factus eſt: non licet poſtea ſibi talis non eſſe.

Non ſolum animi uitia uoluntaria ſunt ſed iterdum etiam corporis: quæ certe carpimus & increpamus: nam qui natura deformes ſunt eos nemo repræhendit: ſed eos qui per negligentiam atq; incuriã tales ſunt

Nemo increpat cæcum natura aut egritudine aut uulnere: ſed magis miſeretur: q; ſi propter eberitatẽ aut aliam huiuſmodi cauſam cæcus fiat omnes increpant:

Ex lectione.xiii.

Affectio finis non in noſtra eſt poteſtate ſed ita natura nos genitos eſſe oportet: ut tanquam intuitum ad diſcernendum optima & expetendũ uerum bonum habeamus: atq; ille generoſus eſt cui hoc a natura exiſtit: rem enim optimam atq; pulcherrimam quam nec ab alio accipere neq; adiſcere poteſt qualis a natura eſt iſtituta talem habebit: atq; ita natum eſſe ea demum perfecta & uera eſt generoſitas.

Quales ipſi ſumus talem ponimus finem.

Habitus non ita ut actus uoluntarii ſunt: quia actuum noſtrorum ab ipſo initio uſq; ad finem domini ſumus ac ſingula nouimus habitum ue-

to ab initio cognouimus ac singula quæ postea addémus ceu in aduersa ualitudine ignoramus.

Ex lectione.xiiii.& cap.viiii.

Diffi Metus est expectatio mali.

Metuimus omnia mala.

Sunt quædam quæ metuere honestum sit & non metuere turpe: uelluti infamiam: qui timet humanus & uerecundus: qui non timet impudens est.

Paupertas metuenda non est neq; morbus: nec illa (ut summatim dicã) que neq; ab improbitate neq; a nobis proueniunt: nec qui ista non metuit fortis est: sed uocamus hunc fortem per similitudinem.

Terribilissimum omnium mors est: hæc enim finis est: nec quicquam præterea bonum uel malum mortalibus uidetur esse.

Nõ circa omne genus mortis fortitudo uidetur: ceu in mari & in morbis: sed proprie fortis dicitur qui ad honestam mortẽ: & ad ea omnia quæ repente illam afferant interitus est: ea uero maxime in bello contingunt.

Ex lectione.xv.

Dicimus aliquid terribile supra hominem quod cuiq; mentem habenti terribile est: quæ uero secundum hominem terribilia sunt magnitudine differunt:

Qui quæ oportet: & cuius gratia: & quando: & ut cõuenit: sustinet ac metuit & audet: is fortis est.

Finis cuiusq; actionis est secundum habitum.

Singula ad finem determinantur.

Erit quidem stupidus & insanus si quis neq; terremotus neq; fluctus pertimeat: ut de celtis dicitur.

Videtur ferox iactator quidam & fortitudinis simulator esse: nã qualis fortis circa terribilia est talis iste uideri uult: ex quo fit ut plærisq; illorũ admixtã habeant cum timore audatiam: appetentes enim pericula non sustinent.

Desperans meticulosus est: cuncta enim formidat: fortis contra præter fiduciam bonam spem habet.

Circa eadem uersantur timidus & ferox & fortis: sed aliter atq; aliter ad illa se habent: ii quidem excedunt atq; deficiunt: hic uero mediocritatem tenet.

Feroces procliues sunt & ualentes ante pericula: sed cum pericula adsunt non sustinent: fortes uero cum ad rem uenerint feruidi sunt: ante rẽ uero quieti.

Mortem appetere ob fugiendum paupertatem aut amorem aut aliud qc quam graue: non fortis est sed magis timidi: est enim mollicies quæ

dam laboriosa fugere:& non quia decorum sit mortem subit:sed q̄a malum deuitat.

Ex lectione.xvi.& cap.x.

Dicuntur & aliæ fortitudines a uera fortitudine quinq̄ modis.

Primomodo fortitudo ciuilis dicitur:quæ plurimam cum uera fortitudi ne conuenientiam habet:de qua supra diximus per uirtutem fieri:ex pudore enim & cupiditate decoris prouenit:quando honoris gratia & ob fugiendam uituperationem quæ turpis est.

In eodem gradu quis reponet ciuili fortitudine fortes:& eos qui a ma gistratibus ut fortiter agāt compelluntur:sed eo deteriores sunt:quod non pudore:sed metu adducti id agunt: nec dedecus fugiūt sed pænā

Oportet non necessitate:sed quia decoꝝ sit fortem esse.

Secundomodo uidetur rerum peritia fortitudo quædam esse:tales sunt i bello milites & alii in aliis periti.

Milites timidi sunt:quando maius periculum iminet uelut si pauciores aduersus multos:aut ipatos aduersus patos istructosq̄ congrediuntur primi enim fugam arripiunt:urbanæ uero copiæ manent atq̄ intereūt :nam his turpe fugere:& mors huiusmodi saluti præferenda.

Ex lectione.xvii.

Tertiomodo fortes uidentur qui per iram ceu feræ bestiæ in percussores feruntur:quoniam fortes iracundi sunt.

Impetuosissima res est a pericula capescenda animi concitatio.

Fortes propter decus faciunt:ira uero eos adiuuat:bæstiæ uero propter do lorem si uulneratæ sint aut timeant:nam cum in silua uel in palude sūt nequaquam inuadunt.

Non est fortitudo si dolore aut ira concitati impericulum defferuntur nihil præuidentes eorum: quæ incurrunt :nam sic asini fortes quo que essent:cum ne uerberibus quidem a pabulo remoueri possint.

Fortes uidentur mœchi qui propter libidinem multa audent.

Proxime ad eam fortitudinem quæ maxime secundum naturam est accedere uidetur fortitudo quæ per iram fit si mouetur electionem ra tionemq̄ ante susceperit.

Homines irascendo quidem dolent:ulciscendo uero letantur: sed qui p hæc agunt pugnaces quidem sunt:at non fortes:non enim ratiōe neq̄ decore:sed perturbatione animi agunt.

Quod propter fiduciam sui audēt fortes nō sunt:consuetudine enim uin cendi fiduciam suscipere: in eo tamen fortibus similes sunt:quod utri que pericula contēnunt:& fortes ii sunt quartomodo. fol. 4.

Ebrii fidentes fiunt cum ebrii sunt: cum uero non sunt ebrii pericula fugiunt.

Viri fortis est quæ hominibus terribilia uidentur & sunt ea subire: quia decor sit ita facere & turpe non facere.

Fortior esse uidetur qui subitis improuisisq; periculis non turbatur: quam qui manifestis atq; prouisis: habitu enim hoc magis agit uel certe minus ex præparatione: nam præuisa quidem ratione & cogitatione subire quis potest repentina uero ut habitus est ita perferuntur.

Quintomodo fortes uidentur qui ignorant nec multum absunt ab his qui propter fiduciam audent: sed eo deteriores sunt q̃ non existimatione ut illi sed ignorantia audent.

Tollerationе grauium & asperarum rerum fortes dicuntur.

Ex lectione.xviii: & cap.xi.

Graue quiddam & asperum fortitudo est ac merito laudatur difficilius ẽ enim dolores perpeti quam a uoluptatibus abstinere.

Finis in fortitudine dulcis esse uidetur: sed a rebus circunstantibus obscuratur: mors enim ac uulnera forti uiro dolorosa sunt eaq; nolet: perfert tamen quoniam decorum est illa perferre uel turpe nō perferre.

nō Quanto magis qnis omni uirtute pollet: quantoq; fœlicior est: tanto magis illi molesta est mors: nam huiusmodi uir maxime dignus est uita & maximis bonis priuatur sciens (dolorosa res certe.)

Non sane in omnibus uirtutibus cum delectatione operari licet nisi quatenus finẽ attingunt.

Diffi. Fortitudo est uirtus medio modo se habens circa timores & audacias propter bonum.

Ex lectione.xviiii.& cap.xii.

Fortitudo & temperantia irrationabilium partium sunt uirtutes.

Delectationes quædã sunt animi quædam corporis: sed i uoluptatibus ai neq; temperati neq; intemperati dicuntur.

Qui fabulis & narrationibus delectantur: & circa singula dies consumunt uerbosos quidem & non intemperatos appellamus:

Circa corporis uoluptates temperantia existit nec circa tamen omnes: nã qui uisu uel auditu gaudẽt neq; temperantes neq; intemperantes esse dicuntur.

Circa odoratum non existit temperantia nisi per accidens: nam qui pomorum aut rosarũ aut uaporum odoribus gaudent: eos non dicimus intemperantes: sed illos magis qui unguẽtorũ aut epularum: quoniam per illos memoria subit earum rerum quas ipsi concupiscunt.

Non fit aliis animantibus per hosce sensus scilicet uisus: auditus: & odoratus uoluptas ulla: nisi per accidens: non enim odore leporum canes gaudent sed esu. nec leo uoce bonis: sed laniatu.

Circa huiusmodi uoluptates temperantia & intemperantia consistit quæ aliis animalibus communes sunt ex quo fit ut seruiles bæstialesq; uide

antur:sunt autem hæ tactus & gustus.

Ex lectione.xx.

Temperãtia & intemperantia gustu quidem parum aut nihil uti uidentur est enim iuditiũ eius in labiis uel in saporibus:quod faciunt qui uina probant aut epulas præparant:nec multum his gaudent uel saltem non intemperantes quidem:sed uescendo gaudent:quod totum fit per tactum.

Orauit quidam gulosus scilicet philosenus erixius longius sibi gut turq̃ ciconiæ fieri quia uidelicet tactu gaudebat.

Delectationibus tactus gaudere atq; deditum esse bestiale est.

Non in toto corpore est intemperantis tactus:sed in partibus quibusdam

Cap.xiii Cupiditatum aliæ communes esse uidentur ueluti cibi: aliæ propriæ atq; apposite:ut huiusmodi cibi uel illiusmodi:alios enim alia delectant:& quædam quibusdam magis placẽt:

In naturalibus cupiditatibus pauci delinquunt & in uno ad plus.comedere enim uel bibere quæcunq; quo ad superfluo impleantur excessus est naturalis cupiditatis.

Diffi. Repletio indigentiæ,naturalis cupiditas est:quapropter dicũtur isti dediti uentri quasi ultra debitum implentes illum & sunt ii nimium seruiles.

Circa proprias uoluptates multi multifariam delinquunt.

Ex lectione.xxi.&cap.xiiii.

Intemperans concupiscit uoluptaria omnia:uel quæ maxime:& impellitur cupiditate ad hæc aliis præferenda: quapropter & non adipiscens & concupiscens dolet:cum dolorem enim cupiditas est:temperans autem mediocriter circa ista se habet

Deficientes uoluptatibus aut minus gaudẽtes quam oportet:uix reperiũtur.non enim est humana huiusmodi insensibilitas: q̃p si aliquis est quem nihil delectet:nec quicquam aliis præponat:longe hic ab homine est:nec nomen sortitus est:quia non facile reperiretur.

Ex lectione.xxii.& cap.xv.

Intemperantia magis uolũtaria uidetur quam timiditas:nam hæc per uoluptatem fit illa per dolorem quoꝝ alteꝝ seqmur: alteꝝ abhorremus

Dolor distrahit & corrumpit naturam ipsum habentis.

Voluptas quo magis uoluntaria:eo maiori uituperatione digna est.

Assuescere aduersus uoluptates facile est:multa enim in uita sunt talia & assuefactio sine periculo est:in timoribus aũt contra.

Intemperatio singularia uoluntaria sunt cupienti & affectanti:uniuersalia autem minus:nemo enim cupit intemperatum esse.

Constat posterius a priori dici.

Castigandi sunt qui turpia concupiscunt atq; luxuriat:talis autẽ maxie ẽ:

libido & puer uiuunt.n. pueri scd'm cõcupiscentiã:plurimaq; ẽ in illis uoluptatum cupido:si igitur nõ obtemperat:ac dominari sibi patiatur longius abibit quoniam uoluptatum appetitus insatiabilis est:stultoq; undiq; affluunt:& executio libidinis in natam cupiditatem exauget: q̃ etiam si magne & uehementes sint mentem e suo statu dimouent:quã obrem mediocres illas rarasq; esse oportet:& tales deniq; ut ratiõi nõ aduersentur.

¶Vt puerum oportet secundum pedagogi præcepta uiuere ita cupiditas debet obedire rationi.

Temperatus quæ debet :& ut debet :& quando debet concupiscit sicut dictat ratio .

Propositiones ex quarto libro Aethicorum Aristotelis:
Ex lectione prima & cap.i.

Liberalitas est mediocritas circa pecunias laudatur enim liberalis in dandis capiendisq; pecuniis:

Pecunias appellamus oia quorum estimatio mẽsuratur nũmo

Sunt prodigalitas & auaritia circa pecunias excessus &defectus

Auaritiam illis tribuimus semper qui magis quam oportet pecuniis student: prodigalitatẽ uero nonnunquam inuoluimus:nam eos qui icõtinentes sunt.& per luxuriam patrimonia profligant prodigos uocitamus quapropter ii flagiosissimi esse uidentur quoniam multa uitia simul habent.

Prodigalitatis nomen propriæ unius uitii esse conuenit q̃ patrimonium consumat: est enim prodigus qui se ipsum perdit uidetur nãq; se ipm perdere qui patrimonium dissipat ex quo uitam ducere debet.

Rebus quibus utimur & bene & male uti possumus :sed iis bene utitur q̃ circa eas uirtutem habet

Vsus pecuniarum dando erogando cõsistere uidetur:nam capere atq; seruare magis possessio est:ex quo fit:ut uiri liberalis sit magis dare quibus oportet :quam capere unde oportet & nõ capere unde nõ oportet.

Virtutis est bene potius facere quam suscipere:& honesta potius agere :q̃ a turpibus abstinere.

Gratia dantis est:repudiantis uero non :sed magis laus .

Facilius est nõ accipere quam dare:sua enim quis difficilius magis tradit quam aliena non accipit .

Liberales maxime fere oĩum uirtuosorum amantur:prosunt enim dãdo

Ex lectione.ii.& Cap.ii.

Actus secundum uirtutem honesti sunt & honesti gratia fiunt .

Liberalis dabit honesti gratia & recte:nam quibus oportet:quot oportet:

& quando & alia cuncta quæ rectam ſequuntur dationem:&liber:uel ſine moleſtia:

Quod per uirtutem fit iocundum eſt uel ſine moleſtia:minimeque dolorem affert:

Non eſt beneficium conferentis:ut ſubinde commoda ipſe procuret.

Liberalis unde oportet commoda capiet puta ex propriis rebus quas poſſidet:non quia honeſtum ſit: ſed quia neceſſarium ut habeat quid donet:nec ſua neg liget:uolens per illa quibuſdam ſufficere.

Eſt eius qui liberalis ſit uehementer excedere:ita ut ſibi ipſi pauciora relinquãtur:nam ad ſe quidem ipſum non reſpicere liberalis eſt.

Iuxta facultates liberalitas dicitur:non enim in multitudine datorum: ſed in dantis habitu liberalitas conſiſtit nec enim quicquam prohibet liberaliorem eſſe qui pauciora dat:ſi modo tenuiores ei ſunt facultates.

Magis liberales eſſe uidentur qui non quæſierunt ipſi:ſed ab aliis:ut ex hereditate acceperunt:nam indigentiam nunquam experti ſunt.

Amant magis ſua quiq; opera:ut genitores & poetæ.

Non facile eſt ut liberalis quiſquam dicatur cum neque cupiat neque conſeruet:ſed contra erroget:nec multi per ſeipſas faciat pecunias: ſed ut aliis dare poſſit. itaque fortuna accuſatur: quod qui maxime digni ſunt pecunias minime habet enim uero id non abſque ratione contingit: fieri enim non poteſt ut diuitias habeat is qui habere non curat.

Ex lectione.iii:

Liberalis accipiet unde oportet: ſequitur enim conuenientem liberalitatem talis acceptio.

Virtutis eſt lætari atq; dolere in quibus oportet:& ut oportet.

Moleſtius feret liberalis ſi quid cum oportet non errogauerit:quam ſi errogauerit quod non oportet.

Ex lectione.iiii.cap.iii:

Prodigalitas non multum augmentari poteſt:non enim facile nullatenus accipientem cunctis largiri:cito namque deficiunt patrimonia priuatorum:unde per ætatem indigentiamq; facile corrigi & ad mediocritatem redigi poteſt.

Prodigus uidetur non abhorrere a morum probitate: non enim abiecti neque in generoſi eſt excedere in dando:& non capere dementis eſt.

Prodigus multo melior eſſe uidetur quã auarus.hic enim multis prodeſt ille nemini:nec ſibi ipſi quidem.

Prodigorum dationes liberales non ſunt ſed interdum quos paupes eſſe

conuenit diuites faciunt: & honeſtis quidem hominibus nihil dant: aſſentatoribus autem aut aliam q̃piam uoluptatem afferẽtibus multa
Prodigi quia honeſtatem nõ ſequuntur in uita:ad uoluptates declinant.

Ex lectione.v.& cap.iiii.

Auaritia inſanabilis eſt:nam & ſenectus & imbecillitas omnis auaros facere uidetur:& eſt magis a natura hominibus inſita:quam prodigalitas:plurimi enim pecuniarum cupidi ſunt magis quam largitores.
Plures uidentur eſſe auaritiæ modi:nam alii in capiendo excedunt:alii in dando deficiunt.
Parci tenues & atridi omnes in dando deficiunt:qui uero illiberalia exercent: ut lenones: fœneratores: & omnes huiuſmodi: in capiendo excedunt.
Qui grandia unde non oportet:& quæ non oportet capiunt:ceu tyranni urbes hoſtiliter inuadentes diripienteſq̃:& templa ſpoliantes:eos illiberales non dicimus:ſed iprobos:& impios:& iniuſtos.
Aleatores & latrones & piratæ illiberales ſunt quoniam ſordida in lucro uerſantur: alii extrema pericula pro quæſtu adeuntes:alii ab amicis quibus dare oportet acquirentes.
Auaritia liberalitati magis oponitur:& maius malũ eſt quam ꝓdigalitas

Ex lectione.vi.& cap.v.

Magnificentia eſt uirtus quædam circa pecunias exiſtens: ſed non ita ut liberalitas ad omnes res pecuniarias pertinet:ſed ad ſumptuoſas ſolũ
Magnificus oĩs liberalis eſt:liberalis autem non oĩs magnificus.
Magnificentiæ defectus modicitas dicitur:exceſſus uero uulgaris uentoſitas & inexplebitas.
Habitus operationibus terminatur:& obiectis quoq̃ eſt.
Computandi ratiocinandiq̃ diligentia magnificentiæ contraria eſt
Non eadem eſt uirtus ideſt ultimum & optimum poſſeſſionis &operis: nam poſſeſſionis quidem uirtus eſt:q̃ plurimi digna ac præcioſiſſima ſit:ceu aurum:operis autem q̃ magnum & decorum:

Ex lectione.vii.

Sumptus honorificos dicimus ueluti in rebus diuinis ſacratis uaſiſq̃ & ſacrificiis:& circa omnẽ rẽ diuinam:& circa publicam magnificentiam: ac in huiuſmodi ſumptibus præcipue magnificentia erit.
Non eadem conueniunt diis & hominibus neq̃ templo & ſepulchro.
Pila ac capſula pulcherrima magnificentiã habet puerilis doni:præcium uero puſillum ac illiberale.
Magnifici eſt in quocunq̃ genere faciat magnifice facere:nam ſic non facilius ſuperari poteſt.
Excedens atq̃ uẽtoſus in ſumpta non oportune faciendo excedit:nam in paruis ſumptibus multa conſumit &ſplendorem contra decentiam ca-

ptat & ubi eſt opus magnis ſuptibus paruos facit.
Medicus in omnibus deeſt:& plurima conſumens in parua re decentiam perdit &quicquid agit tardus eſt atq; moroſus :ſepe consyderans quē admodū in eo quam parum expendat:&hoc ipſum cōquerulus agit & concta maiora q̄ oporteat exiſtimat ſe facere.
Modicitas & uentoſitas uitia quidem ſunt: non tamen uituperationē afferunt :cum neq; dānoſa aliis ſunt: neq; nimium deformia.

Ex lectione.viii.& cap.vi.

Magnanimus eſt qui ſe magnis dignatur cum ſit quidē dignus :nam qui non prodignitate hoc agit:inſipiens eſt.
Eorum qui uirtute præditi ſunt nemo inſipiens neq; fatuus eſt.
Qui paruo dignus eſt:ac ſe parui facit :modeſtus quidem eſt. ſed nequaquam magnanimus.
Pulchritudo in magno corpore conſiſtit: parui autem urbani quidem & apti ſūt ſed non pulchri.
Cap.vii. Qui ſe magni exiſtimat cum indignus ſit tumens & inflatus opinione ſui dicitur qui uero minoris quam ipſe ſit puſillanimis.
Magnanimus magnitudine quidem ſummus eſt.eo autem q̄ ut oportet ſe magni facit medius eſt.
Maximum externorum bonorum id ponendum eſt quod diis tribuimuſ ſed quod maxime affectāt qui indignitate ſunt:& quod rerum præclariſſimarum præcium eſt:id autem eſt honor.
Circa honores & inhonorationes magnanimus eſt ut oportet
Cap.viii. Semper qui melior eſt maiora meretur:&qui optimus maxima
Qui uere magnanimus ſit bonum eſſe oportet:&uidetur magnanimi eē quod ſit in unaquaq; re uirtute magnus.
Nequaquam conuenit magnanimo cedere laceſcenti : neque iniuriam inferre.
Magnanimus niſi bonus exiſtat oīo ridiculus uidebitur.
Honorem non meretur qui pauus eſt.
Honor eſt uirtutis premium & tribuitur bonis
Cap.ix. Videtur magnanimitas ceu ornatus quidam eſſe uirtutum : nam maiores illas facit :& ſine illis non eſt propter q̄ difficile ē uere magnanimum eſſe:non enim poſſibile eſt abſq; accumulata probitate.

Ex lectione.viii.

Magnanimus ī magnis quidem honoribus a grauibus uiris habitis moderate lætabitur:quaſi debitis potius :aut ēt minoribus.
Virtuti perfectæ ſatis dignus honor haberi non poteſt.
Magnanimus inhonorationē paruipendet:nō enim erit iuſte circa illum
Magnanimus circa diuitias:& circa potentiam :& circa omnē ꝓſperitatē aduerſitatēq; utcūq; accidant moderate ſe habebit :nec proſperis gau/

debit nimiũ :nec aduerſis nimium turbabitur.
Potentiæ & diuitiæ propter honorẽ expetuntur.
In bono excellẽs honorabilius eſt.
Secũdũ uirtutẽ ſolus bonus honorabilis ẽ:at cui uirtus & potentiæ &diuitiæ exiſtunt:is magis honore dignus eſt.
Abſq; uirtute ſecundas res moderate ferre non facile eſt.

Ex lectione.x. &cap.x.

Magnanimus nec parua nec frequenter adit pericula:ob id.ſ.q; pauca ſũt quæ ab illo extimentur: ſed magna adit:& quando illis ſe præbet uitæ ſuæ nõ pcit:quaſi indignum ſit oĩo uiuere.
Magnanimus benefacere aliis promptus eſt:bene ſuſcipere aũt pudet:& iretribuendo excedit.
Videntur hoies cõmemorare in quos ipſi beneficia cõtulerunt: a quibus uero acceperunt nõ uidentur cõmemorare :inferior enim ẽ q̃ beneficiũ accipit ab eo qui confert.
Magnanimi eſt neminem præcari aut certe uix:obſequi uero prompte.
Magnanimi ẽ erga hoies ĩ dignitate aut diuitiis cõſtitutos magnũ ſe gerere erga mediocres uero conuenientem.
Magnanimus pauca quidẽ aggreditur:ſed magna certe atq; præclara.
Neceſſe eſt magnanimum ut palam oderit palamq; amet: nam occultare timidi eſt.
Magnanimus ueritatem magis quam opinionem curabit :& loquetur & aget palam contemptor enim eſt:ideo audax;audax uero ideo contemnẽs:ac ferox eſt.
Magnanimi ẽ ad aliũ nõ poſſe uiuere niſi ad amicũ:ſeruile nãq; id ẽ:itaq; oẽs adulatores ſeruiles & oẽs humiles adulatores.
Magnanimus nõ admirator erit quia ſibi nihil uidetur magnum:
Magnanimus nõ erit odii tenax :nõ enim eſt magnanimi refricare aĩo p̃ſertim mala:ſed magis paruipendere.
Magnanimus de hoĩbus nõ multũ loq̃tur :nã nec de ſe dicet :nec de aliis nõ.n.ſibi cure ẽ ut laudetur:nec ut alii uituperentur.
Magnanimus nõ laudator eſt:quapropter nec maledicus:nec de inimicis niſi cum inuehitur.
Magnanimus de neceſſariis aut minutis minime querulus eſt aut præcator .nã ita ſe habere eius eſt qui iſta curet.
Motus magnanimi tardus eſſe uidetur:uox grauis:&locutio firma:nõ.n.pperat qui paucis intẽdit:neq; uehemẽs ẽ q̃ nihil magnũ putat:uolubilitas aũt linguæ ac properatio illorum de cã fit.

Ex lectione .xi.

Puſillanimis malus nõ uidetur:cũ nemini maleficiat:ſed certe aberrat nã cũ bona mereatur ſe ipſum priuat his quibus dignus ẽ:& ſi dignũ bõis

nō putat:& ſe ipſum ignorare uidetur abſtinetq; a præclaris rebus exer-
citiiſq; quaſi indignus ſit.
Tumētes & iflati demētes ſūt & ignorātes ſui:tāq̄.n.digni ſint honorabi
lia iuadūt moxq; redarguūtur ueſtituq; ſe ornant & geſtu & huiuſmōi
fortunaſq; ſuas iactant :ac palā eē uolūt ut per illas honorentur.
Opponitur magnanimitati puſillanimitas magis quam iflatio:nā frequē
tior eſt atq; deterior.

Ex lectione.xii.& cap.xi.

Eſt q̄dā uirtus circa honoris ſine noīe q̄ ad magnanimitatē ꝓxime acce-
dit quēadmodū liberalitas ad magnificētiā:ābæ.n.iſtæ a magnitudine
abſunt : & circa mediocria paruaq; nos diſponunt ut oportet:
Interdū ambitioſū quaſi uirilē ac gloriæ cupidū:& remiſſum quaſi huma
nū & modeſtum laudamus.

Ex lectione.xiii.& cap.xii.

Manſuetudo mediocritas eſt circa iram.
Qui ꝓ qbus oportet:& cōtra quos oportet iraſcitur:& p̄terea ut oz & qñ &
q̄nto tp̄e laudatur & manſuetus hic erit:
Vult māſuetus qetus eē:nec a pturbatiōe ferri:ſed ita ut rō pcipit ī his &
ad tantū tp̄s inſenſū eē:magiſq; indefectu peccare uidetur.
Nō eſt uindex manſuetus ſed magis clemens.
Qui nō iraſcūtur i qbus oportet nec ut oportet:nec quādo : nec aduerſus
quos oportet:ſtupidi uidentur:uidētur.n.neq; ſentire neq; dolere:neq;
reſiſtere.
Perferre cōtumelias & ſuos negligere ſeruilæ eſt.
Malū ſe ipſum deſtruit:& ſi integrū undequaq; ſit itollerabile eſt.
Iracūdi iraſcūtur celeriter & ꝓ quibus nō oportet:& magis q̄ oportet:ſed
cito deſiſtunt qđ ī ipſis optimū ē:euenit aūt id qa nō cōprimūt irā :ſed
eā reddūt ac ſe ſe oſtendunt p̄ acuitatē :ſubindeq; ceſſant.
Exceſſiue acuti ſūt qbus ſūma ieſt bilis:& ad oē & ī oē iracūdi ſunt.
Amari difficile placantur :& longum iraſcūtur tp̄s qa irā cōprimūt:ceſſa-
tio autem fit quando redditur :nam ultio ceſſare iram facit :uolupta
tem pro ira patiens:ſed donec id non fit iram retinent :nam quoniam
oculta eſt ira :illi mitigandæ intendit nemo:ut uero in ſe ip̄a digeratur
tempore indiget.
Amari ſunt plurimum moleſti ſibiipſis & amiciſſimis.
Acerbos dicimus q ꝓ qbus nō oportet :& magis q̄ oportet :& lōgius tp̄s
iſenſis ſūt:nec placātur ſine ſupplitio & pœna.
Qui parum tranſgreditur circa iram non uituperatur ſiue in magis ſiue ī
minus :interdum enim deficientes laudamus & manſuetos uocamus
& iraſcentes uiriles:quaſi ad dominandum aptos.

Ex lectione.xiiii.& cap.xiii.

Diffi. In uita atq; communi usu uerborum & actuum quidam sunt qui placendi studio laudant omnia nec aduersantur:putantes oportere minime se molestos cuiquam esse:hos assentatores uocamus.

Diffi. In cunctis diffidentes nec offendere quicquam uerentes inhumani & contentiosi uocantur.

Mediocritati istorum nomen non ē:sed amicitiæ uidetur similis esse: sed differt ab amicitia q̄ affectu caret :nec ad eos reflectit quibus conuersatur :non enim amore uel odio:sed quia ipse talis ē ea recipit quæ oportet :& erga notos & ignotos consuetos & inconsuetos similiter faciēs ut decet.

Non conuenit similiter familiarium & extraneorum curam habere : nec eodem modo eis molestum esse.

Diffi. Qui placere omnibus studet si uoluptatis causa: nec ob alium quicquam illud agat:lasciuus dicitur:si uero utilitatē quandam inde adipiscatur in pecuniis aut in re pecuniaria :adulator :at qui oībus se opponit in humanum & contentiosum dicimus esse.

Ex lectione.xv.& cap.xiiii.

Videtur ostentator affingere speciosa cum nō adsint sibi uel maiora quā adsint :ironicus uero cōtra quæ sibi adsunt negat uel minora facit :medius autem alteruter quidā est & uita & sermone uerax is enim fatetur quæ sunt circa se nec maiora aut minora facit.

Quisq; qualis ipse est:talia agit & dicit :& ita uita uiuit: nisi alicuius gratia agat.

Mendatium iṕum per se improbum est ac uituperatione dignum:uerum autem probum ac laudabile :

Magis ostentator quam ironicus uituperandus est.

Qui res fingit maiores quam sint :si quidem nullius gratia: prauus quodammodo uidetur:nō enim gauderet mendatio :uanus tamen potius est quā malus qui uero alicuius gratia:si gloriæ & honoris: nō minus uituperandus est quemadmodū ostentatot:si lucri cā deformior ē ii.n. ea fingunt quoꝝ usus ad proximos pertineat & quæ clam esse possint: ceu medicum: aut aurispicem egregium.

Ironicos sua attenuantes urbaniores esse constat:nō enim lucri causa faciunt:sed ut fugiāt tumiditatem :maxime uero ii glorioſa negat ut socrates faciebat.

Diffi. Qui parua & manifesta fingunt glorioſi dicuntur:& facile spernendi sunt.

Vestitus exceſſus &defectus nimius ostentationem quandam habet

Qui modeste ironia utuntur :ac circa ea quæ non nimis ante oculos posita ac apparentia sunt ironizant urbani uidentur.

Ex lectione.xvi.& cap.xv.

Diffi. Qui magis quam oportet risum mouent scurræ uidentur eē: & one rosi sunt nam risum sequuti magis cogitant quēadmodū mouere illū possint :quam quēadmodum honeste loquantur:nec quēq; offendant

Diffi. Qui nec dicunt aliquid iocundum nec alios dicere patiuntur rudes & agrestes uidentur.

Diffi. Qui cum moderatione iocatur comis appellatur.

Quemadmodum corpora ex motibus iudicantur :ita & mores.

Redūdante risu &plærūq; gaudentibus ioco &salibus magis quam oportet scurræ quoq; placent:atq; ita nuncupantur quasi comitatem habeāt &sint elegantes.

Ingenui iocus differt ab eo qui est seruilis:& docti ab eo qui ē indocti: & refert hoc non parum ad honestatem.

Quæ quis audire sustinet hæc & facere uidetur.

Locus in aliquem dictus conuitium est

Cum legum latores nonnulla conuiciari prohibent oportebat forsitan & iocari.

Vrbanus & ingenuus ita se in iocis habebit quasi ipsa lex i ipo existat.

Scurra iferior est q̄ ridiculus nec sibi ipsi nec aliis parci t modo risum mouere queat.

Cessatio & iocus necessaria uidentur in uita.

Ex lectione.xvii.& cap.xvi.

De uerecundia non ita loquēdū est quasi de aliqua uirtute:nā affectui magis quam habitui similis est.

Diffi. Verecundia timor quidam est dedecoris.

Timor fit in rebus grauibus.

Erubescunt uerecundantes :mortē uero timentes paueſcunt:

Non oi ætati cōgruit uerecundia:sed iuuenili:putamus.n.eos q̄ in huiusmodi ætate fūt uerecundos eē oportere: propterea q̄ illi cupiditatibus obnoxii uerecūdia prohibentur in multis delinquere.

Laudamus ex iuuenibus uerecūdos:seniorem uero nemo laudat q̄ uerecūdus sit:nihil enim ab eo fieri censemus qd̄ sit uerecūdia dignum.

Verecūdia non est probi :siquidem prouenit ex improbis.

Si alia secūdū ueritatē:alia scd'm opinionē turpia sunt:neutra agēda sunt Ita se haberet:ut si faciat quicquam tale uerecūdetur:& propter hoc putare probum esse:absurdum est :

In uoluntariis uerecundia est:uolēs enim probus uir nunq̄ faciet praua.

Probitas ex suppositione non est circa uirtutes:

Impudentia improbum est:&non uerecundari cum male agat.

Continentia uirtus non est:sed quædam mixta

Propoſitiones ex quinto libro æthicorum Ariſtotelis.

Ex lectione prima & cap.i.Diffi.

Vſtitia ẽ habitus per quem iuſtorum operatores ſũt & p quem agunt & uolunt res iuſtas.

Iniuſtitia eſt per quam operantur & uolunt iniuſta.

Nõ eodẽ mõres ſe habet in ſciẽtiis & in potẽtiis & hĩtibus :nã ſcia & potentia uidẽtur eandẽ eẽ cõtrarioꝝ hĩtus uero cõtrarius cõtrarioꝝ nõ eſt ceu a ſanitate ſana fiunt nõ aũt cõtraria.

Sæpe cognoſcitur cõtrarius habitus a contrario :& ſæpe habitus a ſubiectis cognoſcuntur.

Seqtur ut plurimũ ſi alteꝝ oppoſitoꝝ multipliciter dicitur & alteꝝ multipliciter dici.

Cap.ii. Iniuſtus uidetur eẽ & q cõtra leges facit:& q plus appetit':&iniquus:& iuſtus erit q ſcd'm leges facit & qui æquus eſt.

Iniuſtus plus appetẽs circa bona quidẽ erit nõ tamẽ oĩa:ſed circa illa in quibus fortuna ꝓſpera uel aduerſa locũ habet:q̃ ſũt ſimpliciter bona ſemper :ueꝝ alicui non ſemper.

Hoĩes illa bona q̃.ſ nõ ſemp ſibi bona exiſtunt præcantur & quærunt: at nõ oportet :ſed præcari quidem debent quæ ſimpliciter bona ſunt:ſibi quoq; eſſe bona appetere.

Iniuſtus nõ ſemper plus eligit:ſed minus in ſimpliciter malis.

Iniqtas cõpræhẽdit oẽm iniuſtitiã:& cõe quoddã eſt ad oẽm iniuſtitiam

Ex lectione ſecunda.

Oĩa quæ alegìbus proficiſcuntur quodammodo iuſta ſunt.

Leges in oĩbus ꝓuidẽt cõiectantes aũt cõem oĩum utilitatẽ aut optimoꝝ aut principũ:uel ſcd'm uirtutẽ:uel ſecũdũ aliũ quemdam talẽ modum

Lex recta dicitur q̃ poſita eſt recte deterior aũt q̃ ĩcõſulte poſita eſt.

Cap.iii. Iuſtitia quæ ſecundum leges eſt uirtus eſt perfecta non ſimpliciter :ſed ad alium & multotiens excellentiſſima uirtutum eẽ uidetur: & neq; heſperus neq; lucifer ita admirabilis.

In prouerbio dicimus omnes ſimul uirtutes iuſtitiæ ineſſe: & perfectam maxime quoniam perfecte uirtutis eſt uſus:& ꝙ eam habens ad alium quoq; uti poteſt uirtute:& non ſolum ad ſe ipſum:

Multi in propriis uirtute uti poſſunt:ſed in his quæ ad aliũ ſũt' nõ poſſũt

Videtur præclarum eſſe id biantis magiſtratus uirum oſtẽdit:ad alterum enim & in communi magiſtratus geritur.

Deterrimus eſt qui ad ſe ipſum & ad amicum utitur prauitate :optimus uero qui non ad ſe ipſum: ſed ad alium utitur uirtute :id enim opus difficile.

Legalis iuſtitia non pars uirtutis :ſed tota atq; integra uirtus eſt neque

contraria eius iniuſtitia uitii pars eſt:ſed tota atq; integra uitioſitas.

Ex lectione.iii. & cap.iiii.

Eſt quædam iniuſtitia ueluti pars totius iniuſtitiæ:& iniuſtum qniddā in parte totius iniuſti quid contra leges fit.

Si lucrandi cauſa mœchatur quis & accipit :iniuſtus quidem ſed non in temperans uidetur:ſi uero erogat & patitur propter libidinem :intemperans magis uidetur eſſe q̄ plus appetens.

Particularis iuſtitia circa honorem:aut pecunias:aut ſalutē :aut circa hæc omnia ſi uno nomine ualeremus complecti :legalis uero circa omnia in quibus uir bonus uerſatur.

Cap.v. Lex præcipit uiuere ſecundum unāquāq; uirtutem :& unūquodq; uitium prohibet.

Ex lectione quarta.

Particularis iuſtitiæ una ſpecies in diſtributione conſiſtit uel honoris uel pecuniaꝝ :uel aliorum quæ talia ſunt ut diuidi poſſint inter eos qui in ſocietate ciuili uerſantur.

Alia ſpecies particularis iuſtitiæ in commertiis hominum corrigēdis exiſtit :cuius duæ partes ſunt:nam commertiorum alia ſunt uoluntaria ceu emptio uenditio:mutuum :fideiuſſio:commodatum : depoſitum: locatum &huiuſmodi:alia inuoluntaria.

Commertia uoluntaria dicuntur quia principium ipſorum uoluntarium eſt.

Commertiorum in uoluntariorum alia clandeſtina ſunt:ut furtum:inceſtus :ueneficium: dolus: fraus:doloſa:necatio:falſum teſtimoniū :alia uiolenta : ut uerberatio:nexus mors:rapina:orbatio :conuitium: contumelia.

Cap.vi. Hinc pugne &incuſationes oriuntur cum æqui non æqua :&non æqui æqua habent:& tribuunt.

Iuſtum quod indiſtribuendo conſiſtit ſecundū dignitatem quādam eſſe oportere fatentur omnes.

Ex lectione.v.

Proportionalitatē habere non ſolum unici numeri eſt:ſed totius numeri

Proportionalitas & æquitas proportionis in quatuor ad minus.

Diſcreta proportionalitas quod in quatuor: conſiſtat manifeſtum eſt: ſed & continua eſt in quatuor: nam uno ut duobus utitur: & bis dicit.

Iuſtum proportionem habet :& eius proportionalitas in quatuor cōſiſtit ad minus iniuſtum aūt proportione caret.

Eſt magis eligendum minus malum :quam maius:

Ex lectione.vi .& Cap.vii.

Iuſtum quod in cōmertiis conſiſtit æquū quidam eſt :ſed nō ſcd̄m ꝓpor

tionalitatem geometricam ſicut eſt in iuſto diſtributiuo:ſed ſecũdum arithmeticam.

Nihil differt utrum bonus a malo abſtulerit:an malis a bono:ſed ad differentiam dãni lex reſpicit ſolum.

Ire ad iudicẽ:id ẽ ire ad ius:nam iudex eẽ debet uelut animatum ius

Ex lectione.vii.

Habere plus quã ſuũ lucrari dicitur minus aũt quã ab initio damnari

Ex lectione.viii.&cap.viii.

Si in magiſtratu conſtitutus percuſſerit repercuti nõ licet:at ſi magiſtratũ quis percuſſerit non ſolum repercutiendus ipſe eſt uerum etiam ſuppli cio afficiendus.

In repatiendo ſcd'm proportionẽ conſiſtit ciuitas:

Retributio gratiarum eſt ꝓpriũ:remunerandus eſt enim qui munus cõtulit:ac rurſus ipſe incipere debet qui ſuſcepit.

Non ex duobus medicis fit ſocietas:ſed ex medico & agricola: & oío ex inæqualibus :uerum hæc æquanda ſunt.

Ex lectione.ix.

Oportet uno aliquo cuncta metiri:&hoc eſt ſecundum ueritatem indigẽtia quæ oía continet:nam ſi nullius indigerent uel non ſimiliter :uel non erit permutatio.

Veluti ſubſidiũ cõmutãdaꝝ reꝝ numus cõpoſitus ẽ:&ob hoc numus uocatur:qꝫ nõ a natura ſed a lege quæ nomos dicitur eſt inductus.

Pro futura ꝑmutatione facienda cũ opus fuerit:ſi alteꝝ nihilo ĩdiget numus quaſi expromiſſor quidam nobis eſt.

Sine permutatione ſocietas non ẽ:neqꝫ permutatio ſine adequatiõe neqꝫ adæquatio ſine menſura.

Numus oĩbus menſuram adhibet:nã oía metitur numus.

Ex lectio.x.& cap.ix.

Iuſtitia eſt uirtus ꝑ quam iuſtus dicitur iuſti operator ſcd'm electionẽ actributor ſibi ad aliũ:& alteri ad alteꝝ.

Iuſtus non eſt qui cõmodi plus ſibi:minus aũt proximo tributor eſt:incõmodi uero contra eſt.

Ex lectione.xi.

Si coeat quis cũ muliere ſciẽs cũ q̃:ſed nõ ꝑ electiõis pricipiũ ſed ꝓp aĩ ꝑturbationẽ:iniuſtum quidem facit:ſed nõ iniuſtus eſt.

Diffi. Iuſtum ciuile eſt quod eſt ſociale ad uitam ut ſufficiens ſit ad libertatem & æqualitatem uel ſecundum proportionem uel ſecundum numerum.

Iuſtum politicum in illis eſt in quibus & lex ad ipſos eſt.

Lex eſt ad illos in quibus iniuſtitia eſſe poteſt.

Iudicium eſt iudicatio iuſti & iniuſti.

In iuſtitia eſt ſibi plus tribuere ex ſimpliciter bonis :minus autem ex ſimpliciter malis propter quod non ſinimus principari hominẽ: ſed ratione: quia ſibi hoc ageret &tyrannus efficeretur.

Magiſtratus eſt cuſtos iuſti:q; ſi iuſti & æqui:

Magiſtratibus merces quædam tribuenda eſt:honor ſcilicet & gloria:quibus autem hæc non ſufficiuut ii ſunt tyranni

Cap.x. Dominicum ac paternum ius non idem eſt ciuili :ſed ſimile:nõ.n. eſt iniuſtitia ad ſuum ipſius ſimpliciter.

Filii & quæ impoteſtate ſunt quãdiu non ſeparata fuerint a patre uel a domino tanquam illius partes ſunt.

Nemo ſibi ipſi nocere uult quapropter nec iniuſtitia eſt ad ſe ipſum.

Cap.xi. Magis ad uxorẽ ius ciuile eſt:quam ad filios & quæ fũt i põtate.

Ius ad uxorem œconomicum eſt:& alienum eſt a ciuili iure.

Ex lectione.xii.

Ius ciuile alterum naturale eſt:alterum legitimum.

Diffinitio. Ius naturale eſt quod ubiq; eandem habet uim:non quia ſic uideatur uel non.

Diffi. Ius legitimũ eſt quod nihil abinitio referebat hoc uel illo mõ eſſet ſed poſtquam lata eſt lex refert.

Quod naturale eſt id immutabile eſt:& ubiq; eandem habet poteſtatem.

Apud deos nihil naturale mutabile eſt:apud nos certe aliquid ẽ naturale mutabile:non omne quidem.

Natura dextra melior eſt:fieri tamen poteſt ut omnes ambi dextri ſint

Cap.xii. Iura quæ non ſunt naturalia ſed humana non eadem ſunt ubiq: nam neq; reſpublica eadem :ſed una duntaxat ubique ſecundum naturam optima.

Differunt iniuſtũ & iiuſtificatio item & iuſtum & iuſtificatio iniuſtum eſt eſt enim natura uel ordinatione:hoc autem ipſum poſtquam factum ẽ iniuſtificatio eſt:ante uero quam fiat nõ eſt iniuſtificatio ſed iniuſtum eodem modo & iuſtificatio.

Diffi. Iuſtificatio eſt iniuſtificationis correctio:

Ex lectione.xiii.

Iuſtificatio & iniuſtificatio determinantur ſecundum uoluntarium & in uoluntariũ :cum.n. quis uolens facere uituperatur & iniuſtificatio eſt. 3

ſiniuſtum erit quoddam :ac nundum iniuſtificatio :niſi hoc addito:ut uolens quis faciat

Voluntarium eſt quando quis in poteſtate ſua exiſtens ſciẽs & non ignorans neq; quem :neq; quo aliquid operatur.

Multa ex his quæ natura exiſtũt ſcientes agimus & patimur quorum nullũ neq; uoluntarium neq; inuoluntarium eſt:ceu ſeneſcere uel mori.

Eoꝝ quæ uolentes facimus alia cum electione :alia ſine electiõe facimus

Cum electione facimus quando deliberatio anteceſſit: ſine electiõe cum non anteceſſit deliberatio.

Cap.xiiii. Per ignorantiam peccata fũt: quando nec quem: nec quod: nec quo: nec cuius gratia intelligebat hoc egit.

Quando præter propoſitum nocere fit infortuniũ eſt quando aũt nõ præter propoſitum: ſed ſine malitia error eſt.

Quando ſciens: ſed non deliberatione præmiſſa facit: iniuria uel iniuſtificatio eſt: cuius generis ſunt omnia quæ per iram aut cæteras perturbationes animi committuntur: & hæc committentes peccãteſq; nõ pp ea iniuſti & mali ſunt: nõ enim ob improbitatem cõmiſerunt ſed quãdo cũ electione iniuſti & improbi ſunt.

Non incepit nocere qui per iram facit: ſed qui prouocauit.

Apparens iniuſtitia exiſtit ira.

Qui inſidiatur non ignorat.

Inuoluntariorũ alia ſunt in quibus uenia locũ habet: alia i qbus nõ habet.

Quæcunq; nõ ignorãtes ſolũ: ueruꝝ ét p ignorãtiã delinquũt hoies ignoſcẽda ſũt q̃cũq; uero nõ p ignorãtiã: ſed ignorãtes qdẽ pp pturbationẽ aĩ nõ naturalem neq; humanã delinquũt: non ſunt ignoſcenda.

Ex lectione.xiiii.& cap.xv.

Impoſſibile eſt accipere iniuriam non inferente aliquo: aut iuſte corrigi non iuſte agente aliquo.

Diffi. Iniuriam facere eſt ſimpliciter aliquẽ uolẽtem ledere & ſcientẽ quẽ & quo: & quomodo præter illius uolũtatem

Nullus uult id quod non putat eſſe frugi.

Ex lectione.xv. & cap.xvi.

Manus & ſeruus iubentis non iniuriatur quidem: facit tamen iniuſta.

Non facile eſt iuſtum eſſe.

Scire mel & uinum & eleborum & aduſtionem perfacile ẽ: ſed quẽadmodũ ad ſanitatem tribuenda ſint & cui & quando: tãta eſt difficultas quãta eſt medicum eſſe.

Ex lectione.xvi.& cap.xvii.

Aequum græce epiices iuſtum non eſt quod eſt ſecũdum legẽ: ſed qd ſecũdum emendationem legis

Peccatum nõ eſt in lege nec in legis latore: ſed in natura ipſius rei quoniã uniuerſaliter de quibuſdam dici non poteſt.

Quãdo lex uniuerſaliter loquitur & accidit qd̃ p̃ter uniuerſale: tũc rectũ ẽ ut q̃ omiſit legis lator & defecit i ſimpliciter loquẽdo: emẽdetur omiſſum: qd̃ & legis lator ipſe ſi adeſſet utiq; diceret: licet iam legẽ tulerit.

Diffi. Natura æq hæc ẽ emẽdatio. ſ. legis qua omiſſum erat pp uniuerſale

Quædam ſunt ut de ipſis lex ferri nõ poſſit: itaq; decreto opus eſt: nã inde finiti indefinita regula eſt

Diffi. Aequus uir eſt qui nō exacte amplectitur ius impeiorem partē :ſed de ſuis commodis detrahi patiatur :& ſi lege ſe tueri poſſit : & habitus iſte bonitas & æquitas græce epiicia dicitur:nec aliud eſt quam iuſtitia quædam.

Ex lectione .xvii.

Quæ non iubet lex uetat.

Occidēs ſe ipſū uolēs:iniuriā facit ciuitati :ſibi aūt nō :ꝗa uolens patitur: nulli autem uolenti iniuria fit.

Ciuitas pœnam conſtituit occidenti ſe ipſum :& eſt quædam ignominia aduerſus illum qui ſe ipſum necauit:quaſi ciuitati iniuriam facienti.

Qui ab alio leſus idem facit aduerſus illum :non uidetur iniuriā facere

Et facere & pati iniuriam utraꝙ praua ſunt:uerum tamen peius eſt facere iniuriam:nam id cum prauitate ē & uituperatur :ſed pati iniuriam ſine prauitate eſt & ſine iniuria.

Per ſe pati iniuriam minus eſt malum :ſed per accidens nihil prohibet eſſe maius :

Quæ per accidens ſunt eorum nō eſt cura arti:

Quemadmodum parenti & imperanti eſſe adinuicem aliquid iuſtum cō tingit:ſic & rationi & appetitui.

Propoſitiones ex ſexto libro æthicorum ſecundum iterprætatiōem Leonardi aretini.

Ex lectione prima & cap.ii.

Væ ſunt animi partes altera rationem habens :altera irrōalis.

Partis habentis ratiōem:una eſt qua pſpicimus illa talia quoꝝ principia non aliter ſe habere poſſunt altera qua ea quæ aliter ſe habere poſſunt:&harum altera uocatur ſcientifica altera rōci natiua:nam conſultare & ratiocinari idem eſt.

Ex lectione.ii.& cap.tertio.

Tria ſunt in animo quæ rei agendæ ueritatiſꝙ dominentur ſenſus intellectus & appetitus.

Senſus nullius rei agendæ principium eſt id ex eo patet ꝙ bæſtiæ ſenſum quidē habent rerum uero agendaꝝ participes non ſunt.

In mente eſt aſſentire & diſſentire:in appetitu autem ſequi & uitare.

Contemplatiuæ mentis quæ nec in agendo nec in faciendo eſt:laus &uituperatio in uero & falſo conſiſtit: hoc enim eſt totius intellectiui opus:actiui uero intellectiui ueritas conſentanea appetitiui recto

Rei agende principium eſt electio unde motus eſt:ſed nō cuius gratia:electionis aūt principium eſt appetitus & ratio quæ alicuius gratia eſt.

Non abſqꝙ mente & intellectu nec abſqꝙ morali appetitu eſt electio.

Bene agere in rebus & male agere ſine intellectu non eſt:ſed mens iſta

ſcilicet ſpeculatiua nihil mouet: uerum illa quæ gratia alicuius ē & acti ua: hæc enim in agendo princeps eſt.

Aut intellectus appetitiuus eſt electio aut appetitus intellectiuus.

Non eſt eligibile quicquam ex iam factis.

Factum ne factum ſi fieri non poteſt: itaq; recte agathon: hoc ſolo priua tur deus infecta facere quæcunq; ſunt facta.

Ex lectione.iii.& cap.iiii.

Sunt uirtutes quibus animus uerum perſpicit aſſentiendo aut diſſentiendo quinq; numero hæc autem ſunt ars: ſcientia: prudentia: ſapien tia: intellectus.

Exiſtimatione & opinione falli contingit.

Omnes ſic accipimus: ut id quod ſcimus aliter ſe habere nō poſſit.

Ex neceſſitate ſcibile eſt: ſempiternum ergo: nam quæ ex neceſſitate ſunt ea plane omnia ſempiterna: ſempiterna autem ſine generatione & corruptione ſunt.

Doctrina omnis ex præcognitis fit

Principia ſút ex quibus eſt ſyllogiſmus: quorum autem non eſt ſyllogiſmus eorum eſt inductio.

Diffi. Scientia eſt habitus demonſtratiuus

Cap.v Eius quod recipit aliter ſe habere: quiddam eſt quod fieri: quiddam quod agi poteſt.

Aliud eſt facere: aliud agere: itaq; habitus cum ratione factiuus: aliud eſt quam habitus cum ratione actiuus nec alter in altero continetur.

Neq; actio eſt factio: neq; factio eſt actio.

Diffi. Ars eſt habitus quidam cum ratione factiuus.

Ars eſt eorum quæ poſſunt eſſe & non eſſe: & quorum principium eſt in faciente: non autem in eo quod fit: non enim eorum quæ neceſſario fiunt ars eſt: neq; eorum quæ ſunt ſecundum naturam: nām hæc in ſe ipſis habent principia.

Ars & fortuna circa eadem quodammodo uerſantur: ut agathon ait: ars fortunam adamauit fortuna artem.

Diffi. Inertia eſt ratione falſa habitus factiuus circa id quod aliter ſe habere poteſt.

Ex lectione.iiii.& cap.vii.

Prudentis eſt uiri bene cōſulere poſſe circa illa quæ ſibi bona & utilia ſút non particulariter: puta qualia ad ſanitatem uel robur: ſed uniuerſaliter ad totius uite ſtatum bene dirigendum.

Conſultat nemo de his quæ impoſſibilia ſunt aliter ſe habere: neq; de his quæ ipſe agere non poteſt.

Quorum principia aliter ſe habere poſſunt horum non eſt demonſtratio nam omnia poſſunt mutari.

Prudentia non eſt ſcientia:quia id quod agitur poteſt aliter ſe habere:nec ars quia alius eſt finis agendi quam faciendi.

Diffi. Prudentia eſt habitus uerus cum ratione :qui in his agendis uerſatur quæ ſunt homini bona &mala

Faciendi alius finis eſt: agendi uero non alius eſt :eſt enim id ipſum finis bene agere.

Periclem & alios huiuſmodi prudentes dicimus quia illa quæ ſibi &aliis utilia ſunt ꝓſpicere ualent: eſſe autē huiuſmodi putamus illos qui publicis priuatiſq; rebus adminiſtrandi ſunt apti

Temperantia dicitur prudentiæ conſeruatrix:conſeruat enim huiuſmodi iudicium non enim totum iudicium corrumpit ac peruertit uoluptas & dolor ueluti ꝙ triangulus duobus rectis equales habet:uel nō habet ſed illud in agendo neꝛſatur.

Principia rerum agendarum ſunt quorum gratia illa aguntur &ei qui corruptus eſtob uoluptatem uel dolorem repente huiuſmodi nō apparet principium:nam uitium corruptiuum eſt principii.

In arte is qui ſponte delinquit potior eſt : in prudentia uero contra quēadmodum & in uirtutibus :quare prudentia uirtus quædam eſt:& non ars.

Prudentia non eſt habitus cum ratione ſolum, (ſed ſcilicet etiam cum appetitu; ſignum autem eſt quod obliuio huiuſmodi habitus eſt ſed prudentiæ non eſt.

Ex lectione.v.& cap.vii.

Diffi. Intellectus habitus principi orum eſt

Cap.viii. Sapiētiā ī artibus attribuimus illis qui excellentiſſimi ſunt:uelu ti phidiam lapidarium:& polycletum ſtatuarium :nihil aliud in hoc ꝓ ſapientia intelligentes quam uirtutem artis:

Exactiſſima ſcientiarum eſt ſapientia.

Oportet ſapientem nō ſolum quæ a principiis manant ſcire:uerum etiā circa principia uirtutem tenere:

Ex lectione.vi.

Sapientia eſt intellectus & ſcientia:ac ueluti caput habens ſcientia præcioſiſſimorum:

Eſt abſurdum ſi quis putet ſcientiam ciuilem :aut prudentiam ſtudioſiſſimam eſſe:niſi optimum eorum quæ in mundo ſunt hō exiſtit.

Beſtiarum quaſdam prudentes eſſe homines aiunt quotcunq; circa uiam ſuam prouidentiam habere uidentur.

Et ſi optimum ſit homo animalium:alia tamē ſunt multo diuiniora quā homo ſecundum naturam:ueluti iſta præclariſſima ex quibus mundus conſiſtit.

Anaxagoram & thalem & huiuſmodi homines ſapientes eſſe dicunt: ſed

non prudentes quia uidentur illos propria commoda ignorantes:&il
la quæ sunt eximia quidem & admiranda & difficilia ac diuina scire
ipsos aiunt:inutilia tamen:quoniam non humana querunt bona.

Simpliciter bene consulere dicendus est ille qui quod optimum est ho
mini in rebus agendis id ratiocinando coniectura assequitur.

Prudentia non est uniuersalium solum uerum etiam singularia oportet
cognoscere actiua enim est

Actio in singularibus uersatur ex quo fit ut quidam nescientes efficato
res sint in agendo:& inter cæteros qui experimentum habent.

Si quis sciat ꝙ leues carnes facile digeruntur & salubres sunt:sed quæ sit
leues carnes ignoret:non faciet sanitatem:sed qui sit ꝙ auium carnes
leues sunt & salubres faciet magis.

Prudentia idem habitus est & ciuilis:essentia tamen nequaquam eadem
est ipsis.

Eius quæ circa rempu.uersatur:alia est ue\uti præsidens quædam ac ma
gistra prudentia in legibus ferendis:alia ī singulis agēdis cōsultādisq;
uersatur quæ communi nomine\ciuilis dicitur.

Decretum agibile est ut postremum (idest singulare).

Res sua cuiusq; quemadmodum administranda sit obscurum est ac diffi
cile cognitu:huius uero signum est:ꝙ iuuenes quidem & geometræ&
mathematici fiunt & sapientes in huiusmodi:ac prudentes fieri non ui
dentur:causa huius est quod in singularibus est prudentia quæ per ex
perimentum nobis ĩnotescit:iuuenis autem non est expertus:longitu
do enim temporis experimentum facit

Puer mathematicus quidem fieri potest:sapiens autem uel physicus:nō
potest:nam mathematica per abstractionem sunt:horum autem expe
rimento principia:

Mathematica non credunt (idest mente attingunt) pueri:sed dicunt

Error aut circa tota rem in consulendo existit:aut circa particularia.

Intellectus est terminorum quorum non est ratio.

Ex lectione.viii.&cap.x

Bene consulere non est scientia:non enim querunt homines de quibus
sciunt.

Bene consulere non est bona coniectatio:sine discursu enim & subito cō
iectatio est:consultatio uero in longo tempore:unde dicunt:exequi ue
lociter consulta oportere:cōsultari uero tarde.

Solertia alterum & bene consulere est. est enim coniectatio quædam
solertia.

Bene consulere non est opinio:opinio enim non quæstio:sed iam as
sertio quædam est:qui autem consulit siue bene siue male querit ali
quid & cogitat.

Opinionis directio ueritas est:
Incontines ac flagitiosus quod sibi propositum est ratōcinādo assequetur itaq; recte consulit licet magnum amplectatur malū.
Diffi. Bene consulere est rectitudo consilii quæ bonum assequitur: per qd oportet: & ut & quando.

Ex lectione.viiii.& cap.xi.

Sagacitas non idem est quod scientia uel opinio: nam omnes sagaces esse possent.
Circa idem sagacitas est & prudentia: nō sunt autem idē: nam prudentia præceptiua est: quod enim agendum sit uel non eius est finis at sagacitas diiudicatiua est solum.
Idem est sagacitas & bona intelligentia: & enim bene sagaces & bene intelligentes idem sunt.
Cap xiii. Sententia secundum quam bene sentire dicimur & sentētiā habere: boni & æqui rectum iudicium est.
Bonum & æquum uirum dicimus eē maxime miti sententia: & æquum esse circa quædam ignoscere.
Ignoscere est sentire recte iudicando circa æquitatem.
Cāp.xiiii. Natura nemo sapiens est
Non minus inherendum est expertis & senioribus uel prudentiū opinionibus atq; sententiis sine demonstratione: quam demōstrationibus ipsis: ueluti enim oculum per experientiam habentes principia discernūt

Ex lectione.x.& cap.xvi.

Opus perficitur secūdum prudentiam & moralem uirtutem: quia uirtus intentionem facit rectam: prudentia uero illa dirigit quæ ad hanc tendunt.
Non est uirtus moralis uegetatiuæ animæ: nihil enim in illa est utrū agat uel non agat.
Est quædā potētia quā astutiā uocant: q̄ huiusmōi est ut ad subiectā itētionem agere intenta possit & ad effectū perducere.
Si id ad quod intendimus rectū sit: astutia laudabilis ē: sin aūt impbū: tūc est dolus: quapropter prudentes astutos & non dolosos eē dicimus.
Prudentia non est astutia: sed non absq; astutia est: habitus uero prudentiæ huic intuitu efficitur animi non sine uirtute.
Prauitas obliquat & falso errore labi facit circa principia rerū agendarū: q̄re īpossibile est prudentē esse quempiam nisi sit bonus.

Ex lectione.xi.& cap.xvii.

Omnibus uidentur natura quodāmodo mores in singulis subsistere: nā ut iusti simus & temperati & fortes & alia huiusmodi statim a natura habemus: sed tamen quærimus aliud quiddam proprie bonū esse: ac talia aliter nobis adesse.

Pueris & bæſtiis naturales ſunt habitus :uerum abſq; mente uidentur eſſe nociui quoniam quemadmodũ in robuſto corpore ſine intuitu ſe mouente contingit fortiter offendere :quia uiſum non habent : ſic & hic q; ſi accipiat mentem in agendo differt.

Vt in opinabili duæ ſunt ſpecies aſtutia & prudentia ſic in morali duæ ſũt naturalis uirtus & propria :uerum harum quæ propria non fit ſine prudentia .

Aiunt ſocratici uirtutes omnes eſſe prudentias & ſocrates q; omnes uirtutes putabat eſſe prudentias errabat quod uero non abſq; prudentia recte dicebat.

Non ſolum habitus qui eſt ſecundum rectam rationem:ſed ille qui eſt cũ recta ratione uirtus eſt.

Non poſſibile eſt quẽquã eſſe bonum uirum ſine prudentia :neq; prudẽte ſine morali uirtute .

Sermo quo diſputare quis poſſit uirtutes abinuicem ſeparari : recipiẽdus eſt in naturalibus uirtutibus at in his uirtutibus per quas ſimpliciter dicitur uir bonus nõ recipitur:ſimul enim cum prudentia quæ una eſt omnes ſimul exiſtũt

Propoſitiones ex ſeptimo libro æthicorum Ariſtotelis.

Ex lectione.i.& cap.i.

Irca mores fugiendorum tres ſunt ſpecies uitium : incontinentia :immanitas.

Vitio & incontinentiæ contraria manifeſta ſunt:nam aliud uirtutem aliud continentiam uocamus :aduerſus autem immanitatem maxime quis cõgrue opponet eam uirtutem quæ ſupra nos eſt heroicam quandam & diuinam .

Si ex hominibus fiunt dii per excellentiam uirtutis ut aiunt:talis utiq; erit is habitus qui immanitati opponitur.

Vt beſtiarum non eſt neq; uirtus neq; uitiũ :ſic nec dei: ſed hæc quidem præcioſior eſt quam uirtus:illa uero alterum quoddã genus ĩpbitatis .

Cum raro contingat uirum quempiam eſſe diuinum:(ut lacones dicere conſueuerunt cum aliquem admirantur :diuinus eſt inquiunt uir): ſic immanem quempiam inter homines raro aiunt exiſtere ſit autẽ quandoq; propter morbos exorbitantes.

Eos qui alios homines malignitate excedunt hac infami immanitatis appellatione notamus :

Cap.ii. Si aliqua materia ſoluantur difficilia &relinquantur ea quæ probabilia uidentur ſufficienter erit oſtenſum.

Idem eſt continẽs & conſtans in ratione :at in continens & qui rationem omittit idem .

In continẽs ſciens quia praua ſunt facit propter cupiditatem :continens

uero ſciens ꝙ cupiditates prauæ ſunt eas non ſequitur propter rationē

Ex lectione.ii.& cap.iii.

Difficile eſt(:ut ſocrates putabat)ſi ſcientia aſſit aliud quicquam præua 3
lere :ac ueluti mancipium in ſeruitutem trahere.

Socrates neminem intelligentem facere contra id quod optimum ſit pu 3
tabat :ſed eos qui faciunt per ignorantiam facere.

Prauitati non eſt uenia :neq; alii cuiquam uituperabilium:

Si cupiditates imbecilles ſint & non paruæ nihil egregium eſt contineri:
ſi paruæ & imbecilles nihil magnum.

Audientis ſophiſma ligatur mens cum acquieſcere nolit concluſioni nō
placenti :nec procedere ultra ualeat : quoniam quemdamodum ſol
uat non habet

Qui uoluptates ex eo quod ſequitur &eligit quod perſuaſus eſt:potior ui
debitur eſſe quam is qui nulla ductus ratione:ſed per incontinentiam
facit:eſt enim ſanabilior quoniam diſſuaderi poteſt.

Incontinens prouerbio ſubiacet quo dicitur :ſi aqua fauces exſiccat quid 3
iam potare oportet? nam ſi ſuaſus ageret diſſuaſus utiq; ceſſaret.

Nullus incontinentias habet omnes.

Solutio dubitationis inuentio eſt ueritatis. 3

Ex lectione.iii.& cap.iiii.

Quidā ex eo his quæ opinantur non dubitant ſed putant ſe pro certo ſci
re:nam quidam(ut heraclitus oſtendit)non minus opinioni credunt
quam alii ſcientiæ.

Cap.v. Dupliciter dicitur ſcire :nam & qui habet ſcientiam & non utitur
&qui utitur ſcire dicitur.

Cum duo ſit propoſitionum modi quibus in agendo uti oportet :nihil
prohibet eum qui ambas habeat agere præter ſcientiam utēdo uniuer
ſali :ſed non particulari.

Differt uniuerſale nam aliud in ſe eſt:ceu cūctis hominibus ſicca prodeē
aliud in re :ut hunc hominem uel hoc tale eſſe ſiccum.

Iræ & cupidines uenereorum ac huiuſmodi quædam corpus diſtrahunt
manifeſte nonnullos etiam inſurorem adigunt:

Dicere uerba:ſcientiæ nullum eſt ſignum:nam in huiuſmodi perturbatio
nibus ſcilicet cupiditatis & ire conſtituti demonſtrationes &uerſus em
pedoclis proferunt :& qui primo adiſcunt :uerbum complectuntur qui
dem:ſed nondum intelligunt:opus eſt enim ut cognata natura fiat:ad
hoc aūt temporis ſpatium exigitur.

Alia eſt uniuerſalium ſcientia alia ſingularium rerum quibus ſenſus iam
dominatur:cunq; ex illis fit una:neceſſe eſt ut concluſiōi huic aſſentiat
animus :& in his quæ factum requirunt ſtatim agat :ſicut ſi omne dul

ee gustare oportet :hoc aũt dulce :tanq̃ unum aliquid de singularibus necessarium est eum qui potest nec prohibetur simul & hoc agere.

Potest quodlibet animæ membrum concupiscentia mouere :itaq; contingit ratione quodammodo & opinatione incontinentem esse.

Concupiscentia contraria est rationi :sed non opinatio.

Bæstiæ non sunt incontinentes:quoniam uniuersalis appræhensionẽ nõ habent :sed singularium phantasiam ac memoriam.

Cum ultima propositio:iuditiumq; sensitiui:& domina rerum agendarũ existat :hanc uel non habet in perturbatione constitutus :uel ita habet ut se habere nesciat.

Præsente illa quæ proprie uidetur scientia non fit perturbatio :nec illa trahitur superaturq; a pturbatiõe sed sensitiua:sicq; apparet quod tractauit socrates eunire ;neminem scilicet scientem peccare.

Ex lectione.iiii:& cap.vi:

Circa uoluptates & dolores uersari continentes & incontinentes ac moles manifestum est.

Eorũ quæ uoluptatẽ efficiunt quædam sunt necessaria :ut quæ ad corpus pertinent :quali : circa alimenta & uenereorum indigentiam :& alia huiusmodi ad corpus spectantia circa quæ temperantiam posuimus :q̃dã non necessaria :sed per se expetenda:ceu uictoria :honor :diuitiæ:&huiusmodi talia.

Qui ĩ his q̃ p se expetẽda sũt ultra rectã rõem q̃ ĩ ipsis ẽ excedũt:eos nõ dicimus icõtinẽtes simpliciter:sed adiungimus pecuniarũ incontinentes & lucri & honoris & iræ.

Qui circa corporis uoluptates in quibus posuimus temperãtem & intemperantẽ excedit uoluptates amplectẽdo & dolores fugiendo famis ac sitis:caloris & frigoris :& omnium quæ sunt in gustu aut tactu non per electionem sed præter electionem & intellectum incontinens dicitur: non per aliquam additionem:sed simpliciter.

Temperantes & incontinentes circa eadem sunt: sed non eodem modo: sed temperantes quidem :eligunt :continentes uero non eligunt.

Magis dicimus intemperantem quicunq; uel non concupiscens uel parũ excedendo persequtur uoluptates & fugit mediocres dolores :q̃ hunc q̃ propter uehementes cupiditates id agit:nam quid ille faceret si adesset cupiditas iuuenilis.&circa necssariorum indigentiã inuehemẽs dolor

Cap.vii In his quæ natura honesta sunt & bona non uiturparantur homines q̃ afficiãtur ad illa q̃ cupiant:q̃ ament :sed quid ita ut modum excedant :prauitas tamen nulla est circa ista :similiter nec incontinentia.

Circa filios ac parentes excessus amoris improbus est ac uitandus.

Incontinentia non solum fugiendorum est: uerum etiam uituperabiliũ.

Ex lectione.v.& cap.viii.

Sicut prauitas alia ſimpliciter dicitur :alia ſecundum additionem : ueluti immanis aut inſana :ſic & incontinentia eſt alia immanis alia inſana : ſimpliciter autem illa ſolum quæ eſt ſecundum incontinentiam.

Ex lectione.vi.& cap.ix.

Minus turpis eſt imtemperantia iræ quam intemperantia libidinis.

Quemadmodum miniſtri qui ueloces ſunt:potius quam totum id quod eis dicitur audiant excurrunt :ac poſtea in agendo errant : & quemadmodum canes antequam conſyderent an amicus ſit ſi mouetur ſtrepuerit latant :ſic ira propter calorem & uelocitatem naturæ audiens quidem rationem ſed non præceptum exaudiens : properat ad ultionem.

Ratio ſi ſcilicet uerum eſt ſeu phantaſia ſi ſcilicet falſum eſt iniuriam ſeu contumeliam oſtendit :ira uero tanquam ratione concludens quod huic tali repugnandum ſit ſtatim inſurgit : at libido ſi ſolum dixerit cogitatio uel ſenſus uoluptatem effici properat ad fruitionem quam obrem ira quidem ſequitur rationem quodammodo:libido uero non turpior igitur libidinoſus.

Naturalibus deſyderiis magis eſt uenia ſi ſequare.

Ira & indignatio naturalibus quiddam eſt quam libidines quæ exceſſiuæ ſunt & non neceſſariæ:ueluti qui ſe excuſabat quod patrem uerberaſſet : nam & ipſe inquit patrem uerberauit ſuum : & ille rurſus ſuum: qui & puerum oſtendens inquit :& hic cum uir erit me:nam id nobis gentile eſt. & qui trahebatur a filio ſiſtere præcipitante ianum :nam & patrem ſuum eo uſq; a ſe tractum fuiſſe.

Magis iniuſti ſunt qui occulte inſidiantur.

Iracundus non inſidiatur :neq; ira :ſed palam eſt : libido uero contra :ut de uenere aiunt doloſam cyprigenam :& homerus fraus quæ abſtulit mentem quamuis multum ſapienti .

Nemo luxuriat dolens :ſed qui per iram facit dolens facit.

Circa humanas uoluptates ſolum intemperantia eſt ac temperantia : atque ideo bæſtias neq; temperatas neq; intemperatus dicimus niſi p ſimilitudinem:

Minus mala immanitas eſt quam prauitas ſed terribilior:minus improba enim ſemper ptauitas eſt non habentis principium mens uero principium eſt.

Milies plura mala faceret malus homo quam beſtia mala

Ex lectione.vii.&cap.x.

Qui uoluptatum exceſſus perſequitur :aut per exceſſum : aut per electionem :& propter ipſas & non propter aliud exinde proueniens:intemperans eſt.

Neceſſe eſt intemperantem non eſſe talem ut pœniteat: itaque inſanabilis eſt.

Deterior eſt qui non concupiſcens facit aliquid turpe: quã ſi concupiſcẽs uehementer: aut ſi non per iram percuſſerit: quam ſi iratus: nam quid hic ageret ſi etiam in perturbationibus eſſet conſtitutus? quo circa intẽperans potior eſt quam ĩcõtinens.

Oponitur incontinenti contines: molli autem conſtans.

Conſtantia altera eſt a continentia: nam conſtantia in reſiſtendo eſt: continentia uero in ſuperando: eſt autem aliud reſiſtere quam ſuperare: quemadmodum non uinci quam uincere: quo circa potior eſt continentia quam conſtantia.

Qui deficit in his aduerſus quæ plæriq; reſiſtunt & ualent: hic mollis & delicatus eſt

Delitiæ mollicies quædam ſunt.

Si quis uehementibus exceſſiuiſq; uoluptatibus aut doloribus ſuperatur mirandumeſt: ſed uenia danda eſt ceu ii qui riſum tenere conati accumulatum emittunt: ut accidit xenophonti.

Scytharum regibus mollicies ineſt propter genus quod tãquam effœminatum a uirilitate ſeceſſit.

Cap.xi. Iocoſus intemperatus eſſe uidetur: eſt autem mollis: nam iocus relaxatio eſt.

Incontinentiæ hoc quidem temeritas: hoc autem infirmitas eſt: nam alii quidem conſultantes non perſiſtunt in his quæ ſtatuerãt propter animi perturbationem: alii ob id quia non conſyderant trahuntur a perturbatione.

Maxime acuti ſiue cholerici & melancholici ob temeritatem incontinenter agũt: acuti quidẽ propter uelocitatem: melãcholici uero propter uehementiã nõ expectant rationem ex eo q̃ phantaſiæ ſequaces ſunt.

Ex lectione.viii.& cap.xii.

Aſſimilatur uitium intemperantiæ hydroppiſi: & ptyſi: in continentia uero epilepticis illa enim continua hæc non continua improbitas eſt quare incontinentia uitium ſcilicet intemperantiæ non eſt: ſed aliquatenus fortaſſe.

Vitium .ſ.intẽperantie quidẽ latet: incontinentia uero non latet: & uitium q̃dẽ .ſ. intemperantiæ cum electione eſt incontinentia abſq; electione.

Similis eſt incontinens iis qui facile inebriantur & a modico uino ac pauciore quam plæriq;

Vitium intemperantiæ & incontinentia in rebus ſimilia ſunt: ceu demodoci illud in mileſios dictum. mileſii quidem inſipientes nõ ſunt: faciunt tamen qualia inſipientes. & incontinentes iniuſti non ſunt: iniuri

antur tamen.

Virtus principium uidelicet operabilium quod scilicet est finis cuius gratia aliquid agitur conseruat:uitium corrumpit.

In rebus agendis principiũ est cuius gratia: ut in mathematicis suppositiões:quẽadmodũ igitur neq; illic ratio edoctiua principiorum:neque hic:sed uirtus aut ex consuetudine aut ex natura recte sentire faciẽs circa principium.

Ex lectio.ix.& cap.xiii.

Si quis quicquam propter hoc expetit & sequitur:per se ipsum hoc sequitur & expetit per accidens uero prius.

Simpliciter dicimus quod per se ipsum dicimus.

Sunt ii dure ceruicis qui sui capitis sunt & qui indocti & agrestes:

Qui sui capitis sunt gaudẽt cũ peruincunt:nec e sententia dimouentur & dolent si eorum sententia irritetur instar publicorum decretorum:quarẽ ii magis incontinenti similes sunt quam continenti:propter uoluptatem enim aut dolorem tales sunt.

Non omnis qui propter uoluptatẽ aliquid facit intemperans est aut prauus:aut incontinens:sed qui propter turpem uoluptatem.

Ex lectione.x.& cap.xiiii.

Fieri non potest ut unus & idem simul sit prudens & incontinens.

Non quia sciat solum:sed quia actiuus sit:prudentem esse dicimus:sed incontinens non est actiuus.

Astutum nihil uetant incontinentem esse:ex quo fit ut nonnunq; prudentes quidam incontinentes esse uideantur:quoniam astutia ratione propinqua est prudentiæ.

Incontinens similis est ciuitati quæ omnia opportune decernat:ac leges habeat bonas:sed illis non utatur: malus autem ciuitati quæ legibus utitur:sed malis.

Incontinentia illa qua melancholici incontinenter agunt sanabilior est:q; illorum qui consultant quidem: sed non permanent: & qui consuetudine icontinentes sunt quam qui natura i.sanabiliores sunt.

Facilius est consuetudinem quam naturam mutare ob id ipsum consuetudinem mutare difficile est q; nature assimilatur:ut euenus inquit:aio inueteratũ usum permanere amice:atq; eum tandem hominibus naturam esse.

Ex lectione.xi.

Artificum finis est ad quem perspicientes unumquodq; uel bonũ uel malum simpliciter dicimus

Nulla effectio cognata est finibuss:ceu nulla edificatio ædibus

Voluptates impediunt prudentiam:&quanto maiores sunt tanto magis

quod in uenéreis patet: nemo enim dum in illis eſt mente proſpicere quicquam poteſt.

Bonum artis eſt opus.

Pueri & bæſtiæ ſequuntur uoluptates

Ex lectione.xii.

Bonum dupliciter dicitur aliud ſimpliciter aliud alicui.

Quæ conſtituunt in naturalem habitum ſecundū accidēs uoluptaria ſūt.

Operatio eſt in concupiſcentiis indigentis & imperfecti habitus & naturæ ex traductiōe antiqua.

Non eiſdem rebus delectatur natura dum repletur & dum in ſtatu eſt. dū enim in ſtatu eſt ſimpliciter iocundis: at dum repletur etiam aduerſus: nam & acribus & amaris gaudet quorum nihil neq; natura neq; ſimpliciter iocundum eſt.

Sicut iocunda adinuicem cōſtituta ſunt: ſic etiam uoluptates quæ ab illis prouenit.

Diffi. Delectatio eſt operatio habitus ſcd'm naturam ſine impedimento.

Contemplatio interdum obeſt ad ſanitatem.

Neq; prudentiam neq; hebitum ullum impedit uoluptas ab unoquoq; puueniens: ſed alienæ uoluptates: nam quæ incontemplatione & diſci plina magis faciunt contemplari atq; addiſcere.

Non eſt opus alicuius artis uoluptas ratiōabiliter: neq; enim alterius operationis cuiuſquam eſt ars factiua; ſed potentiæ a qua ſcilicet procedit operatio.

Ex lectione .xiii:

Omnes beatam uitam putant eſſe iocundam: & implicant uoluptatem fœlicitati rationabiliter: nulla enim operatio ſi impediatnr perfecta eſt fœlicitas autem eſt perfectorum.

Indiget fœlix bonis corporis & externis atq; fortune ut non mpediatur.

Qui in rota & calamitatibus magnis conſtitutum dicunt eſſe beatum: ſi bonus ſit uel uolentes uel inuiti nihil dicunt.

Proſperitas fœlicitas non eſt: nam hæc excedens impedimentum affert fœlicitati.

Fama non omnino uana eſt: quam populi multi decantant.

Voluptatem eandem non omnes ſequuntur: tamen ſequuntur omnes uoluptates.

Cuncta habent in ſe aliquid diuinum natura.

Ex lectione.xiiii.

Quædā uoluptates uehementer amplectendæ ſūt: ut puta illæ quæ ſūt honeſtæ ſed nō corporeæ: & circa quas intemperans eſt.

Corporalium bonorum eſt exceſſus: & malus eſt qui ſequitur exceſſum:

Non malus est qui sequitur necessarias uoluptates: cuncti enim quodam modo gaudent epulis &uino & uenereis:sed non ut debent.

Non solum uerum dicere oportet:sed & causam falsi :nam id ad fidem faciendam pertinet :nam quando ratio conspicitur per quam uidebatur uerum quod non est uerum :facit ut non magis credatur.

Corporis uoluptates magis homines expetere uidãtur quia dolorem pellunt :& per excessum doloris quasi medicinam quandam uoluptatem excessiuam sequuntur ac petitur corporalem sequũtur etiam illas quia gnam uim habent quando propter alias letari non possunt:itaq; sibi ipsis fames aliquas machinantur.

Multis ideſt quantum ad multa doloroſum est propter naturam :semper enim laborat animal(ut naturales testantur sermones & uidere & audire doloroſum esse dictitantes :sed consueti sumus ut aiunt.

Iocunda res est iuuenta.

Melancholici natura semper egent medicina :nam corpus quidem abroditur :& in hoc est continue propter complexionem:ac semper in uehementi appetitu consistunt:pellit autem uoluptas dolorem & quæ contraria est & quæ contingens(modo sit uehemens)& ob hoc intemperati &mali sunt.

Dico per accidens illa iocunda quæ medentur :quia enim contingit mederi patienti :sano agente aliquid :iocundum uidetur .natura aũt iocũda quæ faciunt opperationem talis naturæ.

Nullum iocundum semper idem est: quia non simplex est natura nostra sed ineſt quid aliud secundum quod corruptiua :itaq; si quid agat hæc alteri naturæ aduersatur.

Si alicuius natura simplex sit semper idem actus iocundissimus erit quam obrem deus semper una atq; simplici gaudet uoluptate :non enim motus duntaxat est operatio:sed immobilitas:&uoluptas magis in quiete est quam in motu.

Variatio res ẽ oĩum dulcissima scd̃m poetã:pp neqtiã q̃dã:ut.n.neq̃ hõ facile uariat:sic & natura uarietatis idigẽs:nõ.n.simplex est neq; eq̃bilis.

Propositiones ex octauo libro æthicorum Aristotelis.

Ex lectione.i.& cap.i.

Micitia maximæ necessaria est ĩ uita:sine amicis.n. nullus eligeret uiuere:licet cuncta possideret alia bona.

Locupletes & indignitate constituti plurimum amicis indigere uidentur quid enim prodesset talis prosperitas si benefici cõferẽdi auferetur facultas:qd maxie fit cõmẽdaturq; ad amicos? uel quõ custodiẽtur seruarẽturq; sine amicis:cum q̃to plura illa sint tãto magis pe-

ticulo illa subiacent.

In paupertate ac cæteris calamitatibus unum putatur in amicos esse refugium.

Iuuenibus necessaria est amicitia ad compescendos errores: & senibus ad curam & obseruationem auxiliumq; illarum rerum quæ illis desunt propter imbecillitatem: florentibus autem ad res præclaras: nam duo simul euntes & in cognoscendo & i agendo potentiores erunt.

Natura uidentur inesse amicitia ad id quod genitum est ei quod genuit & ad id quod genuit ei quod genitum est: nec id in hominibus solum uerum etiam in auibus ac plærisq; animantibus: & eiusdem generis i ter se: at maxime hominibus.

Eos homines qui erga cæteros beniuoli sunt laudibus efferimus.

Intueri licet in erroribus puta uiarum omnem hominem amicum & fami liarem homini esse.

Ciuitas amicitia continetur: & legum latores magis circa illam studen quam circa iustitiam: concordia enim simile quiddam amicitiæ ui detur esse: huic autem maxime legumlatores intendunt: discordiam ue ro ut rem inimicam expellunt.

Amici si sint: nihil opus est iustitia: at si sint iusti nihilominus opus est eis amicitia.

Cap. ii. Simile simile appetit.

Qui amicitiam unam speciem esse putant ex eo quia recipit magis & mi nus non sufficienti argumento dicuntur: nam & illa quæ alia sunt spe cie magis & minus recipiunt.

Ex lectione secunda.

Non omne uidetur amari: sed quod amabile est: hoc autem est bonum aut iocundum aut utile.

Vtile est id per quod efficitur bonum aliquod aut uoluptas.

Amat quisq; non quod bonum est sibi sed quod uidetur bonum.

In natura inanimatorum non dicitur amicitia: non enim est in illis reci procus amor: neq; uoluptas illorum boni: nam ridiculum est uino uelle bonum: sed saluum esse cupit ut habeat ipse: at oportet amico uel le bona illius gratia.

Qui bona alicui uolunt illius gratia beniuolos appellamus: si non idem ab illo rependatur: multi enim beniuoli sunt erga illos quos nun quam uiderunt.

Amicitia est beniuolentia i rependentibus non latens.

Ex lectione tertia & cap. tertio.

Amicitiarum tres sunt species: cum totidem sit amabilia.

Qui propter utilitatem ſe diligunt non ſe ipos diligunt :ſed quia ex ipſis aliquod prouenit bonum eodem modo qui propter uoluptatem :unde ſunt huiuſmodi amicitiæ ſecundum accidens & facile diſſoluũtur non in eodem permanẽtibus :nam ſi ante amplius iocundi aut utiles ſit amare deſiſtunt.

Videtur utilis amicitiæ maxime in ſenibus eſſe:nõ enim uoluptatem ii ſequuntur ſed commoditatem.

Adoleſcentium amicitiæ uoluptatis cauſa inſtitutæ uidentur:nã amãt ſecundum affectus:& maxime id ſequuntur quod uoluptatem in præſentia afferat:ueꝛ id ſimul cũ ætate mutatur.

Voluptatis celeris eſt mutatio.

Ad amores proni ſunt iuuenes :nam amatoria per affectum & uoluptatẽ plurimum fit: itaq; amant & cito deſiſtũt :ſæpe eadem die propoſitum mutantes.

Cap.iiii. Perfecta eſt amicitia bonorum uirorum :& inter ſe uirtute ſimi- ꝫ dmꝫ ꝑfa.
lium :ii namq; ſibi bona ſimiliter mutuo uolunt qua ſunt boni:ſũt aũt boni per ſe ipſos.

Permanet bonorum amicitia quandiu ſunt boni :uirtus autem res per manens eſt :

Boni ſimpliciter boni ſunt:& inuicem utiles :eodẽ modo & iocũdi:boni enim iocundi ſimpliciter & iocundi inuicem. bõi utiles ĩ vu

Vnicuiq; uoluptati ſunt propriæ res.

Sunt bonorum amicitiæ merito raræ:nam qui tales ſunt pauci admodum reperiuntur & conſuetudine indiget & tempore:nam iuxta proꝫ ibam ãdꝫ
uerbium prius ſal illud de quo dicitur commedendum eſt quam ſe cognoſcere poſſint.

Non ante recipiendum eſt eos eſſe amicos :quã alter alteri dignus amicitia fiduſq; appareat.

Qui propere amicitias inſtituunt amici quidem eſſe uolunt :ſed non ſũt niſi digni ſint amari:& id cognoſcant:uolũtas enim amicitiæ celeriter fit :ſed non amicitia.

Ex lectione.v.

Propter uoluptatem & utilitatem malos contingit eſſe amicos inter ſe:& bonos malis :propter ſeipſos autem conſtat q; ſolos bonos.

Sola bonorum amicitia ſine querela eſt:nõ enim facile eſt quicquam credere aduerſum eum quem multo tempore comprobauit: perſuaſitq; animo nunquam iniuriatum iri & quæcunque alia inuera amicitia requiruntur.

Spẽcies amicitiæ tres ſunt:ſed prima atq; præcipua eſt bonorum uirorum qua boni ſunt :reliquæ quæ ſunt propter utilitatem & uoluptatem :ſecundum ſimilitudinem amicitiæ ſunt:

Ex lectione.v.

Sicut in uirtutibus alii ſecundū actū:alii ſecūdū habitum boni dicūtur:ſic & in amicitia.alii in uſu cōmuni delectantur & beneficia conferunt alii dormientes & locis diſiuncti non agunt quidem:ſed ſe ſe habent ut amice agere.

Loca non diſſoluunt amicitiam ſimpliciter:ſed actionem:q; ſi diuturnior ſit abſentia obliuionē amicitiæ inducere uidetur:unde id natum eſt dictū:multas amicitias ſilentium dirimit.

Non uidentur neq; ſenes neq; difficiles & quæruli ad amicitiā apti:quoniam parum in illis eſt uoluptatis.

Nemo poteſt illius familiaritate uti qui moleſtiam afferat:neq; illius qui non ſit iocundus:

Maxima uidetur natura moleſtiam fugere: & id aſciſcere quod efficiat uoluptatem.

Qui ſe ſe mutuo recipiunt:nec tamen ſimul uiuunt:ii beniuolis magi ſimiles ſunt quam amicis.

Nihil tam eſt amicorum quam ſimul uiuere:nam utilitatem quidem egeni expetunt:at ſimul uiuere etiam beati:iis enim minime conuenit ſolum uiuere.

Cōuerſari ſimul non eſt niſi ſint iocundi &tales qui eiſdem rebus delectētur:quod ſodalitia habere uidetur:

Amabile & expetibile ſimpliciter eſt bonum & iocundum:cuiq; autem quod ſibi eſt tale.

Differunt amatio & amitia:nam ſimilis eſt amatio quidem affectui:amicitia uero habitui:nam amatio non minus ad inanimata eſt: in amore uero reſpondetur cum electione:electio autem ab habitu eſt

Amici bona uolunt his quos amant illorum gratia non ſecundum affectum:ſed ſecundum habitum

Ex lectione.vi.

Iuuenes cito amicitias contrahunt:ſed non ſenes:non enim fiunt amici his quibus non delectantur.

Familiaritas & mutua conuerſatio maxime uidetur amicitiam facere.

Cap.v. Pluribus eē amicum ſecūdū perfectam amicitiam non datur:quē admodum nec amare plures:& ſimilis exceſſus quidem uidetur: hoc autem ad unum fit:

Multos uni uehementer placere non facile eſt: forte autem nec bonum eſſe uidetur.

Propter utilitatem & uoluptatem multis placere quis poteſt:multi enim tales & breuis obſequium temporis:

Continue nemo ne bonum quidem tolleraret ſi ſibi moleſtum eſſet:itaq; amicos quærunt iocundos.

Ex lectione.vii.

Eſt alia ſpecies amicitie a prædictis quæ ſcilicet conſiſtunt in æqualitate quæ eſt ſecundum maioritatem uelut patri ad filium.

Non eadem eſt amicitia patri ad filium :& filio ad patrem : neq; uiro ad uxorem :& uxori ad uirum :alia enim cuique iſtorum uirtus & opus alia etiam propter quæ amant :aliæ ergo dilectiones & amicitiæ

Oportet meliorem magis diligi quam diligere : quando enim ſecun / dum dignitatem diligitur tunc fit quodammodo æqualitas:quod por ro amicitiæ uidetur eſſe:

Non ſimiliter æquale in amicitia & in iuſtitia uidetur eſſe: nam in iuſtis quidem primum eſt illud æquale quod eſt dignitate :,ſecundum ue- ro illud quod eſt in quantitate :in amicitia uero id quod eſt quantitate primo eſt loco quod uero dignitate ſecundo

Si plurima diſtantia fiat uirtutis aut uitii:aut diuitiarum aut alterius rei: non amplius ſunt amici : nec dignum id putant. manifeſtum autem eſt id in diis:& in regibus :& in optimis & ſapientiſſimis : non enim illos dignantur amicitia qui ualde ſunt humiliores : uel qui nullius ſunt præcii:

Interdum non optanda ſunt amicis maxima bona:puta ut dii fiant :quo- niam non amplius eēt amici:

Hoc in loco Ariſto .proportionem illam quam ſuperius in ſecunda le- ctione poſuit abſolute :uidelicet oportet amico uelle bona illius gratia dupliciter reſtringit.ut primo ſcilicet intelligatur id uerum eē:ſi is cui ab amico bona deſyderantur bonis illis habitis talis permaneat qualis primo erat ſecundo ut intelligamus non omnia bona eſſe amico diſy- deranda :ſed illa quæ non priuant nos magno bono :quale eſt amicū habere :& ideo ſubdit propoſitionē ſequētem.

Si quis maxima bona cupit.

Ex lectione.viii.& cap.vi.

Videntur plæriq; per ambitionē amari magis uelle quam amare :ex quo fit ut multi adulatores ament

Inferior amicus eſt adulator uel fingit tale quidam :& magis amare quā amari.

Amari proxime uidetur accedere ad honorationē qd' ſane plæriq; apetūt

Plæriq; honorem per ſe expetere non uidentur :ſed per accidens : gaudēt enim multi cum ab his qui in poteſtatibus conſtituti ſunt honorantur ſpe ducti :quia putant ſe quod opus ab illis impetraturos : ut igitur ſi- gno bene affectionis gaudent honore :qui uero a bonis uiris & ſcienti bus appetunt honorari:opinionem ſui confirmari deſyderant : amari autem per ſe ipſos gaudent quapropter uidetur utiq; eſſe potius quā honorari :& amicitiam per ſe ipſa eſſe expetendam.

Videtur amicitia magis in exhibẽdo amõrem quam in recipiendo consi stere signum huius est quod matres filios amare gaudent: amari uero non quærunt si utraq; fieri nequeunt sed satis illis uidetur: si uideant fi lios improsperitate constitutos.

Bonorum amicorum est neq; ipsos delinquere: neq; amicos permittere si bi ministros esse.

Mali in amicitia firmitatem non habent: neq; enim sibi ipsis similes per seuerant: & paruo tempore sunt amici gaudentes mutua prauitate.

Ex contrariis maxime uidetur fieri ea amicitia quæ est prope utilitatem ut pauper diuiti: & indoctus sapienti: cuius enim quisque indiget id exoptat.

Amatores deridendi uidentur dignum putantes se amari quemadmodũ ipsi alios amant: nam similiter dignos fortasse exigendum est ita ama ri q̃ si nõ sint tales ridiculum est.

Non appetunt contrarium contraria per se sed per accidens: desyderium autem medii est: hoc enim bonum puta sicco non fieri molle: sed ad medium peruenire.

Ex lectione.viiii.

Prouerbium est amicorum communia recte: in communione enim amicitia est: sunt enim fratribus & sodalibus communia omnia: cæteris uero diuisa.

Gauius est sodali pecuniam auferre quam ciui & non ferre opem fratri q̃ extraneo & pulsare patrem quam quẽuis alium.

Communem cõmodũ legum latores cõiectura sequuntur: & iustum esse aiunt quod communiter prosit.

Ex lectio.x.& cap.vii.

Administrandarum ciuitates tres sunt spẽcies: & totidem etiam excessus scilicet regnum: & optimorum potestas græce aristocratia tertia cen sura quam pleriq; popularem uocant: græci timocraticam.

Optima administratio est regni: deterrima uero popularis:

Transgressio regni: tyrannis est: in utraq; enim unus gubernat.

Tyránus proprium quærit commodum: rex uero eorum qui ab eo regun tur: non enim est rerum nisi per se sufficiat & cunctis bonis excellat: at qui talis est: nullius indiget: non ergo hic quæret utilitates ꝑprias: sed eorum qui ab eo reguntur.

Pessimum optimo contrarium est.

Prauus rex tyránus efficitur.

Ex optimatibus ad paucorum potẽtiam quæ græce oligarchia dicitur fit transgressio gubernatorum prauitate qui rempu. gubernant: & cuncta aut plurima bona ad se trahunt.

Minime praua est multitudinis gubernatio.

Patri ad filium ſocietas regni ē:patri enim cura eſt filiorum:quanq; apud perſas tyrannicum eſt:quoniam filiis perinde utuntur ut ſeruis.
Tyrānica ſocietas eſt domini a d ſeruos :agitur enim domini utilitas.
Viri & uxoris ſocietas ei ſpeciei ſimilis eſt qua optimates gubernant:prodignitate enim uir præſidet :& in his quæ uirum decent :quæ uero uxori congruunt hæc illi tribuit.
Si in omnibus rebus dominari uelit uir ad eam ſpeciem trāſgreditur quæ eſt paucorum potentia:præter dignitatem enim ſibi arrogat: & non quia melius eſt.
Interdum uxores ipſæ præſident quaſi rerum potentiæ. non igitur per uirtutem præſunt ſed per diuitias & potentiam :quemadmodum cum pauci rempublicā optinent.
Fratrum ſocietas ei ſimilis uidetur quæ eſt in cenſu poſitorum hæc græce timocratia dicitur pares enim ſunt :niſi quantum ætatibus differunt: itaq; ſi plurimū ætatibus diſtent:nō amplius fraterna uidetur amicitia.
Multitudinis gubernatio maxime in his domibus conſpicitur quæ ſunt ſine domino :ibi namq; oēs ex æquo:&in quibus ibecilis eſt princeps: & unicuiq; licentia:

Ex lectione.xi.& cap.viii.

Regum ad eos qui reguntur eſt amicia in maioritate beneficii: prodeſt enim illis ſiquidem bonus exiſtens eam habet curam :ut qui ab eo reguntur quam optime habeant ut paſtor ouium :unde & homerus paſtorem populorum uocat agamemnonem.
Talis eſt paterna amicitia qualis eſt regalis :differt autem magnitudinem beneficiorum .cum eſſendi cauſa per maxima uideatur :nutriendiq; & erudiendi:& progenitoribus hæc tribuntur.
Natura imperium optinet pater filiorum:& progenitorēs deſcēdentium & rerum eorum qui in regne ſunt.
Pares ciues eſſe uolunt &inter ſe mites:in parte uero dominari &ex æquo
In tyrānide nihil eſt amicitiæ aut parum :in quibus enim nulla eſt ſocietas imperanti & parenti nec amicitia eſt:neq; enim iuſtum :ſed quale artifici ad organum:& animæ ad corpus :& domino ad ſeruum.
Seruus animatum eſt organum:organum in animatus eſt ſeruus.
Ad ſeruum qua ſeruus eſt non eſt amicitia:ſed qua homo: uidetur enim eſſe quiddam iuſtum cuiq; homini ad omnem cum quo ſocietas eſſe poteſt legis pactionis :& amicitia igitur inquantum hō.

Ex lectione.xii.& cap.viiii.

Parentes amant natos quaſi ſuum quiddam exiſtentes :nati uero parētes ut ab illis quidam exiſtentes.
Magis ſciunt genitores quæ ex ipſis :quam genita quia ab his.
Magis coniungitur id a quo illi q̄ genitū eſt:q̄ id q̄d gignitur ei qui faci

&

In magnitudine quoq; temporis patet parentes magis diligere filios :nã ii statim genitos amant :illi uero post tempus cum genitorum scientiã uel sensum perceperint:ex his etiam patet cur matres ament magis.

Fratres se mutuo amant :quoniam ab eisdem nati sunt.

Magnum est ad amicitiam educatio & ætas .

Est ad parentes amicitia natis:& hominbus ad deos ut ad optimos &maioritate præstantes:maxima enim ii beneficia contulerunt cum essent di educandiq; cã fuerint natosq; erudiendi .

Parentum filiorumq; amicitia uoluptatem & utilitatem magis continet quam extraneorum:quanto in ipsis uita sociabilior.

Viro & uxori amicitia uidetur esse secundum naturam :homo enim natura est coniugale animal magis quam ciuile :quanto prius ac magis necessarium est domus quam ciuitas:& procratio filiorum communis animalibus .

Vir &uxor non solũ procreationis cã cohabitant:sed eorum quoq; gratia quæ pertinet ad uitam confestim enim distinguuntur opera :& alia sũt uiri alia mulieris.

opabrigamu literis.q.

Coniunctio amicitiæ uiri & uxoris filii uidentur esse: propter quod & citius steriles dissoluuntur:filii enim cõe bonũ ambobus continet autem cõmune bonum societatem.

Ex lectione.xiiii:& cap.x:

Fiunt incusationes & quæ̃ſæ in ea amicitia quæ est utilitatis gratia contracta uel sola uel maxime :

Qui per uirtutem amici sunt benefacere mutuo properant :hoc enim uirtutis & amicitiæ.

Aduersus amantem & beneficia conferentem nemo cõqueritur: sed si sit gratus beneficiis respondet.

Ridiculum esset si quis quemquam incusaret quod sibi iocundus non sit cum liceat illo non uti.

Cum amici se mutuo propter utilitatem utuntur semper plus quærunt & minus quam decet se habere existimant :& quærũtur q̃ nõ tanta reportent quanta deberent p̃ sua dignitate

Amicitia quæ est propter utilitatem partim est moralis .partim legitima.

Legitima amicitia est inductis &per pactionem quid pro quo moralis uero non est indictis :sed ut amico donat uel quid aliud facit dignum putat ut ipse consequatur quasi non donauerit :sed commodauerit

Omnes uel magna pars uolunt quidem honesta :sed anteponunt utilia.

Consyderandum est ab initio a quo quis accipit beneficium:& cuius gratia sic uel suscipiat uel non .

Cum utilitatis causa est amicitia :eius qui accipit utilitas mensura est: tantum enim fuit beneficium :quantum iste accepit utilitatis.

Capitulo undecimo. Amici boni est subuenire egentibus :nam quod prodest inquiunt studioso uel potenti esse amicum :si nihil sim consecuturus.

Virtutis &beneficii præmium est honor indigẽtiæ uero auxilium &lucr
In omnibus minus habere nemo sustinet qui ergo in peccuniis minus re portat ei honorem tribuunt.

Amicitia possibilitatem requirit non secundum extimationem :neq; in oibus .ut in honoribus deorum &parentũ :nullus enim pro dignate unquam retribuere potest:sed qui pro facultate id agit bonus esse uidetur.

Nullus uidebitur destitisse patri auxilium præstare nisi excellenti prauitate :nam sine naturali amicitia humanum est auxilium non negare.

Fugiendum est aut non studendum prauo auxilium ferre.

Bene accipere multi uolunt :facere autem fugiunt ut in utile.

Propositiones ex nono libro æthicorum Aristotelis.

Ex lectione.i.& cap.i.

DRepensionem faciendam repertus est nummus communis mensura ad quem omnia referunt :& quo omnia extimantur Oritur inter amicos propter utilitatem aut delectationem indignatio :quando alia fiunt ac non illa quæ ipsi aptabant;per inde est enim ac si nihil fiat quando non potiuntur optatis: ut is qui conducto citharædo pollicitus est:& quanto melius caneret tanto maiora:postridie promissa poscenti:pro uoluptate uoluptatẽ reddidisse inquit.

Qui primo dat uidetur permittere accipienti extimationem recumpensationis :quod aiunt pythagoram seruasse :cum enim docuisset extimare discipulos quanti sibi uiderentur illa quæ ab didicissent:tantumque accipiebat.

Qui pecunias acceperunt prius : ac deinde nihil eorum quæ promiserant efficiunt propter magnitudinem promissorum :merito aduersus eos querelæ sunt:

Remuneratio facienda est secundum electionem phylosophiæ præceptoribus :non enim nummis ea res extimatur :nec præcium æqualẽs reperitur:sed forte satis est quẽadmodum erga deos & erga parentes quã tũ quis potest exhibere .

Cui promissum est hunc uidetur iustius præciũ statuere:q̃ eũ q̃ promisit:plerisq;.n.non æque extimant q̃ habent & q̃ uolũt accipere sua.n.q̃sq; &qui

dat pluris extimat :ſed tamen reſponſio fit in his quantum ſtatuunt ii qui acceperunt.

Non oportet rem tanti præcii facere quanti uidetur poſſidenti ſed quanti faciebat prius quam poſſideret.

Ex lectione ſecunda.& cap.ii.

Reddendum beneficium ut plurimum magis quam amico conferẽdum eſt:ceu mutuum magis cui debeas reddendum eſt quam amico dãdũ.

Cum parentes nobis cauſa eſſendi ſint :honeſtius eſt illis circa alimenta ſubuenire quam nobis ipſis :& honorem illis quemadmodum diis impendere.

Seniori omni ſecundum ætatem tribuendus eſt honor :aſſurgendo & inclinando & huiuſmodi:reliquis uero omnibus ſemper conandum eſt debitum tribuere :ac diſcernere quid cui conueniat ſecundum dignitatem & uſum.

Ex lectione tertia & cap.tertio.

Incuſandus ẽ is qui cum ob utilitatem aut uoluptatem amicus ſit:ob mores ſe amare ſimulat :ſi uero amicus ipſius ſimulatione decipitur :iuſtũ eſt acuſare qui ſimulabat : & magis qua n eos qui nũmos falſificant:q̃ to circa nobiliorem rem adhibita eſt fraus

Non omne amabile eſt:ſed bonum :nec amandus eſt malus amicus: nam malos amare non conuenit:neq; ſimilem eſſe malis .

Simile ſimili amicum eſt.

Non cum omnibus ſtatim diſſoluenda eſt amicitia :ſed cum illis qui ſũt incurabiles propter prauitatem:nam qui corrigi poſſunt eis magis ferendum eſt auxilium in moribus quam in diuitiis :quãto id honeſtius & amicitiæ magis proprium.

Quemadmodum amicis potius quam extraneis putamus gratificandum ſic his qui fuerunt amici aliquid tribuendum eſt propter præcedentem amicitiam :quando non propter exceſſum prauitatis fit diſſolutio.

Ex lectione.iiii.& cap.iiii.

Boni eſt bono ſtudere ſui ipſius gratia : intellectiui enim gratia ſtudet quod unuſquiſq; eſſe uidetur.

Vnuſquiſq; uiuere & eſſe uult ſe ipſum & ſaluari ac maxime illnd per quod ſapit .

Præteritorum recordatio iocunda eſt:& futurorum ſpes optima.

Bono ſemper idem iocundum & moleſtum eſt nec aliud :ſine penitudine enim eſt ut ita dicam.

Bonus ad amicum ita ſe habet ut ad ſe ipſum :eſt enim amicus alter ipſe.

Cap.v. Qui multa & grauia commiſerunt:& propter improbitatem odio habentur uitam fugiunt &ſe ipſos interimunt.

Quærunt improbi alios cum quibus uerſentur :ſe ipſos uero fugiunt : nã

in mentẽ ueniunt multa & nefaria:&alia huiuſmodi ſi ſecum ipſi ſint facere cupiunt:ſed ſi cum aliis ſint obliuiſcuntur.

Cum improbi nihil habeant quod amari mereatur: nullo amore erga ſe ipſos afficiuntur:neq; igitur ſecum ipſi congaudent neq; condolent

Eſt in ſeditione improboꝝ animus:cum interdum pp probitatem doleat ſi quibuſdam ſe abſtineat:interdum uero lætetur:& modo huc modo illuc capiatur: q; ſi non poteſt una dolere & lætari:at certe paulo poſt dolet q; lætatus fuerit:nec eas uoluptates uelet accepiſſe:nam pœnitudine improbi abundant.

Non uidetur improbus ne erga ſe quidem amanter habere: propterea quia nihil eſt in illo quod amabile ſit:q; ſi ita ſe habere ualde eſt miſerum :fugienda eſt improbitas:& ad nitendum ad probitatem.

Si quis erga ſeipſum amanter habebit :& aliis amicus eſſe poterit.

Ex lectione.v.& cap.vi.

Beniuolentia amicitiæ ſimilis eſt:non tamen eſt amicitia:nam beniuolentia eſt etiam erga ignotos & latens amicitia uero non.

Beniuolentia amor non eſt:non enim habet intentionem & deſyderium nam amorem iſta ſequuntur:& ex conſuetudine amor fit:beniuolentia uero repente:

Videtur beniuolentia principium eſſe amicitiæ:quemadmodum & amoris ea uoluptas quæ fit per aſpectum:aſpectui enim non indulgens nemo amat:

Quando quis abſentes deſyderat:præſentiam affectat.

Beniuoli bona uolunt illis ſolum quibus beniuoli ſunt ſed pro illis nullũ ſuſciperent negotium.

Qui uult aliquam proſperitatem habere ſpe alicuius commodi ab aliquo conſequendi:non uidetur erga illum eſſe beniuolus: ſed magis erga ſeipſum.

Beniuolentia fit ex uirtute ac probitate .

Ex lectione.vi.& cap.vii

Concordia non eſt coopinatio:nec qui eiuſdem ſententiæ ſunt concordes dicimus ceu eos qui de celeſtibus idem ſentiunt non enim pertinet ad amicitiam talis conſenſio.

Concordia circa commoda uerſatur:& circa illa quæ pertinent ad uitam

Concordia talis eſt in bonis uiris enim inter ſe & in eiſdem ſunt exiſtentes talium enim ſtabiles ſunt uoluntates:nec in alterutrum fluunt.

Improbi concordes eſſe non poſſunt:niſi per parum: quemadmodum nec amici.

Ex lectione.vii & cap.viii.

Qui beneficia contulere uidentur magis diligere eos quibus collata ſunt

quam illi qui acceperunt eos qui fecere :quod in artificibus euenit om nes enim magis amant proprium opus quam ab opere : si animatum esset :ipsi amarentur.

Esse cunctis expetibile atq; amabile est.

Sumus actu uiuendo & operando.

Auctor operis est quodammodo opus:itaque ipsum amat quoniã& esse:

Quod est potentia id actu esse opus ostendit.

Contulisse beneficium pulchrum est:suscepisse uero non est pulchrum in agendo:sed utile:hoc autem minus iocundum minusq; amabile.

Iocunda est præsentis operatio :futuri autem spes facti autẽ memoria :

iocundissimum autem simul & amabile quod est in actu.

Memoria honestorum iocunda est : ultilium uero non nimis uel minus: expectatio autem contra uidetur habere

Quæ cum labore fiunt ea magis diligunt omnes :ceu diultias ii qui lucra ti suat quam ii qui acceperunt.

Bene suscipere uidetur absq; labore esse:benefacere autem laborioſum.

Mattes filios magis amant: nam laborioſior est ptus : & magis sciunt esse suos.

Ex lectione .viii .& cap ix.

Ille maxime est amicus qui maxime uult bona alicui illius gratia:& si nul lus sciat.

Prouerbia sunt amicorum omnia esse communia :& amicus amico ut ge nu cruri proximum.

In repræhensionẽ :ducentes sui amatores eos uocant qui sibi ipsis plus tribuunt in pecuniis & honoribus uoluptatibus :& qui in istis plus ha bere pergunt ei parti animæ quæ ratione caret omnino inseruiunt tales autem sunt quam plurimi.

Appellatio oritur ab eo quod frequenter fit.

Ex lectione.viiii.&cap. viiii.

Videtur is magis sui esse amator :qui pulcherrimã & maxima bona sibi ipsi tribuit & inseruit principalissimo sui scilicet rationi & in omnibus illi acquiescit.

Sicut ciuitas principalissimum maxime uidetur eẽ:sic &ho mo scilicet ui detur esse intellectus qui est principalissimum in eo

Amator sui maxime ꝓfecto est:qui mentem amat illiq; inseruit :& conti nens porro & incontinens dicitur : incontinendo mentem uel non continendo.

Bonum oportet sui amatorem esse:nam & sibi proderit in agendo hone sta & aliis utilitates afferet:at malum non oportet :nam nocebit sibi & proximis prauas sequendo cupiditates.

Ois mẽs eligit optimũ ſibi:bonus aũt menti parit:
Studioſus abiiciet & pecunias & honores:& oio oia q̃bus hoies iter ſe cõ certát ut honeſtaté aſſequãtur:magiſq̃ uolet breui tp̃e lætari uehemẽ ter q̃ lõgo leuiter: & honeſte uitá agere p unũ annũ:q̃ multis annis: ut cũq̃ cõtingat:ac rẽ unã honeſtã & magnam:quam multas & paruas.
Viri ſtudioſi eligunt rẽ magnam & præclarã: ſibi aderunt .n.amico quidẽ pecuniæ &honores &magiſtratus ſibi autem honeſtas:unde maius bonum ſibi ipſi tribuit.
Etiã in rebus agendis ſtudioſus quãdoq̃ amicũ p̃ferret ſibi:eritq̃ pulchrius :q̃ ſi ipſemet agat:cãm agendi fuiſſe.
In cunctislaudab/ſibus ſtudioſus uidetur ſibi ipſi plus honeſti tribuere: ſicq̃ conuenit ipſum amatorem eſſe ſui.

Ex lectione.x.& cap.x.

Videtur abſurdum cum omnia beato tribuantur amicos non tribuere:qđ maximum uidetur externorum bonorum
Abſurdum eſt eum qui ſolus ſit beatum dicere:nemo enim eligeret cuncta bona poſſidere ſcd'm ſeipſum :nã ciuile aial ẽ hõ cũ aliis uiuere natũ:beato certe hoc exiſtit :nam habet bona naturæ.
Vtilibus amicis & iocũdis beatus nequaquã indiget:cũ ſibi adſint bona & cũ uita eius ſit iocunda nõ indiget externa uoluptate.
Fœlicitas eſt operatio quædam.
Operatio ſit ac nõ exiſtit quaſi quædam poſſeſſio.
Cõtẽplari proximos magis ualemus q̃ nos ipos:& illoꝝ actus q̃ noſtros.
Actus ſtudioſorũ qui amici ſunt iocundi ſunt bonis.
Beatus honeſtis amicis indigebit:
Oportet iocunde uiuere beatum :at uero in ſolitudine moleſta eſt uita.
Studioſus qua ſtudioſus eſt actibus gaudet qui à uirtute proficiſcuntur: qui uero a uitio grauate fert:qnemadmodum muſicus elegãti cantu letatur:abſurdo autem offenditur.
Virtutis exercitatio quædam eſt:conuerſari cum bonis theognis inquit.

Ex lectione.xi.& cap.xi.

Apparet ſtudioſum amicum ei qui ſtudioſis ſit natura eſſe expetendum: nam natura bonum ſtudioſo per ſeipſum bonum eſt ac iocundum.
Viuere diffinitur animalibus quidem potentia ſenſus hominibus uero ſenſus uel intellectus.
Potentia ad operationem refertur :ſed principale in operatione eſt.
Viuere principaliter eſt ſentire uel intelligere.
Viuere per ſeipſum bonum eſt ac iocundum eo quia omnes illud appetant:& maxime boni uiri atq̃ beati:his enim uita maxime eſt appetenda :quia eſſe illis bonum eſt ac iocundum.

In uſu ac ſocietate uerborum & uoluntatis dicuntur homines ſimul uiue re:& non quēadmodum in pecudibus ſi ſimul paſcantur.

Ex lectione.xii.& cap.xii.

In hoſpitalitate elegāter dicitur neq; multos habendos eē hoſpites:neq; ſine hoſpitibus eſſe.

Multis uice uerſa inſeruire laborioſum eſt:

Multitudinis ciuitatis terminus eſt:neq; enim ex decem hominibus ciuitas conſtitui poteſt:neq; ex decem centenis milibus amplius ciuitas foret.

Illos oportet eſſe amicos qui debeāt omnes ſimul quotidiano uſu uerſari:hoc autem difficile eſt in multitudine

Difficile eſt ut multi una lætentur & doleāt:accidit enim ut alter ſimul doleat alter lætetur.

Videtur fieri non poſſe ut multis uehementer quis ſit amicus

Non fiunt amici plures ſecundum ſodaliciam amicitiam:& quæ famoſæ ſunt in duobus dicuntur.

Qui multos parant amicos & omnibus familiariter ſe præbent nullius uidentur amici niſi ciuiliter:ii quos uocant placentes.

Propter uirtutem & propter ſeipſos non eſt ad plures amicitia.

Ex lectione.xiii.& cap.xiii.

Magis neceſſarium eſt habere amicos in aduerſis quapropter utilibus indigent:honeſtius uero improſperis quapropter bonos:& honeſtos quærunt.

Aſſiſtentia amicorum iocunda eſt improſperis'& in aduerſis:nā &releuātur afflicti amicis condolentibus.

Affert amicus in rebus aduerſis ſolatium & aſpectu & ſermone(ſi modo ſit aptus)nouit enim amici naturam:& quibus gaudeat:quibus ue angeatur.

Sentire condolētem in ſuis aduerſitatibus doloroſum eſt:omnes fugiūt ne cauſa doloris ſint amicis.

Qui natura uirilis eſt cauet ne amicos ſimul dolore conficiat:& ſi non excedit in dolentia.illorum dolorem non tollerat:nec conquerentium uoces ſuſtinet:quia nec ipſæ quærulus eſt:mulieres uero ac huiuſmodi homines condolentibus gaudent.

Imitari oportet in omnibus meliorem.

Oportet in proſperitatibus prompte conuocare amicos:cum honeſtum ſit benefacere:in aduerſitatibus autem tarde:nam malorum decet quā minime eos particeps facere:unde illud dictum extat:ſatis eſt q ipſe calamitatibus premor.

Potiſſime uocandi ſunt amici quotiēs magna nobis commoda cum par

ua ipſorum moleſtia afferre poſſunt.
Ire decet amicum ad eos qui in calamitatibus ſũt inuocatum & prompte
nam amici eſt benefacere indigentibus &non inquirentibus
Honeſtũ non eſt amicum properare cauſa ſuæ utilitatis.

Ex lectione.xiiii.& cap.xiiii.

Amatoribus aſpectus ipſe dulciſſimus eſt: & magis expetunt hunc ſenſum
quam alios :ut pote amore in hoc potiſſimum exiſtente & genito
Quod eſt ſingulis amicis eſſe :uel cuius gratia uiuere expetunt:in eo cum
amicis uolunt moram traherere : itaq; alii compotant alii colludunt :
alii ſimul philoſophantur.
Singuli in his quotidiano uſu uerſantur quæ maxime amant in uita:
Amicitia improborum flagitioſa eſt:communicant enim praua inſtabi
les exiſtentes :& flagitioſi fiunt inuicem ſe aſſimilantes proborum au
tem proba:ex quotidiano uſu ſuſcipiens incrementum:
Videntur amici meliores fieri agendo &ſe mutuo corrigendo.

Propoſitiones ex .x.libro æthicorum Ariſtotelis.

Ex lectione.i.& cap.i.

Videtur ad moris maximam uirtutem eſſe:ut gaudeat quis qui
bus gaudere oportet & oderit q̃ odiſſe oportet :tendunt enim
hæc per totam uitam inclinationem habentia:&poteſtatem ad
uirtutem ac beate uiuendum.
Qui de affectibus & actibus habentur ſermones minorem fidem quam
opera habent quando igitur diſcordant ab'his quæ ſunt ſecundum ſen
ſum :ſpreti atq; reiecti ſunt etiam uerum inſuper interrimunt
Qui uoluptatem uituperat:ſi quando illius appetens depræhedatur ad il
lam inclinari uidetur :quaſi talem exiſtentem omnem .
Diffinire non eſt multorum .
Sermones qui ueri ſunt non ſolum ad ſciendum utiliſſimi ſunt: ſed ad
uiuendum :conſentanei enim operibus fidem habent quapropter & p
uocant intelligentes uiuere ſecundum ipſos.

Ex lectione.ii.&cap.ii.

Eudoxus uoluptatem ſummum bonum eſſe cenſebat :propterea q̃ cũcta
rõnalia & irrationalia illam appetere cernebat.
Fidem habuere ſermões eudoxi propter morum probitatem :magis quã
propter ſe ipſos :egregie enim modeſtus eſſe uidebatur :quare non ut
amicus uoluptatis hæc dicere creditus eſt:ſed quod re uera ſic eſſet.
Oẽ bonum cum alio bono expetibilius eſt quam ſolum:
Quod omnibus uidetur id eſſe dicimus:& qui hanc opinionem tollit nõ
multo probabiliora dicit.

Etiam in prauis est aliquod naturale bonum ualentius quam secundum se ipsa :quod appetit appropriatum sibi bonum .

Ex lectione.iii.

Nihil prohibet quemadmodum sanitas determinata existens recipit magis & minus sic & uoluptatem recipere.

Voluptas motio non est :omni namq; motioni proprium uidetur esse uelocitas & tarditas :licet non per se:sed ad aliud:uoluptati autem neutr3 horum existit :nam potest quis cito lætari quemadmodum &irasci:sed in uoluptate constitutum non.

Traduci ad uoluptatem uelociter & tarde quis põt :operari uero secundũ illam uelociter non potest.

Nõ est repletio uoluptas:sed dum fit repletio quisq; uoluptatem capit & dum exhauritur dolet.

Ex lectione.iiii.& cap iii.

Si peruerse dispositis obscœna sunt iocunda : & non putandum est ea simpliciter esse iocunda : sed ipsis : quemadmodum ægrotantibus salubria .

Voluptates differunt specie:aliæ enim ex rebus honestis :aliæ ex turpibus fiunt.

Fieri non potest ut quis iusti uoluptatem accipiat nisi sit iustus :neq; musici nisi sit musicus.

Nullus optaret uiuere si ita puerili mente futurus sit in uita ut his ex rebus uoluptatem capia quibus pueri maxime capere uidentur.

Circa meminisse :scire :uirtutes habere :solicitudinem utiq; poneremus: etiam si nulla inde sit prouentura uoluptas.

Voluptas non est summum bonum :neq; oĩs expetibilis est.

Ex lectione.v.& cap.iiii.

Visio omni tempore est perfecta : non enim quicquam illi deest quod postea factum illius speciem perficiat :& huic similis apparet uoluptas tota enim quiddam est:nec ullo tempore uoluptatem quis cupere potest:quæ si maiori tempore fiat illius species perficiatur.

Voluptas motus non est:nam omnis motus in tempore est & finis alicuius:delectari autem est in non tempore.

Visionis non est effectio:neq; puncti:neq; unitatis: neq; quicq̃ horũ motus :igni neq; uoluptatis nam totum quoddam est.

Ex lectione.vi.

Perfecta operatio est operantis optime dispositi erga potissimum eorum quæ sibi subsunt:& hec erit iocundissima.

Per omnem sensum sit uoluptas:& similiter per intellectum & contemplationem.

Perficit operationem uoluptãs nõ ut habitus qui ineſt :ſed ut reſultas qui dam finis ueluti in ætatis flore pulchritudo.

Capitulo quinto. Nullus continue in uoluptate eſt : cuncta namque humana impoſſibilia ſunt continue operari :uoluptas autem ſequitur operationem.

Viuere omnes appetunt.

Vita operatio quædam eſt:

Quilibet circa illa & illis operatur q̃ màxime amat: ceu diſciplinarum ſtudio dedit intellectu circa perſpicientiam rerum :& muſicus auditu circa dulcem ſonum.

Ex lectione.vii.

Coniugata uidenter eſſe operatio & uoluptas: nec ſeparationem recipere :nam ſine operatione non fit uoluptas:& omnem operationem uoluptas perficit.

Voluptas & operatio ſpecie uidentur differre:nam alia ſpecie ab aliis perfici putamus.

Vunaquæq; uoluptas operationis illi quam perficit propria eſt

Coauget operationem propria uoluptas magis enim ſingula diſcernunt exactiuſq; compræhendunt quicunq; uoluptate operantur:

Ab aliis prouenientes uoluptates impedimento ſunt operationibus : ex quo fit ut quotiens uehementer aliqua re gaudemus :non fere aliud agamus : & alia faciamus cum aliis leuiter delectamur.

Ex lectione.viii.

Cum differat operationes probitate & improbitate: & aliæ expetende ſint aliæ fugiendæ:alie neutræ: eodem modo ſe quoque uoluptates habent.

Cap.vi Magis propriæ ſunt operationibus uoluptates quæ illis inſunt q̃ cupiditates:hæ namque diſtincte ſunt temporibus & natura :illæ uero propinquæ operatiõibus & indiſtinctæ:ita ut ambiguum ſit utrum idé ſit operatio & uoluptas.

Vnicuiq; animali eſt propria uoluptas quemadmodum & opus : nam ut inquit heraclitus : aſinos magis delectant ſtramina quam aurum.

Operatiões ac uoluptates quæ aliorum ſunt ſpecie differunt ſpecie : quæ uero ſunt eorundem indefferentes ſunt eſſe rationabile eſt.

Voluptates quas omnes fatentur eſſe turpes non eſt dicẽdum eas eſſe uoluptates niſi illis qui corrupti ſunt :

Ex lectione.ix.&cap.vii.

Fœlicitas eſt finis rerum humanarum.

Fœlicitas habitus nõ eſt:& enim dormienti exiſtere poſſet:&inſtar plante uitæ degenti: & in calamitatibus maximis conſtituto.

Fœlicitas ponenda eſt in aliqua illarum operationum quæ propter ſe expetuntur & non illarum quæ propter aliud.

Propter ſe expetendæ ſunt illæ operationes in quibus nihil alterius quæritur quam operatio & tales uidentur eſſe operationes ſecundum uirtutem.

Ludi ad fœliciratem uidentur pertinere :quoniam ii qui in magna potentia conſtituti ſunt illis intendunt : at id fortaſſe nullum eſt ſignum : non enim impotentatu aſt uirtus neq; mens a quibus laudabiles ſunt operationes.

Pueri quæ apud eos in præcio ſunt ea putant eſſe optima:& quemadmodum apud pueros atq; uiros diuerſa præcio habentur: ſic etiam apud bonos & malos.

Præcioſa & iocunda ſunt illa quæ ſtudioſo ſunt talia

Cuiq; ſecundum proprium habitum expetentiſſima eſt operatio: unde & ſtudioſo ſecundum uirtutem

Non ẽ fœlicitas in ioco :nam abſurdum foret iocum eſſe eum quem quærimus finem.

Cuncta alterius gratia expetimus præter fœlicitatem

Studere & laborare ioci cauſa ſtultum nimis puerileq; uidetur: iocari uero ut ſtudeas ſecundum anacharſis ſententiam recte ſe habet

Ceſſatio quædam iocu, uidetur & non eſt finis ceſſatio cum fiat gratia operationis.

Meliora dicimus ſeria quam ridicula & iocoſa.

Poteſt quiuis frui corporis uoluptatibus:etiam abiectus quiſq; nõ minus quam optimus :at fœlicitatem nullus dicet obiectio competere:ſi non & uitam.

Ex lectione.x.& cap.viii.

Rõnabile ẽ ut fœlicitas ſit ſcd'm optimã opationẽ:optimá autẽ operatio eſt contemplatiua.

Quod optia opatio ſit cõtẽplatiua cõſentaneũ uidetur ueritati :&.n. mẽs optimũ ẽ eoꝝ q̃ i nobis ſũt & cogniſcibiliú circa q̃ mẽs ẽ iſup cõtinuatiſſima hæc ẽ opatio cõtẽplari.n.poſſumus cõtiue magis q̃ qd uis ageꝛ

Maximã oium opationũ uoluptatẽ afferre illã q̃ ẽ p ſapiẽtiã oẽs cõſẽtiũt uꝛ nẽpe ſapiẽtia mirabileꝫ q̃ſdã hꝛe uoluptates &certitudie & puritate.

Rõabile eſt ſcientibus maiorem delectationẽ ad eẽ quã quærentibus.

Neceſſariorum ad uitam & ſapiens & iuſtus & cæteri indigent:talibus uero ſufficienter affluentibus :iuſtus quidẽ idiget ad quos & cú qbus iuſtitia utatur: eodẽ mõ tẽpatus & fortis & alioꝝ qſq;:at ſapiẽs p ſeipſũ

cõtemplari põt:& quanto ſapientior ſit magis:
Melius fortaſſe eſt ſi ſapiens adiutores habet:ſed tamen ipſe per ſe ſufficientiſſimus eſt.
Videtur ſola comtemplatio ſapientiæ propter ſe amari: nihil enim ab illa prouenit præter contemplationem:at in rebus agendis uel plus uel acquirimus præter actionem.

Ex lectio.xi.& cap.ix.

Videtur fœlicitas in otio eſſe.
Negotiamus ut ociemus:& bellum gerimus ut in pace degamus: nullus enim bellum expetit bellandi gratia:neq; parandi illa quæ ad bellum pertinent:nam uideretur penitus ſanguinolentus eſſe ſi amicos faciet hoſtis ut pugnæ cedeſq; ſequantur
Nihil eorum quæ fœlicitatis ſunt imperfectum eſt.
Contemplatiua uita potior eſt quam quæ ſecundum hominem:non enim qua homo eſt ita uiuet:ſed qua diuinum quiddã in ipſo exiſtet.
Oportet non quemadmodum mouẽt quidam nos humana curare cum ſimus homines:& mortalia cum ſumus mortales:ſed quantum fieri poteſt ad immortalitatem ad mitti & omnia facere ut uiuamus ſecundum optimum eorum qnæ in nobis ſunt ſcilicet ſecundum mentem licet enim moſle paruum id ſit potentia & præcio multo magis exiſtit
Proprium cuiq; natura optimum & iocundiſſimum eſt:& hominum igitur uita quæ eſt ſecundum mentem:ſi quidem maxime hæc eſt homo.

Ex lectione.xii.

Vita quæ eſt ſecundum mentem beatiſſima eſt:ſecundariã uero illa eſt q̃ eſt per aliam uirtutem ſcilicet prudentiam: nam operationes ſecundũ illã humanæ ſunt.
Coniugata eſt prudentia moris uirtuti:& illa prudentiæ.ſiquidem principia prudentiæ ſunt ſecũdum uirtutes morales:rectum autem in moribus ſecundum prudentiã:coniunctæ uero hæc affectibus & circa compoſitum ſunt:compoſiti autem uirtutes humanæ ſunt:uita igitur ſecũdum illas & fœlicitas:illa uero quæ mentis ſeparata eſt.
Voluntates hominum obſcuræ ſunt:& ſimulant ſe iuſta uelle cum non ſunt.
Contemplati nihil exteriorum bonorum opus eſt ad operatiõem: ſed(ut ita dixerim)contemplationẽ impediunt:uerum qui homo eſt:& cum pluribus uiuit eligitq; uirtuoſa facere indigebit profecto his ad hominis uitam.

Cap.xi. Actiones ſecundum uirtutes morales deo non attribuimus:nam in rebus agendis pauum quiddam eſt & indignum numine deorum
Operatio dei beatitudine præcellens contemplatiua eſt:& hominibus operatio illa quæ huic cognatiſſima eſt erit utiq; fœliciſſima:

Cætera animalia fœlicitatis capatia non ſunt cum tali operatione penitus careant.

Deo omnis uita beata eſt hominibus uero inquantum ſimilitudo quædam competit huiuſcemodi operationis:

Fœlicitas ẽ ſpeculatio quædam,

Ex lectione .xiii:

Indiget fœlix externa perſperitate cum homo ſit:non enim natura per ſe ſufficiens eſt ad contemplandum :ſed oportet ſanum eſſe corpus :& alimenta cæterumq; famulatũ adeſſe.

Non inexceſſu externaꝝ reꝝ ſufficientia eſt:neque iuditiũ neq; actiò nam priuati homines non minus uidentur recta agere :quam illi qui ſunt in poteſtatibus conſtituti :immo etiam magis.

Solon recte fœlices oſtendit eſſe mediocriter abundantes externis bonis agentes præclara & uiuentes modeſte :poteſt enim qui mediocria poſſidet agere quæ oportet.

Anaxagoras uidetur non locupletem neq; potentem exiſtimare fœlicem dicens ſe nequaquam mirari ſi ille multitudini abſurdus eſſe uidetur nam multitudo ſolum iudicat a rebus externis:

Veritas in rebus ex operibus & uita diſcernitur.

Conſyderanda ſunt quæ dicuntur de moribus ad uitam factaq; referendo :& ſi concordant in operibus recipere illa oportet :ſi uero diſcordant rationem perquirere:

Qui ſecundum mentem operatur & eam colit & optime diſpoſitus eſt amiciſſimus deo uidetur eſſe : nam ſi deus curam habet humanarum rerum ut extimatur & creditur rationabile eſt eum gaudere optimo & cognatiſſimo.

Amatibus mentem maxime & honorantibus deus ſauet tanquam rerum ſibi chariſſimarum curatoribus.

Amiciſſimus dei eſt ſapieus :eundemq; fœliciſſimum eſſe decens eſt.

Ex lectione.xiiii.& cap.xi.

Non eſt in rebus agendis finis conſyderare ſingula atq; cognoſcere: ſed magis illa agere :nec ſane ſufficit ſcire:ſed conandum eſt illa habere & uti

Si uerba ſatis eſſent ad faciendum nos bonos:multam & magnã mercedem ſcd'm Theognidem perſuaſores merito reportarent.

Conſtat ſermones illam uim habere:ut prouocare ac propellere iuuenes eos qui igenui ſunt poſſit:& generoſum more ueræq; honeſtatis amãtem uirtuti obnoxium facere:ſed uulgus non poſſe ad probitatem inducere:non .n. tales ſunt ut uerecundiæ obtemperent ſed metu : neq; ut abſtineant a prauis propter turpitudinem:ſed propter pœnam.

Non poſſibile eſt neq; facile quæ ab antiquo moribus occupata ſunt ea

uerbis mutare.

Alii fiunt boni natura alii consuetudine :alii doctrina.

Fieri bonos natura non est in nostra potestate :sed per quandam diuinã causam:ut uere fortunatis existit.

Sermo & doctrina nunquam in omnibus uires habent :sed oportet ut ante cultus sit moribus auditoris animus ad recte gaudendum odiendumq; :tanquam ager qui semina sit nutriturus :nam qui secundum perturbationem animi uiuit :nec audiret monentis persuasiones nec intelligeret :perturbationes enim animi non uidentur penitus cedere uerbis :sed uiolentiæ.

Ex pueritia difficile est recta inductione ad uirtutem potiri : nisi sub talibus educatus sit legibus :nam uiuere modeste & temperate plurimis ac præsertim iuuenibus non est iocundum : quamobrem legibus constitutum esse oportet circa educationem & exercitia :non enim molestiam afferent si fuerint consueta.

Legibus indigemus omnino recte per totam uitam: nam plæriq; necessitati magis quam rationi parent & pœnis quam honestati.

Debent legum positores prouocare & exhortari homines ad uirtutem honesti gratia :ut pote illis qui boni sunt ea secuturus : aduersus autem inobedientes & tardiores pœnas supplicia q; imponere : qui uero tales sunt ut emendari non possint :eos penitus exterminare : nam probum uirum & hone uiuentem rationi pariturum esse existimamus :improbum uero libidinibus obnoxium quasi bælluam quãdam subiugo positam per dolorem esse cohercendum.

Patris ordinatio uim & necessitatem id est coactionem non habet : nec alterius cuiusdam uiri nisi sit rex aut huiusmodi :at lex uim habet necessariam ratio existens & prudentia quadam & mente quadam.

Homines eos qui cupiditatibus suis aduersatur (& si recte faciant)tamẽ indigne ferunt lex autem non est molesta iubens probitatem.

Ex lectione.xv.

Vt in ciuitatibus uim habet leges & mores:sic in domibus paterni sermones& mores ac plus etiam propter beneficia collata .

Differunt priuata instituta a publicis : ueluti in medicina : uniuersaliter enim febricitanti confert abstinentia & quies:est tamen fortasse aliquis cui non confert.

Ex lectione.xvi.

Nulli quicquam melius ciuitati suæ reliquere possent quam filios suos ad rempu.gubernandam aptos neq; sibi ipsis aut his quos charissimos habent magis quicquam optare possunt :quam potentiam bene administrandæ reipublicæ.

Experti in singulis recte iudicant opera & per quæ & quomõ perficiant

tur intelligunt.

Incipiunt propositiones ex libro primo Magnorum moraliū Aristotelis.

Tndiosum esse est uirtutes habere :

Oportet si quis in politicis debet practicus esse secundum mores esse studiosum

Negotium circa mores pars est & principium politicæ.

Nihil proficuum est scire quidem uirtutem : quomō autē utiq; fiat & ex quibus nō odire: simul enim scire uolumus & nos ipsi esse tales .

Primo pythagoras incepit de uirtute dicere: non ratione uirtutes ad numeros reduces .

Post pythagoram socrates adueniens: non ratione uirtutes scientias faciebat.

Scientiæ omnes sunt cum ratione :ratio autem in intellectiuo animæ sit solo uirtutes autem etiam in irrationali parte aiæ siunt .

Nulla scientia neq; potentia causa mali est: sed omnium potentiarum bonus est finis :& optimæ potentiæ ac scientiæ optimus erit finis.

Bonum dicitur dupliciter :aut enim optimum in unoquoq; entium :hoc autem est quod per sui naturam est appetibile :aut quo alia participantia bona sunt:hoc autem idea boni est: ut commune omnibus existens bonis .

Aliud ab idea ipsum commune omnibus est idea enim separabile est &ipsum secūdū seipsum est:cōmune aút oíbus in est.

Diffinitio uult uniuscuiusq; substantiam dicere.

Non est unius scientiæ neque potentiæ de omni bono intendere :quia bonum in omnibus prædicamentis est:non enim medicus bonum qd est in gubernatiua quandoq; sciet .

Non est politicæ de communi bono dicere: sed de bono optimo nobis.

Oportet in omni scientia principia propria accipere inconueniēs est enī si quis uolens triangulum duobus rectis æquales habentem dicere accipiat principium q aīa immortalis est.

In scientiis accidit simul scire scientiam quid est & esse scientem :si .n: medicinam quis sciuit quid est :medicus iste confestim est: sed non in uirtutibus hæc accidit :non enim si quis sciuit iustitiam confestim iustus est.

Bonorum hæc quidem sunt honorabilia puta anima intellectus:principalius :principium uirtus hæc autem laudabiliam :puta uirtutes :ab operationibus enim quæ sunt secundum ipsas laus sit:alia uero sunt potentiæ:puta principatus :diuitiæ fortitudo :pulchritudo .

Potentiæ diuina appellantur bona: & fortuna generationis iplorum cā estia fortuna enim & diuitiæ fiunt &principatus:& uniuersaliter quæ-

cunq; in potentiæ ordinē conueniunt.
Quartum bonorum eſt quod eſt ſanatiuum & conſeruatiuum boni: puta exercitium ſanitatis:& ſi quid aliud tale
Bonorum hæc quidem omnino & ubiq; ſunt appetibilia: puta iuſtitia & aliæ uirtutes:hæc autem non: puta fortitudo & diuitiæ :& potentia & huiuſmodi.
Bonorum hæc quidem ſunt fines puta ſanitas:hæc autem non :ut quæ cā ſanitatis ſunt.
His quæ ſunt ad finem ſemper finis melior':& ſimpliciter &uniuerſaliter
Ipſorum finium ſemper melior perfectus imperfecto.
Diffi. Perfectus finis eſt quo adueniente nullo amplius indigemus:imperfectus autem quo adueniente indigemus aliquo.
Fœlicitate adueniente nullo alio indigemus.
Fœlicitas eſt ex multis bonis compoſita:&nihil ab his bonis eſt fœlicitas
Cap. ii Bonorum hæc quidem in anima ſunt puta uirtutes:hæc aūt in corpore:puta ſanitas & pulchritudo:alia uero exterius ut diuitiæ principatus honor & huiuſmodi : & horum quæ in anima ſunt optima ſunt.
Bona quæ in anima exiſtunt determinata ſunt in tria :in ſapientiā : in uirtutem:& delectionem.
Vſus appetibilior eſt habitu :nullus enim utiq; uellet habere uiſum non debens uidere:ſed claudere :uſus enim finis eſt habitus autē uſus cā.
Capitulo tertio. Cum in anima ſit uirtus idem dicimus aīam facere &aīæ uirtutem :ſed uirtus quidem in unoquoq; hoc facit cuius eſt uirtus. aia autem alia quædam.
Nullo alio quam anima uiuimus uirtute autem animæ bene uiuimus.
Diffi. Bene uiuere & bene operari nihil aliud dicimus quam fœlicitatem ergo fœlicitas eſt in beneuiuere.
Bene uiuere eſt in uiuendo ſecundum uirtutem.
Fœlicitas eſt in uiuendo ſecundum uirtutes.
Fœlicitas eſt imperfecto non imperfecto:nō enim erit in puero:ſed i uiro
Fœlicitas nō eſt in tempore imperfecto ſed perfecto qđ utiq; erit quo homo uiuit :&.n.ratione dicitur a multis quod oportet fœlicem in maximo tempore uitæ iudicare.
Quod fœlicitas ſit actus uidebit utiq; aliquis exinde inſomnis enim ſi q̄s dormiat per uitam talem non uolumus hunc dicere ualde fœlicem eſſe uiuere quidem ipſi ineſt :ſed uiuere ſecundum uirtutes non in eſt : quod erat ſecundum actum.
Capitulo quarto. Eſt quædam pars animæ qua nutritur animatum quā uocamus nutritiuam : cuius non eſt uirtus huius enim partis non eſt agere.
Motus non eſt in parte animæ nutritiua:unde nec actus:ſed ſimilis eſſe ui

uidetur igni illi.n. quicquid imites consumet:&si non immittas nō ha
bet motum ad accipiendum :ita & hæc pars animæ habet :si quidem
enim immittas nutrimentum nutrit :si autem non immittas non nu
trit nec habet motum nutriendi :quare non cooperatur hæc pars secū
dú fœlicitatem.

Cap.v. Est anima in duas partes diuisa:in rationem habens:&i irrōnabile
In parte animæ rationem habente fit prudentia solertia sapientia bona d
sciplinatio & memoria & talia :in irrationali autem ipse uirtutes :u
temperantia iustitia fortitudo & quæcunq; aliæ moris uidentur lauda
biles esse.

Secundum eas uirtutes quæ sunt partis irrationalis laudabiles dicimur se
cundum autem eas quæ sunt partis rationem habentis nullus laudatu
non enim quia sapiens ullus laudatur :neque quia prudens :neq; om
nino secnndum aliquid horum.

Moralis uirtus ab indigentia &superabundantia corrumpitur:si enim ali
quem ualde facies impauidum quod deos non timeat non fortis sed
insanus erit :si autem timentem omnia timidus erit.

Ab eisdem augentur & corrumpuntur uirtutes:ut fortitudo augetur &
corrumpitur a timoribus:

Non accipere uirtutem & malitiam absq; tristicia &delectatione unde uit
tus circa delectationes & tristitias est.

ἦθος ab ἐθὸς quod est consuetudo fortassis habet denominationem
& ethica dicitur propter ethieste idest assuescere: neq; enim una nobis
uirtutum irrationalis partis natura fit.

Cap.vi. Quæ fiunt in anima sunt passiones potentiæ & habitus

Passiones aiæ sūt timor odiū desyderium zelus misericordia:& talia con
sueuit sequi tristritia & delectatio .

Potentiæ sunt secundum quas bene uel male passiui sumus horum puta
secundum quas potentes sumus irasci tristari & misereri & talia.

Plus fingere eorum quæ sunt habere iactantiæ est :minus autem ironiæ
medietas autem quæ est horum ueritas est.

Virtus circa tristitias & delectationes est & passionum animæ medie
tas est.

Passiones aliquæ sunt in quibus malitia non est in superabundantia & de
fectu quodam puta adulterium.

Cap.vii. Plus distantia a medio contraria magis esse uidebuntur .

Circuncontinēs medium facile est inuenire:medium aút hēre difficile é

Cap.viii. Ratio socratis uera non est :non in nobis fieri studiosos esse au
prauos :quoniam nullus eligeret iniustum esse: tunc enim incōueniē
ageret legem ponens quæ in nobis non sunt præcipiens operari :ac il
uirtute laus in malitia autem uituperium non esset :laus enim &uitup

rium non inuoluntariis eſt.
Vituperamus ægrotãtes quando ipſos putamus cãs eẽ ægrotãdi :aut ma
le habere corpus quaſi exiſtens & hoc uoluntarium.
Ois natura generatiua eſt ſubſtantiæ talis qualis ipa ex principiis qbuſdã
Cũ operatiões pmutantur &principia opationũ ex qbus ſunt permutãtur
Principiũ opatiõis ſtudioſæ & prauæ electio ẽ & uolũtas & oẽ qđ ſecun
dum rationem eſt:unde & ipſis mutatis mutamur & ab operationibus
uolentes.
Et ſi in aliquo ſit iuſtum eſſe & ſtudioſum ſi uoluerit non tamen in eo eſt
oium ſtudioſiſſimum eſſe:ſicut enim ſiquis uoluerit curã habere cor
poris non utiq; oium optimũ habebit corpus:oportet enim non ſolũ
curã in eẽ:ſed & naturaliter fieri corpus bonum & optimum :ſimiliter
oportet exiſtimare in anima :nõ enim utiq; eligens ſtudioſiſſimus eſſe
ſtudioſiſſimus erit:niſi & natura erit.
Cap.viiii: Voluntarium ſimpliciter dicimus quod operamur nõ coacti:
Appetitus tres ſunt ſpecies concupiſcentia :ira & uoluntas
Diffi. Violenta ſunt quoꝝ exterius eſt cauſa aqua coguntur operari.
Coacta non ſũt dicenda quæcunq; delectationis cauſa operamur :ſi quis
enim dicat coactus ſui amici mulierem corrumpere a delectatione ab
ſurdum erit.
Cap.x. Electio appetitus non eſt:quoniam appetitus in aliis animalibus ẽ
electio autem nõ electio enim cũ ratione eſt.
Electio uoluntas non eſt:quoniam uoluntas impoſſibilium eſt: uolumus
enim immortales eſſe eligimus aũt non.
Electio non eſt ipſius finis ſed eorum quæ ſunt ad finem: uoluntas autẽ
eſt ipſius finis:
Electio non eſt intentio:de multis enim intendimus quæ non eligimus:
Diffi. Electio eſt appetitus conſiliatiuus eoꝝ quoꝝ in nobis eſt & operari
& non operari & ita operari & non ita:& eoꝝ in quibus eſt propter qd
nõ tamen unũ & determinatũ:ſicut eſt in geometria.
In ſupabundãtiam &defectum propter delectatiõem &triſtitiam ferimur
propter delectationem enim praua operamur:propter triſtitiam autem
bona fugimus:
Peccatum non fit intentione:ſed electione bonorum & non circa ipſum
finem :in hoc enim oẽs cõſentiunt finem:puta ſanitatem bonum :eſſe
ſed quæ utiq; ſunt ſecũdum finem:puta utrũ ad ſanitatem comedere
bonũ ſit nõ omnes ſentiunt.
Cap.xi: Virtus magis eſt cõiectatrix ipſius finis :quã eoꝝ q̃ ſũt ad finem
Dicimus ſimpliciter actum habitu eſſe meliorem :hoies enim ſtudioſum
uidentes iudicant ex operari :propter id quod nõ ẽ poſſibile manifeſta
re uniuſcuiuſq; electionem quam habet

Cap.xii. Si quis non timet tonitrua aut coruſcationes aut aliud quid ſupra hominem terribilium:non fortis:ſed inſanus erit.

Qui propter experientiam fortes uidẽtur .ſicut milites :aut propter paſſionẽ puta amantes non fortes dicendi ſunt.

Fortitudo politica qua ciues propter uerecundiam pericula ſuſtinent :nõ utique uere fortitudo eſt dicenda :hac enim ablata nõ manet fortitudo

Qui fortes uidentur propter ſpem & expectationem boni :non fortes ſunt dicendi.

Qui modo per rationem cauſa boni ad pariclitãdum :impauidus exiſtẽs circa hoc :hic uere fortis eſt & fortitudo circa hoc eſt .

Cap.xiii. Tẽperantia eſt medietas ītemperantiæ &inſenſibilitatis:quæ circa delectationes intactu &in guſtu factas uerſatur.

Manſuetudo eſt medium iraſcibilitatis &iniraſcibilitatis.

Cap.xiiii. Liberalitas eſt medietas prodigalitatis & illiberalitatis

Prodigus eſt qui pecunias conſumit in quæ non oportet :& plus in quibus oportet:& quando non oportet .

Illiberalis contrarius eſt prodigo qui non conſumit in quæ oportet: & q̃cunq; oportet : & quando oportet.

Malũ multiforme ẽ.bonum autem uniforme ut ſanitas quidem ſimplex morbus autem multiformis:& ſimiliter uirtus ſimplex eſt :malitia uero multiformis.

Liberalitatis non eſt poſſidere & præſeruare pecuniam : ſicut nec fortitudinis eſt arma facere:ſed uti.

Cap.xv. Magnanimitas eſt medietas quædam ambitionis & puſillanimitatis .quæ circa honorem & inhonorationem uerſatur :quæ nõ a multis ſed a ſtudioſis conferuntur.

Qui facile contemptibiles ſunt & praui :magis ſe ipſos dignificantes:&a ſtudioſis ſe honorari oportere putantes.ambitioſi ſunt.

Qui minoribus ſe ipſos dignificant quam conuenit ipſi puſillanimi ſunt

Cap.xvi. Magnificentia eſt medietas ſuperabundantiæ & paruificentiæ: & circa conſumptiones eſt : quas decenter fieri conuenit .

Cap.xvii. Nemeſis eſt medietas quædam inuidiæ & chæracaciæ ideſt male leticiæ

Nemeſis ideſt indignatio eſt triſtitia quædam circa bona quæ ſunt exiſtẽtia indigno exiſtenti.

Chæracatos ideſt male gaudens delectabitur male operante & digno & indigno.

Semnotes ideſt honeſtas intermedia eſt authadiæ ideſt pertinatiæ &complacentiæ :& eſt circa geſtus.

Diffi. Authades ideſt pertinax eſt talis qualis nulli aſſoria ri neq; loqui : & nomen quidã authades ab eo quod eſt ſibi placens ipoſitũ eẽ uidetur

Diffi Placidus est talis qualis est omnibus affociari & omnia ubiq;.
Neq; authades neq; placidus est laudabilis :ſemnos autem ideſt honeſtus in medio horum est laudabilis.
Verecundia est medietas in uerecundiæ & cataplexios ideſt ſtuporis: & est circa operationes & ſermones.
Inuerecundus est qui est in omnes:dicens & operans:
Diffi. Cataplex ideſt ſtupidus est qui omnia & operari ueretur & dicere.
Diffi. Verecundus est qui operatur & dicit in quibus oportet: & quando oportet.
Eutrapelia ideſt comitas est medietas bomolochiæ & agrociæ.
Diffi. Bomolochus ideſt ſcurra est qui omnia & omne est putans oportere conuiciari.
Diffi. Agrœcus ideſt ruſticus est qui conuicinari uolens:non conuiciatus ſubſtineat.ſed iratus fiat
Est aliquis eutrapelus ideſt comis dupliciter :qui neq; omnes & omnino conuitians est:ſed potens conuitiari moderate :& qui utique ſuſtineat conuitiatus.
Cap.xviii. Amicitia est medietas adulationis & inimicitiæ:& est circa opationes & ſermones
Diffi Adulator est qui plus decentibus & exiſtentibus adiiciens est'.
Diffini Inimicus est qui a decentibus & exiſtentibus diminuens est:& ab eis quæ ſunt circũauferens est.
Diffi Amicus est qui in medio eorum est:neq; enim plus eis quæ ſũt adiiciet :neq; laudabit quæ non decent :neq; rurſus minora faciet :neq; oio contrariabitur.
Cap.xx. Veritas est in medio ironiæ: ideſt ſimulationis & iactantiæ :& est circa ſermones ἡ εἰρωνεία.cœ. diſſimulatio.
Diffi. Iactator est qui plus eis quæ ſunt ſibi est fingens eſſe :aut ſcire quæ non ſcit.
Diffi Iron ideſt cauillator est qui minus eis quæ ſunt est fingens eſſe:& q̃ ſciuit non dicens :ſed ocultãs ſcire.
Diffi. Verus est qui neq; est fingens plura eis quæ ſunt ipſi : neq; minora: ſed exiſtentia ipſi hæc dicet & eſſe & ſcire .
Cap.xxi. Iuſtum est duplex hoc quidem est ſecũdum legem : quod non ppriæ iuſtum est:hoc autem quod in alterum æquale est.
Lex præcipit oĩa quæ ſecundum uirtutes dicuntur.
Quando aliquis bonorum maiora ſibi tribuit :maloꝝ aũt minora :hoc æquale est & ita iniuſtum:
Pythagorici dicebãt iuſtum eſſe quæ quis facit hæc cõtra pati :ſed tale nõ est ad oẽs:ſeruiens enim ſi percuſſerit liberꝝ nõ est iuſtum cõtra percuti ſemel :ſed multotiens :& liber ſi libero oculum euellit :non est iuſtum

contra euelli ſolum:ſed plura pati:
Iuſtorum hoc quidem ſecundum naturam eſt:hoc autem ſecũdum legẽ
ſed melius eſt iuſtum quod ſecundum naturam eſt:q̃ qđ ſecundũ legẽ.
Natura exiſtentia nonnunq̃ tranſmutantur:nam ſi omnes ſiniſtra ſtude
remus ſemper proiicere fieremus utiq; ambidextri:a natura autem ſini
ſtra eſt:& dextra nihilominus meliorem ſiniſtra:q̃uis omnia faciamus
ſiniſtra ſicut dextra.
Non contingit aliquem ſibi ipſi iniuſtum facere.
In agonibus accipiens palmam a preſidente hoc iudicante non iniuſtum
facit.q̃uis iniuſte ipſi aſſignetur. ſed utiq; iudicans male & dans iniu
ſtum facit:
Cap.xxii. Pars animæ rationem habentis: hec quidem conſiliatiua eſt
hec autem ſcientifica.
Scientificum & conſiliatiuum altera ab inuicem eſſe ex ſubiectis utiq; fiet
manifeſtum:quemadmodum enim quoniã alteri ab inuicem ſunt co
lores & ſapores & ſoni:ſenſus alios natura ipſorum tradidit: ſonum
enim auditu cognoſcimus:& ſaporem guſtu: colorem autem uiſu: &
alia aliis ſimiliter:ſic & eodem modo oportet opinari:quoniam altera
ſunt ſubiecta:alteras eſſe animæ partes quibus hæc cognoſcimus.
Altera eſt particula animæ quæ circa ſenſibilia eſt: & altera que circa in
telligibilia.
Conſiliatiuum eſt circa ſenſibilia & ea que in motu: & ſimpliciter que in
generatione & corruptione ſunt conſiliamur enim de his.
Cap.xxv. Scientia circa ſcibile eſt: prudentia autem circa operabilia in
quibus eſt electio & fuga & quæ in nobis eſt operari & non operari.
Diffi. Non idem eſt factiuum & operatiuum factum enim eſt cuius extra
factionem alius eſt finis:operatiuum uero cuius non eſt alius finis ex
tra operationem.
Circa operationem & operabilia eſt prudentia:circa factionem autem &
factibilia eſt ars:
Diffi.Prudẽtia eſt habitus electiuus & operatiuus eorũ que in nobis ſunt
Prudentia uirtus uidetur non ſcientia:laudabiles enim ſunt prudentes:la
us autem uirtutis.
Diffi.Intellectus eſt habitus circa principia intelligibilia.
Diffi.Scientia eſt habitus eorum quæ cum demonſtratione ſunt:
Principia indemonſtrabilia ſunt.
Diffi. Sapientia eſt ex ſcientia & intellectu compoſita:eſt enim circa prin
cipia:& quæ ex principiis ſunt demonſtrata.
Dif. Opinio eſt qua ad utranq; partem declinamus:puta ad hoc ita eſſe &
non eſſe.
Prudentia & ſapientia non idem ſunt: ſapientia enim eſt circa ea quæ cũ

demonſtratione ſunt & ſemper habentia ſe ita prudentia autem nō cir
ca eadem:ſed circa in mutatione exiſtentia:qualia conferentia ſunt.
Sapientiam uirtutem eſſe manifeſtum eſt:peior enim eſt prudentia q̄ ſa-
pientia quoniam citca peius eſt.ſapientia quo d enim circa perpetuum
& diuinum eſt:prudentia autem circa conferens homini ſi ergo peius
uirtus eſt:& me!ius merito uirtus erit.
Dif. Syneſis ideſt ſenſatio pars quædā prudētiæ eſt:& ſynetus i.ſenſatus
qui poteſt in ratione iudicare & uidere circa paruū autem & in paruis
rebus iudicium eius.
Dinotes ideſt caliditas & dinus ideſt caliduꝫ neq; prudētia ē neq; prudēs
prudētis.n.& prudētiæ eſt optima appetere:& horū electiuū eſſe & ope
ratiuū:ſed dinotis& dini ſcrutari ex q̄bus:unde:quodq; fiat opatiuoꝝ.
Dinotes ſe habet ad prudentiam cooperando prudentiæ.
Dif. Naturalis uirtus eſt que ſeparata quidem a ratione praua eſt & dereli
cta laudari:ad rationem autem & electionem appoſita & perfecta facit
uirtutem:propter quod cooperatur rationi:& non eſt abſq; ratione na
turalis motus ad uirtutem:neq; iterum ratio & electio ualde perficitur
in eſſendo uirtus abſq; naturali motu.
Nullū eſt proficuū:opari fortia & iuſta neſcientē:& eligētē rōne nō recta.
Naturalis motus ad bonum cum ratione uirtus eſt & laudabilis.
Virtutes omnes operatiuæ ſunt:prudentia autem ſicut architecton ipſa-
rum eſt:quomodo enim ipſa præcipit:ita uirtutes:& quæ ſecūdum ſe:
operantur:quare & ipſa operatiua erit.
Prudētia ſapiētiæ nō p̄ncipatur:ſed ipſa de oībus curat & principalis eſt:
qmēadmodū in domo procurator prudētia eni ſicut ꝓcurator ſapiētiæ
parat uacationem:& facere ſuū opus:continens paſſiones & tēperans.

Propoſitiones ex ſecūdo libro magnorū moralium. Ariſtotelis.

Capitulo.i.

Stepiicia ideſt æquitas & epiices ideſt equus minoratiuus iu-
ſtorum quæ ſecundum legem ſunt quia enim legiſlator non
poteſt ſingula certe determinare: ſed uniuerſaliter dicere: qui
in his permittit:& hæc eligens quæ legiſlator ſecundum q̄ uo
luit ſingulariter determinare non potuit:talis eſt epiices.
Eugnomoſyne ideſt bona ſenſatio & eugnomon ideſt bene ſenſatus eſt
circa hec circa q̄ue epiicea eſt: circa.ſ.iuſta a legiſlatore derelicta: non
abſq; epiicea eugnomoſine eſt.
Iudicare eugnomonis eſt:operari autem ſecundum iudicium epiicis eſt.
Eubulia ideſt bona cōſultatio eſt circa eadem circa quæ eſt prudētia:circa
opabilia enim ac circa operationē & fugam & nō eſt abſq; prudentia.
Eubulia eſt ordinatiua optimorum quæ in operatiuis & cōferētibus ſunt

Capitulo.ii.

Sicut in corpore uidemus aliquos non potentes ſanare ſimpliciter bona conferentes:ſed ſi debet quis ſanare corpus prauũ:aquã prius & cibos paucos oportet inducere:ſic & prauam animam habẽti ad nullum malum operandum:a diuitiis abſtinendum eſt & principatu & potentia: & uniuerſaliter talibus: quando facile mobilior & facile mutabilior ẽ anima corpore.

Non contrariatur uirtus uirtuti.

Abſq; prudẽtia aliæ uirtutes non fiunt:neq; prudentia perfecta abſq; aliis uirtutibus:ſed cooperantur quodammodo adinuicem conſequentes prudentiã.

Virtutes exteriores & quæ circa corpus ſunt in ſuper abũdantiã factæ peiores faciunt puta diuitie multæ facte deſpectores & taſtidioſos fecerunt:ſimiliter & principatus & honor & pulchritudo:uirtutes autẽ animi in additamentum tendentes meliores faciunt.

Neq; principatus neq; honor faciet ſtudioſum peiorem q̃ uirtus:his enim ratione utetur.

Cap.iii. Tria ſunt quæ fiunt in anima ſecũdũ quæ praui dicuntur:malitia incontinentia & beſtialitas.

Bæſtialitas eſt ſuperabundás quædam malitia.

Oppoſita uirtus bæſtialitati eſt innominata: & eſt talis ſupra hominem exiſtens:puta heroica & diuina nominata:quemadmodum enim bæſtialitas ſupra hominem eſt:ita & uirtus oppoſita.

Cap.iiii. Eſt ſcire duplex quorum hoc quidem eſt ſcientiam habere:ſcire enim dicimus quando quis ſcientiã habet:alterũ uero eſt agere ſciẽtia.

Incontinens eſt habens ſcientiam bonorum:non operans autem ipſa.

Incontinenti habenti ſcientiam idem peccatum accidet quod ſyllogizãti contingit enim ipſum uniuerſalem ſcientiam habere q̃ talia praua & nociua ſunt:non tamen q̃ ſint hec praua in parte ſciuit: quare ita habens ſcientiam peccabit.

Non eſt continens uel incontinẽs qui operatione falſus eſt:ſed qui rationem habet rectam:& hæc praua exiſtentia iudicãs & bona:nam incontinens quidem ut inobediens eſt rationi continẽs autem obediens: & non a deſideriis ductus.

Qui circa delectationes corporales magis q̃ decet:exiſtens eſt iſte incontinens perfecte dicitur.

Magis uituperabilis eſt incontinentia que eſt per delectationem:q̃ que eſt per iram:cum iniuria enim hec uidetur eſſe:illa cum delectatione.

Perſeuerantia & continentia non idem ſunt:continentia enim circa delectationes eſt:perſeuerantia autem circa triſtitias.

Incontinentia & mollicies non ſunt idem:mollis enim eſt qui non ſuſtinet labores:non omnes autem:ſed quos neceſſario utiq; alius quis ſu-

ſtinebit:incontinens autem eſt qui non pote ſt ſuſtinere delectationes:
ſed mollificatus & ab his ductus eſt.
Plura mala non faciet leo q̃ dionyſius aut phalaris: aut clearchus aut aſ
quis horum malorum:in iſtis enim principium exiſtens prauum:quod
eſt ratio:maxime confert:in bæſtia autem hoc non eſt.
Incontinens melior uidebitur intemperato:intemperato enim ineſt prin
cipium prauum inq̃tum operatur praua exiſtentia:& ratio confirmat.
Intemperantiæ duæ ſunt ſpecies: hæc quidem prouocatiua & improui
ſa & ſubito facta: altera autem imbecillis que cum ratione reuocantis
eſt exiſtens & prima quidem nō ualde uidebitur uituperabilis.& enim
in ſtudioſis talis fit & calidis ac bene natis:altera autē in frigidis & me
lancholicis fit & uituperabilis eſt.
Temperatus eſt qui non habet deſideria praua: rationemq; circa hæc re
ctam.
Continens eſt qui deſideria habet praua rationemq; circa hæc rectam.
Prauior eſt intemperatus incontinente:difficilius enim ſanabilia ſunt na
turalia factis ex conſuetudine: incontinens autem prauus conſuetudi
ne uidetur eſſe:intemperatus autem natura:& propter hoc & ab hoc ra
tio praua in ipſo eſt:ſed non incontinente.
Conſuetudo eſt quod in naturam conſtituit.
Conſuetudo alia conſuetudine repercutitur:natura autem a nullo reper
cutitur:quare difficilius ſanabilia ſunt naturalia factis ex cōſuetudine.
Dif. Prudens eſt qui ratione recta ſingula ſpeculatur: quiq; ſed rationem
apparentia optima operatur.
Prudentē non contingit incontinentem eſſe.
Diffi. Fœlicitas eſt uirtus in uita perfecta.
Cap.v. Bonum incommiſcibile eſt prauis:& non multum commune:ac
bonorum non eſt prohibitiuum.
Eſt quædam natura praua puta que uermium: & uniuerſaliter quæ uili
um animalium:ſed non propter hoc natura prauorum eſt: ſimiliter &
ſcientie praue ſunt:ſed tamen non propter hoc prauum eſt ſcientia:ſed
bonum genere & ſcientia & natura eſt.
Sicut ſtatue factorem ſpeculari oportet qualis eſt: non ex quibus diuertit
& male operatus eſt:ſed ex quibus bene:ita neq; ſcientia neq; naturam
neq; aliud ullum quale ſit ex prauis : ſed ex ſtudioſis conſiderare de
bemus.
Delectatio genere bonum eſt.
Praue naturæ praua eſt delectatio:ſtudioſæ autem ſtudioſa.
Neſcientes nectar putant deos uinum bibere:& non eſſe id delectabile
hoc autem patiuntur propter ignorantiam:quoniam ſimile paſſi ſunt.
Diffi. Philotimus eſt ambitioſus eſt qui ſolus uult habere m alios ſuper

excellere.

Diffi Bonum est quod omnia desiderant:

Delectatio mouet ad magis operandum:ad operandum enim prouocatiua est.

Si quæ secundum uirtutem sunt delectatus quis operatur studiosus erit: si autē tristis bona operatur non studiosus erit:tristitia enim in his quæ per coactionem est.

Scientia factiua est delectationis.

Virtutem esse dicimus quando ratio bene disposita est:passionibus bene habentibus propriam uirtutem commensuratam.

Non sicut putant antiqui uirtutis principium & dux est ratio: sed magis passiones oportet enim ad bonum motum irrationalem primum fieri:quod & fit:deinde rationem posterius supernumerantem esse & discurrere:uidebit autem hoc quis ex pueris absq; ratione uiuentibus: in his enim absq; ratione fiunt motus passionum ad bonum prius: ratio autem posterius superueniens & connumerator existens facit operari bonum:sed non si a ratione principiū accipiat ad bona:non consequūtur passiones consentientes: sed multotiens contrariantur: propter quod magis principium ad uirtutem uidetur passio bene disposita: q̄ ratio.

Cap.vi. Absq; exterioribus bonis quorum fortuna est domina non contingit:fælicem esse:

Neq; intellectum quendam neq; rationem rectam oportet fortunam dicere:propter qđ ubi plurimus intellectus & ratio: ibi minima fortuna est:ubi autem plurima fortuna ibi minus intellectus.

Sciendū quod totum hoc capitulum de bona fortuna de uerbo ad uerbū assumptum est:& collocatū pro primo capitulo tractatus de bona fortuna:unde decem & septem prime propositiōes illius tractatus:de uerbo ad uerbum hic collocari possunt.

Cap.vii Optimorum uel bonorūm quædam sunt simpliciter optima uel bona:ut uirtutes & a uirtute operationes:& principatus:diuitiæ gloria honor & talia:alia uero non.

Bonus & optimus est cui simpliciter optima sunt optima: & simpliciter bona sunt bona:cui uero simpliciter optima non sunt optima: & simpliciter bona non sunt bona:nō est bonus & optimus sicut neq; sanus uidebitur cui simpliciter sana non sana sunt.

Cui bona omnia existentia bona sunt:& ab his non corrumpitur:puta diuitiis principatu:talis bonus & optimus est.

Cap.viii. Tunc operari secundum rectam rationem est:quando irrationalis pars animæ non prohibet rationalem partem agere suam actionem.

Nulla ſcientia uſum ttadit & actum:ſed habitum ſolum.

Cap.viii. Amicus prauo ſtudioſus non eſt:amicitia enim in fide & certi tudine eſt prauus autem minime eſt talis.

Amicitia ad deum non eſt: amicitiam enim dicimus eſſe ubi eſt redama re:deus autem neq; redamare recipit:neq; omnino amare.

Amicitia non eſt adinanimata: ab inanimatis enim non contingit re/ damari.

Nō eædem ſunt amicitiæ quæ ſunt propter bonum: & quæ propter dele ctabile:& quæ proprer conferens ideſt utile.

Optimorum amicitia eſt quæ fit ſecundum uirtutem: multorum autem quæ fit ſecundum conferens:quæ autem ſecundum delectationem fit in inhonorabilibus & contingentibus eſt.

Non ſequitur:delectationem & conferens uirtus:ſed uirtutem,utraq; hæc ſequuntur inconueniens enim eſt ſi quis non opinabitur ſtudioſos ip ſos ſibi ipſis delectabiliſſimos eſſe:& enim praui ut ait euripides:ſibi ip ſis delectabiles ſunt:malis enim malo cohæſit.

In conueniendo nihil maius eſt q̄ delectabiles eſſe.

Studioſorum amicitia eſt ſecundum ſimilitudinem: & perfecta amici/ tia eſt.

Amicitia que ſecundum conferens eſt ſecundum inequalitatem eſt:& nō ſecundum ſimilitudinem:habundanti enim inops propter indigentiã eorum quibus diues habundat diuiti amicus eſt.

Propter conferens in contrariiſſimis amicitia fit.

Melius eſt amare q̄ amari: amare enim actus aliquis dilectionis eſt & bo num:ab amari autem neq; unus actus amato eſt.

Melius eſt noſcere q̄ noſci: cognoſci enim & amari inanimatis ineſt: no ſcere autem & amare animatis.

Beneſactiuum eſſe melius eſt q̄ non beneſactiuum eſſe: amans ꝓ autem be neſactiuus eſt ſecundum q̄ amat: amatus autem ſecundum q̄ ama/ tur non.

Homines propter amorem honoris amari potius uolũt q̄ amari: propter id q̄ in amari ſuper abundantia quædam eſt:ſemper enim qui amatur abũdat delectatione aut diuitiis:aut uirtute:amator autem honoris ſu per abundantiam deſiderat.

Amicitiam dicimus eſſe eiuſdem ad ſeipſum: nam quoniam amicorum unam eſſe animam dicimus: anime autem ſunt plures partes:hæc erit una anima quando conſonant ad inuicem ratio & paſſio quare una facta anima erit ad ſeipſum amicitia.hæc autem amicitia erit in ſtu/ dioſo.

Prauus nunquam eſt ſibi ipſi amicus:repugnat enim ſemper ſibi ipſi.

Nullus æquale dat meliori & peiori:ſed maius ſcdm abũdãtiã ſemp: hoc

autem æquale eſt ſecundum rationem: æquale enim quodammodo qui minus habet bonum peior:peior exiſtēs: maius habenti meliori exiſtenti.

Eſt amicitia actus quidam: & amici non eſt alius finis præter actum:amā di:quare finis idem & actus eſt.

Omnes ad quos ipſi fecerūt quodammodo beniuoli ſunt:unde & pater beniuolus eſt ad filium:ipſius exiſtentem factionem:memor:& ſpe ductus propter quod magis pater amat filium q̄ filius patrem.

Beniuolentia amicitia non eſt.

Concordia propinqua eſt amicitiæ: & ſi concordiam accipias principaliter dictam:ſic concordia in intelligibilibus non eſt:ſed in operatiuis.

Paruus eſt philautos.i.amans ſeipſum quoniam ſui ipſius cauſa omnia operatur:& non eſt ſtudioſus:quia alterius cauſa hic operatur.

Quoniam ſtudioſus amico ſuo bona ſecundum conferens tradit amicū ſuum ſeipſo magis amabit:ipſe uero ſeipſum maxime amat:quia facit optima exiſtentia.

Amicus bonus philautos non eſt:ſolum enim amat ipſe ſeipſum quia bonus eſt:prauus autem philautos nō habet propter quod amet ſeipſum puta bonum:ſed abſq; his ipſe ſeipſum amabit.

Difficillimum eſt quemadmodum & ſapientum quidam dixerunt noſcere ſeipſum & delectabiliſſimum utiq;.

Nos ipſos ex nobis ipſis non poſſumus ſpeculari:nam ex quibus alios increpamus nos latent hec facientes: hec autem fit aut per beniuolentiam aut paſſionem.

Quemadmodum quando uolumus ipſi faciem noſtram uidere inſpicientes ſpeculum uidemus:ſic & quādo nos ipſos uolumus noſcere in amicum uidentes noſcemus:eſt enim amicus ut alter ego.

Quoniam delectabile eſt ſeipſum ſcire:hoc autem non eſt ſcire abſq; alio amico:indigebit utiq; qui per ſe ſufficiens eſt amicitia ad ſeipſum noſcendum:

Quoniam conuiuere delectabile eſt & neceſſarium:id autem non contingit eſſe abſq; amicitia:indigebit utiq; & per ſe ſufficiens amicitia.

Multos amicos poſſidere non oportet: multis enim exiſtentibus amicis difficile eſt unumquemq; perfecte amare:in omnibus enim impotens eſt natura noſtra infirma exiſtens ad multa accedere.

Si fuerit multi amici non erit triſtantem ceſſare ſemper enim merito circa unum accidere aliquod infortunium continget:quo facto neceſſarium eſt triſtari.

Finis propoſitionum ex ſecundo & ultimo libro magnorum moralium Ariſtotelis.

Incipiunt propositiones ex libro de bona fortuna Aristotelis & lectiones notate sunt secundum expositionem egidii de roma.

Ex lectione.i.

Inē exterioribus bonis quoꝝ fortuna est domina non cō tingit fœlicem esse

Ex lectione.ii.

Fortuna nō idem est quod natura: natura enim cuius est cā huius ut in pluribus:aut similiter factiua est:fortuna aūt nūq̄ ut ī pluribus :sed in ordinate:& ut accidit est.

Fortuna nō est idē quod intellectus ideſt ars aut rō recta:nō enim minus est ordinatus intellectus quam natura.

Vbi plurimus intellectus & rō est:ibi minima fortuna:ubi autem plurima fortuna est ibi minimus intellectus.

Bona fortuna non est quædam cura dei.

Dignificamus deum existentem dominum talium :ut dignis distribuat bona & mala.

Si deo attribuamus sicut utiq̄ contingit agere prauū ipsum iudicem faciemus :uel non iustum.

Deum paucorum non est uerisimile curam habere:

Bona fortuna est in his quæ non in nobis existunt:nō aūt in his quoꝝ ip si domini sumus:& potentes operari :pp qđ iustum secundū qđ iustū nullus dicet bene fortunatū:neq̄ eoꝝ qui sunt scd'm uirtutem ul'ū :in nobis enim est hæc habere & non habere.

Nobilē bene fortunatum dicimus & totaliter cui talia bona existunt : sed tamen non in his principaliter bona fortuna dicitur.

Bona fortuna est in eo q̄ bonum aliquod existit præter rationem:& in eo quod est malum non sumere rationabiliter :sed tamen magis in eo qđ est bonum sumere.

In eo quod est bonum sumere est secundum se ipsum eufortunium :in eo aūt quod est malum sumere est per accidens.

Ex lectione.iii.

Diffi. Bona fortuna est sine rōe natura ideſt impetus naturalis.

Diffi. Bene fortunatus est sine rōne habens impetum ad bona & hæc adipiscens.

In anima est naturaliter impetus quo ferimur sine rōne ad quæ utiq̄ bene habebimus :& si quis interroget sic habentem impetum .propter quid hoc placet tibi operari ?nescio inquiet :sed placet mihi: simile patiens iis qui adeo aguntur.

A deo uecti sine ratione impetum habent ad operari aliquid.

Bona fortuna cooperatiua eſt fœlicitati.

Ex lectione.iiii.

Quemadmodum ii quidem glauci:ii aũt nigroꝝ oculorum exiſtunt a natura:ſic & bene fortunati & in fortunati quidam ſunt a natura.

Ex lectione.v.

Neceſſe eſt fortunã eſſe:& cauſam eſſe aliquibus bonorum aut malorum Scientia non eſt ipſius effectus fortunæ:aut propter experientiam nõ erit ipſe effectus.

Ex lectione.vi.

Impetus ſunt in anima ii quidem a ratione:ii autem ab impetu:neq; ſecũdum hos oportet nos agere:ſed tale utiq; erunt quale erit cubos ſuper longa iacere quod ſcilicet non eſt neceſſarium.

Primi impetus ſunt qui ſunt naturales.

Appetitus naturalis naturaliter ad bonum tendit ſemper.

Bene fortunati naturaliter erunt quicunq; ſine rõe bene dirigunt actiões ſuas ut in pluribus.

Dupliciter dicitur bona fortuna:hæc quidem quia bene operantur ex impetu præeligentes ſic operari:hæc autem non ſed contrariæ de qua.ſi agitur ſecundo phyſicorum.

Ex lectione.vii.

Non eſt eius quod eſt intelligere intellectus principium:neq; conſiliandi conſilium eſt principium.

Deus eſt principium motus i anima noſtra:quẽadmodũ &in toto uniuerſo:mouet enim deus aliquo modo omnia.

Nihil erit melius ſcientia & intellectu niſi deus:uirtus enim intellectus organum ipſius dei eſt.

Ex lectione.viii.

Conſiliari non expedit bene fortunatis habent enim directiõis principiũ tale quod melius ẽ intellectu & conſilio:deũ uidelicet:qui aũt rõnẽ ſequuntur:hoc aũt principium nõ habent:neq; diuinos inſtinctus bonũ finem adipiſci non poſſunt.

Bene fortunatorum uelocior eſt diuinatiua:quam prudentium & ſapientium.

Deo per ſe & non propter experientiam uel conſuetudinem:notũ eſt qđ cũq; agibile & bene uidet & futuꝝ & præſens

Melancholici & recte diuinantes:& ſimplices magis participant naturales ipetus:uidetur enim principium hoc amiſſa rõne ualere magis quẽ admodũ cæci memorantur:magis:&amiſſis his qui ad uiſibilia fũtuit tuoſius eſt quod memoratur.

Duæ ſunt ſpecies bonæ fortunæ:hæc quidem diuina & ſecũdũ ipetũ directiua & continua:hæc autem præter impetum &non continua:ſine ra

tione autem ambæ

Finis propoſitionum de bona fortuna Ariſtotelis.

Incipiunt propoſitiones ex primo libro politicæ Ariſtotelis ſecūdum trā ſlationē leonardi aretini & lectiones notatæ ſunt ſecūdū commenta ria Sancti Thomæ.

Ex lectione.i.

Idemus oēm ciuitatē eſſe ſocietatem quādā:& oēm ſocie tatē boni alicuius gratia conſtituta.

Eius gratia quod bonum uidetur oīa oēs agunt bonúq; aliquod omnes coniectant

Principaliſſima ē ſocietatum & cæteras complectitur: illa quæ ciuitas appellatur &ciuilis ſocietas:maximeq; principaliſſi mū oīum bonorum humanorum ipſa cōiectat.

Quicunq; putant gubernatoris ciuitatis &regis:patriſq; familias:& domi ni:eandem eſſe regiminis rationem non bene dicunt:

Imperans & parens natura ſunt propter conſeruationem: nam qui poteſt mente proſpicere rem :natura imperat & dominatur :qui autem poteſt corpore hoc facere paret natura & ſeruit

Nihil natura tale facit quale ſtatuarii delphicū gladiū ob iopiam:ſed unū inſtrumentum ad unum opus :ſic enim optime inſtrumenta proficiēt ſi eoq; ſingula non multis ſed uni deſeruiant

Diffi.Quotidiana ſocietas ſecundum naturam conſtituta eſt domus:

Diffi. Quæ ex pluribus domibus cōſtituitur ſocietas prima:utilitatis gra tia non quotidianæ pagus eſt.

Dis domus regitur a ſeniore.

Quēadmodū formas humanas diis attribuunt hoīes ſic ēt uitas ſationes. i.cōuer-

Diffi. Quæ ex pluribꝰ pagis cōficitur ſocietas ciuitas ē:q̄ ē ex hiis q̄ nā

Homo natura ciuile eſt animal.

Qui abſq; ciuitate ē p naturā nō p fortunā aut nequā ē :aut potior q̄ hō: unde ab homero p cōtumeliā icrepatur:ſine tribu ſine iure ſine domo

Sociale aīal eſt homo magis quā oēs apes :& quā oē gregariū:

Nihil fruſtra natura facit.

Sermonem hō habet ſolus oīum animalium.

Huc uſq; natura ꝓceſſit i aliis aīalibus:ut ſēſū hēant iocūdi atq; moleſti & hoc uoce iter ſe ſignificare poſſint ac ſermo ad hoc datus eſt nobis : ut oſtendamus utilitatem & dānū atq; ita iuſtum & iniuſtū .

Hoc p̄ter cætera aīalia hoībus ꝓpriū ē:ut boni & mali:ac iuſti & iniuſti & alioq; huiuſmōi ſenſū hēant ſoli hoq; q̄ ſocietas facit domū &ciuitatē.

Scd'm naturā prius ē ciuitaſq; domus &q̄ ſinguli noſtrū:nā totū prius eē q̄ ptē neceſſariū ē:pempto.n.toto nō erit pes uel manus niſi.equoce:

Cuncta operæ diffinita sunt & potentia:itaq; cum amplius non sint talia non est dicere illa esse eadem sed equiuoca.

Qui in communi societate nequit esse:quiq; nullis indiget propter sufficientiam:nulla pars est ciuitatis quare aut bæstia aut deus.

Sicut perfectione susceptа optimum cunctorum animalium est homo:ita si alienus fiat a lege & a iudiciis pessimum est omnium animalium.

Seuissima est iniustitia habens arma.

Hō arma tenet per innatam prudentiam atq; uirtutem:quib us plurimū ualet in cōtrarium uti:itaq; impiissimum & immanissimum est scilicet quantum ad irascibilem sine uirtute:& ad libidinem cibationemq; deterimum .s.quantum ad concupiscibilem.

Diffi. Ius ordinatio est ciuilis societatis.

Diffi. Iudicatio est iusti iuditium.

Ex lectione secunda.

Sine necessariis impossibile est uiuere & bené uiuere.

Instrumentorum quædam animata sunt :quædam in animata :

Minister in artibus lo cum instrumenti optinet.

Facere & agere specie differunt.

Qui sui ipsius non est secundum naturam sed alterius homo hic secundum naturam seruus est:

Imperare & parere non solum necessariorum est:sed etiam utilium.

Ex lectione:iii.

Statim ex generatione quadam distincta sunt alia quidem ad imperandū alia uero ad parendum.

Semper melius ē iperium meliorum parentium seu ho minis quā bæstiæ nam quod a melioribus perficitur melius est opus.

Vbi aliud iperat aliud paret est aliquod horum opus

Quæcunq; ex pluribus constant & unum quod commune fiunt: siue ex continuis siue ex discretis:in omnibus apparet quod imperat & quod paret.

Oportet consyderare naturam non in corruptis :sed in his quæ magis se habēt secundum naturam.

Prauorum ac praue dispositorum sæpe inuenitur corpus iperare aio : qa peruerse ac præter naturam se habent.

Est in animali prospicere imperium dominicum & ciuile :nam animus quidem in corpus dominicum habet imperium mens uero in appetitum ciuile & regium.

Clarum est secundum naturam & utilitatem imperari ab animo corpori & ab ea parte quæ habet rōnem:ei parti quæ subiacet perturbationi:æq̄litatem uero & uicissitudinem omnibus uocare.

Animalia manſueta meliora ſunt q̃ fera: animalibus q̃ melius eſt ut hoꝝ mini pareant:nam ſalutem ita recipiunt.

Maſculus & femina alterum melius ſecundum naturam: alterum deteriꝰ us:& hoc imperans illud parens.

Quicunq̃ tantum diſtant quantum animus a corpore:homo a beſtia per quem modum ſe habent quorumcunq̃ eſt opus i corporis uſu: (& hoc eſt eis potiſſimum)ii natura ſunt ſerui.

Non ut corporis:ita & animi pulchritudinem diſcernere facile eſt.

Qui ſunt ſecundum naturam ſerui:iis prodeſt ac iuſtum eſt ſeruire.

Ex lectione.iii.

Dicitur ſeruire & ſeruus:& ſecundum leges:& ſecundum naturam:cõſenſio enim quedã eſt per quã bello capta illoꝝ: ſieri dicuntur qui cæpint.

Virtus freta potentia uim poteſt maxime afferre.

Indignum aliquem ſeruire nemo dicit eſſe ſeruum.

Natura quidem uult ex bonis bonũ generare: attamen plerũq̃ nõ poteſt

Seruus pars quædam eſt domini: quaſi animatũ quiddam corporis: ſed ſeparata:pars:qua propter aliquid eſt quod ſimul profit:ut amicitia domino & ſeruo:nam idem prodeſt toti & parti:animæ & corpori.

Ex lectione.v.

In re familiari imperium eſt unius:nam ab uno regitur omnis domus: in repu.autem liberorum & æqualium eſt gubernatio.

Scientia & liberalis & ſeruilis eſt: ſeruilis quidem eſt qualis eſt coquinaria: & alius huius generis famulatus.

Domini ſcientia eſt per quam utitur ſeruis:nam dominus non eſt in poſſidendo ſeruos: ſed in utendo: & continet hæc ſcientia non magnum aliquid neq̃ glorioſum: que enim ſcire facere oportet: illum oportet ſcire iubere.

Quibuſcunq̃ eſt facultas a laboribus ceſſandi: uicarius quidem ſuſcipit hunc honorem iubendi ſeruis: ipſi uero aut reipu. adminiſtrande: aut ſtudiis philoſophiæ intendunt.

Ex lectione.vi.

Fieri non poteſt ut uiuatur ſine alimento:itaq̃ diuerſitates alimentorum diuerſas faciunt animalium uitas.

Homines qui pigerrimi ſunt paſtoralem uitam ſequũtur:quoniam a mãſuetis animalibus ſine labore educatio prouenit ocioſis:cunq̃ ſit neceſſe mutare locum animalibus:& ipſi coguntur una ſequi quaſi agricultutam quandam uiuam colentes.

Maxima pars hominum a terra uiuit & a fructibus non ſilueſtris.

Exiſtimandum eſt plantas animalium eſſe gratia:& cætera animalia hominum cauſa:manſueta quidem propter cibum:fera uero:& ſi nõ omnia: at plurima illorum propter cibum & alia adiumenta: ut ueſtis ac

cætera instrumēta ex illis fiant:si igitur natura nihil neq; imperfectum facit neq; frustra:necessarium est plantas & animalia omnium hominū gratia fecisse naturam.

Bellica ars secundū naturam quodammodo acquisitiua est:nam & uenatoria ars pars illius est qua uti oportet cōtra bæstias & cōtra eos hoies q ad parēdū nati sunt:nec uolunt parere:ut natura id iustū bellū existat

Acquisitio & possessio rerum in uita necessariarum & utilium ad societatem domus & ciuitatis non infinita est nullum enim instrumentum cuiusq; artis infinitum est neq; multitudine neq; magnitudine:diuitiæ autē huiusmodi sunt multitudo istrumētoꝝ rei familiaris & reipublicæ.

Futile quidā uidentur nummi:absurdū enim est tales esse diuitias affirmare:quaꝝ habūdās qs fame perire potest:ut de mida fabulis traditur:

Ex lectione.vii.

In una quaq; arte desiderium finis in infinitum est:eorum uero quæ sunt ad finem non infinitum est finis enim extremum omnibus est.

Desiderii augēde pecuniæ non est terminus:finis enim sunt tales diuitiæ & pecuniarum possessio.

nō Commutationis causa nummus inductus est:in fœnore autem nummus nummum parit: itaq; maxime præter naturā est hic acquirēdi modus quia,i. denarii non acquiruntur ex rebus naturalibus:sed ex denariis.

Ex lectione.viii.

Opatiōes illæ artificiosissime sūt:i qbus minimū ē fortunæ:illæ sordidissime i qbus maxie inqnatur corpus:illæ seruilissimæ i qbus corporis ē opus plurimum:illæ ignobilissimæ i qbus minimū requiritur uirtutis.

Tales milesius ostendit a nicis suis:pet facile esse philosophis ditari si uellent:sed hoc non esse illis curæ.

Ex lectione.viiii.

Tres sūt partes rei domesticæ:una dominicā:alia paterna tertia cōiugalis.

Præest pater familias & uxori & filiis tanq; liberis:sed non eodem modo sed uxori quidem ciuiliter:filis autem regie.

Masculus fæmina principaliorem nisi alicubi contra naturam consistat & antiquius & perfectum iuniore & imperfecto.

Magis & minus specie differre non facit.

Seruus omnino nō habet deliberandi arbitrium:mulier uero habet sed infirmum:puer autem habet:sed impfectum:& eodem modo circa morales uirtutes necesse est esse.

Qui præest perfectam uirtutem habere debet moralem animorum uero unusquisq; quantum sibi competit.

Mulieri decus affert taciturnitas:sed non item uiro.

Ex lectione.x.

Refert ad rectam istitutionem reipublicæ pueros & mulieres esse bene in

ſtitutos:nam mulieres media pars ſunt hominum liberorum:ex pueris autem ſumuntur qui rempu.gubernant.

Propoſitiones ex ſecundo libro politice.

Ex lectione.i.

Iues ſocii ſunt unius ciuitatis.

Quod in repu.platonis ſocrates inq̃d oportere in bene inſtituẽda repu.cões eſſe filios & mulieres & facultates:id nõ preſtat fieri:cõtinet enim multas perturbationes mulierum communio.

Omnes liberos & æquales ſimul gerere magiſtratum impoſſibile eſt.

Ex lectione.ii.

Quod multorũ cõe eſt in eo minima adhibetur diligentia:nã de propriis maxime curãt hoies:de cõibus autẽ minus:q̃ q̃tum ſingulis cõpetit:tã q̃ enim aĩ curãte ab aliis negligitur:quẽadmodum in ſeruilibus miniſteriis famulantes multi interdum deterius inſeruiunt q̃ pauci. "alio

Ex lectione.iiii.

Amicitiam putamus maximum eſſe bonum in ciuitatibus:nam ſic minime ſeditionibus agitantur.

Duo ſunt quæ faciũt homines curã habere & amare:propriũ.ſ.& affectio.

Ex lectione.v.

Melius eſt ut proprie ſint res:ſed uſu facere illas cõmunes:per uirtutẽ erunt communes:ut in prouerbio eſt:amicorum omnia communia.

Eſt ſane ienarrabile q̃tũ iterſit ad uoluptatẽ:cõſiderare aliq̃d eẽ ꝓpriũ ſui:

Non fruſtra quiſq; ad ſe ipſum amicitiã habet:eſt enim id naturale:ſed cũ amatio ſui reprehẽditur:nõ illud reprehenditur quia ſe amet: ſed quia magis quam oportet ſe amat:quemadmodum & pecuniarum.

Largiri & opem ferre amicis & hoſpitibus & familiaribus dulciſſimum eſt:quod fit ſi propriæ ſint facultates.

Ab alienis mulieribus laudabile eſt ſe abſtinere.

In uſu eaꝝ rerũ quæ ipſi poſſidemus non in cõibus:liberalitatis eſt opus.

Ex lectione.vii.

Egeſtas ſeditiones & delicta parit.

Ex lectione.viii.

Magis a legibus cupiditates adæquande ſunt q̃ patrimonia.

Multitudo grauiter fert inæqualitatem patrimoniorum:præſtantes autẽ uiri bonorum æqualitatem.

Qui moleſtia carere uolunt:nõ aliũde q̃ a philoſophia quærant remediũ.

Honor maximus habetur nõ ei qui furem occiderit:ſed ei qui tyrannum.

Ex lectione.x.

Improbitas hoĩum inſaciabilis ẽ:& ꝓmo q̃dẽ ſufficere debẽt pauca atq; minima:mox uero ubi illa ſũt cõſecuti plura appetũt ſemp quouſq; i infinitũ ꝓcedãt infinita ẽ.n.cupiditatis nã ad cuius expletionẽ plurimi uiuũt.

Ex lectione.xii.

Omnis ciuitas artificibus indiget.

Ex lectione.xiii.

Asuescere faciliter leges mutare improbum est.

Constat errata quædam esse tolleranda & legum latorum & magistratu um:non enim tantum proderit qui corrigere peragit:quãtum nocebit asuefactio superioribus non parendi.

Lex nullam uim habet quo sibi stetur nisi ex more:mos autem non fit ni si temporis longitudine:quare faciliter mutare leges in alias nouas in firmam facere est uim legis.

Ex lectione.xiiii.

In quacunq; repu.male prouisum est circa mulieres: in ea putandum est medietatem ciuitatis esse neglectam.

Necessarium est in tali repu.in qua mulieres uiuunt molliter:ac in omnẽ licentiam dissolutæ:diuitias haberi in precio: præsertim cum uiri sint obnoxii mulieribus:quod accidit omnibus ferme militaribus bellico sisq; gentibus.

Videtur qui primus fabulatus est:non irrationabiliter uenerem marti cõ iunxisse:quoniam omnes huiusmodi homines proni sunt ad uenerea illis q; obnoxii.

A mulieribus male gubernatur ciuitas.

Melius est aut nullam:aut paruam:aut mediocrem dotem esse mulieri bus constitutam.

Ex lectione.xv.

Oportet rempu.quæ diuturna sit:uelle ut omnes ciuitatis partes constent atq; instatu suo permaneant.

Dignitas uirtutis est premium

Quod per omnem uitam magnis de rebus decernendi aliqui in repu.po testatem hẽant piculosum est:est enĩ ut corporis: sic & mẽtis senectus.

Videntur ii qui in potestate decernendarum rerum constituti sunt: largi endi gratificandiq; per multam facultatem habere:quapropter melius est eos rationi reddendi subiectos esse.

Oportet & uolentẽ & non uolentem ad magistratum assumere:si dignus sit eo magistratu.

Nemo magistratum petet nisi honoris sit affectator.

Pleraq; eorum quæ homines iniuste faciunt.per ambitionem & auariti am committuntur.

Ex lectione.xvi.

Vetusta pleraq; rudiora sunt nouis.

Non secundum legem scriptam iudicare:sed secundũ q; sibi uidetur pecu losum est.

Ex lectione.xvii.

Signum est reipu.bene institutæ:q̄ populus in suo permaneat loco: neq̄ seditionem ullam unq̄ fecit neq̄ tyrannum.

Qui magnā habent potestatem:si ipsi uiles sint multum nocent ciuitati.

Vbi non maxime honoratur uirtus:ibi non est possibile firmum esse optimorum in repu.statum. nō

Prauum est plures magistratus ab uno homine geri:unicū enim ab uno optime perficitur opus.

Ex lectione.xviii

Pittacus legem tulit:ebrios si quem pulsauerint maiori pœna damnari:q̄ si sobrii feciſſent:quia enim plures delinquunt ebrii q̄ sobrii:non ad id respexit:quod in ebriis uenia.sed ad utilitatem.

Ex tertio libro politice Aristotelis.

Ex lectione.i. Diffi.

Espublica est eorum qui in ciuitate degunt institutio uel ordō.

Habitatio ciuē non facit:nam isto modo ministri qui circa nos habitant & serui ciues essent.

Pueri nundum ætate perfecti:& senes ob ætatem a muneribus publicis uacātes non simpliciter ciues dicendi sunt:sed quodāmodo ciues.

In rebus quarum supposita differunt specie:aliud eorum est primū aliud secundum:aliud consequens.

Diff Ciuis est cui habilitas est participandi potestatis publicæ deliberatiuæ & iudiciariæ.

Diff Ciuitas est multitudo ciuium quæ per se sufficiens est ad uiuendū.

Licet uideamus quosdam iniuste se in magistratibus gerere: hos tamen magistratus esse dicimus: sed nequaquam iuste.

Ex lectione.ii

Ciuitas non mœnibus diffinitur.

Babilon cum capta esset ab hostibus:ferunt partem aliquam eius ciuitatis tertia die nundum aliquid sensisse.

Ex lectione.iii

Non eadem est uirtus boni uiri:& boni ciuis.

Salus & conseruatio nauigantium commune est omnium opus ad hōc enim unusquisq̄ eorum tenditur.

Necesse est uirtutem ciuis esse ad rempu.conseruandā.

Viri boni perfecta est uirtus: & fieri potest ut ciuis bonus non possideat uirtutem illam per quam dicitur uir bonus.

Diff Præsidentia ciuilis est per quam aliquis præest similibus genere:& liberis hominibus:quamq̄ eum qui præest didicisse parendo oportet.

Recte dicitur neminē bene imperare posse:qui nō prius sub imperio fuerit.

Oportet bonū ciuem ſcire ac poſſe præeſſe & ſubeſſe laudabiliter: & hæc eſt uirtus ciuis.

Viri & mulieris alia eſt temperantia & fortitudo nam uideretur utiq; timi dus eſſe uir: ſi ita fortis eſſet ut fœmina: & mulier inhoneſta uideretur: ſi ſic honeſta foret ut uir.

Adminiſtratio domus alia mulieris alia uiri: nā uiri eſt acquirere: mulieris ſeruare.

Prudētia propria uirtus eſt præſidētibus: nō cæteræ quidē uirtutes uidentur cōes tam eorū qui præſunt q̄ eoꝝ qui ſubſunt. at prudētia nō eſt uirtus eius qui ſubſit: ſed opinio uera reꝝ. ſ. mandatarū hic loquitur de uiro in q̄tum eſt ſubditus nō i q̄tum bonus uir: nā ut ſic rebus habere prudentiam & non ut ſubditus.

Ex lectione.iiii.

Optima ciuitas nunq̄ opificem faciet ciuem.

Neceſſaria qui uni miniſtrat ſeruus eſt: qui aūt publice uiles & ſordidi ſūt.

Virtutem exercere non poteſt qui uilibus opificibus eſt occupatus.

In paucorum gubernatione tenues homines ad rempublicam non recipiuntur: ex magno enim cenſu ad honores reipu. peruenitur.

Ex lectione.v.

Dif. Reſpu. eſt ordinatio ciuitatis: & circa magiſtratibus alios: & maxime circa id quod ſummam in ciuitate habet auctoritatem.

Quoniā homo natura ciuile eſt animal: fit ut ſi etiam nihil indigeant homines mutuo auxilio: nihilominus affectent uitæ ſocietatem.

Quæcunq; reſpublice ad cōem utilitatē intendunt: hæc certe ſed ſecundū ſimpliciter iuſtū: quæcunq; uero ad propriā eorū qui præſunt utilitatē ſolū: aberrant quidē: ſuntq; iuſtōes rectarū rerumpu. trāſgreſſiōes & labes.

Ex lectione.vi.

Vocare conſueuimus cū unus ad communē utilitatem reſpiciens gubernat: regiam poteſtatē: cum uero pauci gubernāt plures tamen uno: optimatum gubernationē: uel ex eo q̄ optimi præſunt: uel ex eo quia ad optimum: publicum adminiſtrant. cum autem multitudo gubernat ad communem utilitatem: uocatur communi omnium nomine reſpu.

Vt multitudo excellat ad omnem uirtutem difficile eſt.

Dif. Tyrānides eſt dominatus unius ad proprium commodū intendētis.

Philoſophantis circa ſingulorum diſciplinam: & non ſolum ad id quod agendum reſpicientis: proprium eſt nihil negligere: neq; prætermittere: ſed demonſtrare in ſingulis ueritatem.

Diffi. Paucorum potētia: quam græci oligarchiam appellant eſt cum ad opulentorum comodum reſpu. ab opulentis & diuitibus gubernatur.

Diffi. Popularis ſtatus qui græce democratia dicitur: eſt cum ad comodum egenorum reſpu. a pauperibus gubernatur.

Vbiq; acceſſit ut pauci ſit opuléti.multi uero inopes:libertatis tamen omnes participes ſunt:propter quas cauſas contendunt utriq; de repu.

Hac uſq; ſanctus thomas ſecũdum expoſitionem cuius lectiones ſunt notatæ conſcripſit ſuper politicam:reliquum expoſitionis eſt petri de aluernia.licet in aliquibus libris ſancto thomæ aſcribatur: quod uerum non eſt:ut patet diligentius intuenti.

Ex lectione.vii.

Qui de ſeipſis iudicant ut plurimum non recti ſunt iudices:

De uirtute ac uitio publice cogitant quicunq; curam habent bene inſtituendi ciuitatem:ex quo manifeſtum eſt de uirtute curam eſſe habendã ei quæ re uera ciuitas ſit nominanda.

Cíuitas non eſt communicatio loci:nec iniuriandi ſibi ipſis nec comertii gratia licet iſta ut adſint neceſſarium ſit ſi futura ſit ciuitas

Finis ciuitatis eſt bene uiuere:& non ſimul uiuere.

Diffi. Ciuitas eſt generum pagorumq; ſocietas uitæ perfectæ ac per ſe ſufficientis:& hoc eſt bene ac beate uiuere.

Qui plus conferunt ad bene uiuendi ſocietatem:iis plus iuris cõpetit in ciuitatem: q̃ iis qui libertate ac genere pares ſunt uel maiores : ſed ciuili uirtute impares:& q̃ ii qui diuitiis ſuperatur: ſed uirtute ſuperantur.

Ex lectione.viii.

Si plures ſint quorum unuſquiſq; non ſit ſtudioſus:tamen fieri poteſt: ut in unum cõuenientes omnes meliores ſint:q̃ pauci ſtudioſi: non ut ſinguli:ſed ut oẽs ſi unuſquiq; tamen partem habet uirtutis & prudẽtiæ.

Ex lectione.viiii.

Permittere illis magnos magiſtratus qui neq; opes habẽt neq; uirtutis exiſtimationem: nequaq̃ eſt tutum propter iniuſtitiam & ignorantiam per quas quibuſdam iniuriarentur in quibuſdam errarent: ſed excludere illos penitus ab honoribus periculoſum eſt.

Medicus eſt triplex.ſ.ille qui agit: & ille qui præcipit & oſtendit: & tertio loco ille qui a puritia expertus:ſũtq; quidã tales in cũctis fere artibus.

Tribuimus iudicium non minus expertis q̃ ſcientibus.

Recte eligere ſcientis eſt opus.

Plura ſunt in quibus leges expræſſe cauere non poſſunt:ex eo quia nõ facile eſt generali ſermone ſingulos caſus comprehendere.

Ex lectione.x.

Danda non eſt prærogatiua ſiſtularum:illi qui ſit nobilior:nihil enim melius caneret:ſed oportet iis qui in opere ipſo procellunt illam tribuere.

Ex lectione.xi.

Ciuitas eſſe nõ poteſt ex pauperibus omnibus:quẽadmodũ nec ex ſeruis.

Nobilitas apud omnes in honore habetur.

Conſentaneum eſt ex melioribus ortos eſſe meliores.

Diffi. Nobilitas eſt generis uirtus.

Ex lectione.xii.

Si quis in ciuitate excellat uirtute:nō dicendum eſt ut talis uir ſit de ciuitate pellēdus:neq; gubernationi aliorum erit ſubiiciēdus:putandū enim talē uirū tanq; deū in hominibus eſſe: reſtat ergo (ut uidetur) naturam huius talem eſſe:ut omnes ſponte ſua illi parere debeant:ſitq; rex perpetuus in ciuitate.

Ex lectione.xiii.

Magis apte ſunt ad ſeruiendum nationes barbarorum q̄ græcorum:& eorum qui incolunt aſiam q̄ eorum qui europam: preferunt enim ſeruile iugum æquo animo.

Reges a ciuibus cuſtodiūtur:tyrāni uero ab externis mercede cōductis:& reges ſecundū leges & uolētibus:tyrāni uero inuitis dominantur:itaq; alteri a ciuibus cuſtodiuntur:alteri contra ciues cuſtodiam parant.

Ex lectione.xiiii.

Iudicia multorum ſæpe meliora ſunt q̄ uniuſ:

Optabilius eſt ciuitatibus ab optimatibus gubernari:q̄ a rege:& cum poteſtate & ſine poteſtate:modo reperire queant plures optimos uirtute:

Ex lectione.xv.

Melius eſt ciuitatē ab optima lege q̄ ab optimo uiro gubernari:unde qui legem præeſſe iubent uidentur iubere deum præeſſe & leges: qui autē hominem iubet præeſſe:adiungit & beſtiam ſeuam:libido quippe hominis talis eſt.atq; obliquos agit etiam uiros optimos qui ſunt in poteſtate:mens uero abſq; appetitu lex eſt.

Ex lectione.xvi.

Natura non fit ut pars ſuperet totum.

Ex quarto libro politice Ariſtotelis.

Ex lectione.i.

N cunctis artibus & ſciētiis quæ non circa partem ſed circa genus aliquid perfecte exiſtunt:unius eſt cōſiderare quid cuiq; cōueniat generi.

Non minus difficile eſt corrigere rēpu.iam inſtitutā:q̄ ab initio īſtituere.

Leges omnes ad rempu.ſunt accommodādæ:nō aūt reſpublicæ ad legē.

Diffi. Reſpu.eſt inſtitutio ciuitatis circa magiſtratus honoreſq; publicos: quemadmodū debeant impartiri:& in quo poteſtas auctoritas q; ſumma debeat conſiſtere:& qui ſit finis cuiuſq; ſocietatis.

Conſtat tyrannidem gubernationem deterrimam eſſe ac plurimum a recta ſpetie gubernandi abeſſe: ſecundo autem loco paucorum potentiam mediocrem uero popularem ſtatum.

Ex lectione.ii.

Equitum munus nemo faciliter ſupportare poteſt niſi ſit diues.

Ex lectione.iii.

Ciuitas nō ex una ſed ex multis partibus cōſtat: una quidem pars eſt circa alimēta quos agricolas dicimus: altera circa miniſteria ſeu artifices: ſine quibus ciuitas habitari nō pōt: tertia eſt forenſis multudo quæ circa mercaturā & numulariā uerſatur quarta mercenarii: quinta, ppulſatores belli: quæ neceſſaria eſt ſi tueri libertatē uelint: impoſſibile eſt enim ut quæ ciuitas uocari meretur: ſit natura ſerua: per ſe enim ſufficiens eſt ſeruus autē nō per ſe ſufficiens eſt: ſexta pars eſt iuſticiæ iudiciaræ exhibitores ac præterea cōſultores: ſeptima illorū qui magna patrimonia habentes reipu. onera ſuſtinent: octaua qui publicam operam exibent & qui in magiſtratibus gerendis occupati exiſtunt.

Ciuitas abſq; magiſtratibus eſſe non poteſt.

Arrogant ſibi uirtutem cuncti: & multifariam ſe idoneos exiſtimant ad gubernandum.

Ex lectione.iiii.

Paruas facultates habentes ocioſi eſſe non poſſunt.

Ex lectione.vii.

Opulentioribus doctrina atq; nobilitas magis adeſſe conſueuerunt.

Finis gubernationis optimatum eſt uirtus: paucorum uero gubernationis diuitiæ: popularis autem libertas.

Nobilitas eſt antiquæ diuitiæ: & uirtus.

Ex lectione.x.

Doctrina ingenio indiget: & adiumentis externis.

Diffi. Vita beata eſt ſecundum uirtutem non impeditam.

Virtus mediocritas quædam eſt.

In cunctis ciuitatibus partes ſunt tres: nam alii diuiciis excellunt: alii paupertate nimia deprimuntur: alii ſunt inter hos medii.

Bonorum fortunæ mediocris poſſeſſio eſt optima omnium exiſtimanda hæc enim facilis eſt ad obedientiam mandatorum.

Si qui excedunt forma: ſi uiribus: ſi nobilitate generis: ſi diuitiis: aut his contrariis: ut paupertate nimia: aut imbecillitate: uel ignominia multa: difficile eſt ut ii rationi obediāt: fiunt enim iſtorum alii ſuperbi: & deliquentes apte in rebus magnis: alii occulte praui & in rebus exiguis fraudatores: & utriq; damnoſi ſunt ciuitatibus.

Qui opibus diuitiis amicis aliis q; bonis fortuitis habundant: nec imperium cuiuſq̄ pati uolūt: neq; ſciūt: & hoc ſtatim domi eoꝝ natis exiſtit: propter delitias enī ne ſolis qdē præceptoribus obedire cōſueuerūt: q autē ſunt ī eoꝝ indigētia ſumma cōſtituti: magiſtratū gerere neſciunt.

Valde optandum eſt ut ii qui in repu. uerſantur: facultates habeant mediocres ac ſufficientes: nam ubi alii nimis multa poſſident: alii nihil uel plebs infima inſurgit: uel paucorum potentia illa extrema uel tyran/

nus:ex populari enim ſtatu nimium ſuperbo & ex paucorum potentia ad tyrannidem deuenitur.

Vbi multum eſt mediocrium poſſeſſionum:minimũ ſeditionis & diſcordiæ ciuium innaſcuntur.

Magnæ ciuitates minus ſeditionibus ſubiacẽt:quia magna eſt in his mediocrium hominum multitudo paruas autem ciuitates facile eſt in duas partes diuidi:ita ut nihil medium relinquatur:

In ciuitatibus conſuetudo optinuit:homines nõ uelle æquale: ſed aut imperare quærere:aut uictos obedire.

Ex lectione.xi.

Ciuitas cõſtituta eſt ex quali & quanto:& dico quale:libertatem:diuitias: diſciplinã:nobilitatẽ:quãtum uero multitudinem populi præualentẽ.

Vbi mediocriũ ſuperat multitudo uel utrunq; extremũ uel alterũ tantũ: hic reſpu.recipit ſtabilitatem.non enim eſt metus ne quandoq; diuites cum pauperibus conſpirent cõtra mediocres:nunq; enim alteri alteris ſeruire uellent.

Arbiter fideliſſimus & medius eſt.

Quanto melior eſt gubernatio temperata:tanto durabilior eſt.

Neceſſe eſt procedente tempore ex falſis bonis:uerum malum euenire.

Diuitum cupiditates plus habẽdi:magis deſtruũt rempu.q; multitudinis:

Illa circa quæ paucorum potentiæ.contra populi ſtatum:& econtra fiunt machinamenta:quinq; ſunt:numero:contio:magiſtratus:iuditia:arma matura:exercitium uide textum proceſſum.

Peditatus niſi ordo ac diſcipina adſit inutilis eſt in bello.

Erat antiqua ciuitatũ gubernatio rationabiliter paucorum & regia: propter paucitatem enim hominum non erat magnus numerus mediocrũ: itaq; pauci cum eſſent multitudine:& iſtitutione magis ferebant ab aliis gubernari.

Ex lectione.xiii.

In rebus magnis debent ſinguli mãgiſtratus ad ſingula deputari: melius enim ſingula curantur ſi in multis cura noſtra non diſtrahatur.

Ex quinto libro politice Ariſtotelis.

Ex lectione.i.

Biq; propter inæqualitatem oritur ſeditio:& omnino quærentes æquum in ſeditiones incidunt.

Nobilitatem ac uirtutem in uerbis quidem omnes fere uſurpãt at qui re uera nobiles ac boni ſint nuſq; centum reperiũtur:diuites autem multis in locis.

Impoſſibile eſt ex primo errore in principio commiſſo non euenire ad extremum:aliquid mali.

Tutior ac minus ſeditioni ſubiacet popularis gubernatio:q; paucorum:in

paucorum enim gu bernatione duæ gignuntur ſeditiones:una inter ſe ipſos:altera ad populum:in gubernatione autem populi una tãtum ſeditio ſit ad paucorum potentiam.

Ex lectione.ii.

Res pro quibus ſeditiones fiunt ſunt lucrum & honor:atq; his contraria: dedecus ſcilicet & damnum.

Cauſæ & principia ſeditiones ſunt contumelia:metus:præpotentia:contemptus:incrementi exceſſus:uerecundia: negligentia: pulillanimitas: imparitas.

Superbia & auaritia eorum qui gubernant: homines prouocant cõtra ſe: & contra ſtatum eius reipu.quæ iſta fieri patitur:

Auaritia quandoq; fit ex priuatis rebus:quandoq; ex publicis.

Propter mætum ad ſeditiones deueniunt qui pœnas formidant ob male ficia commiſſa.

Ex lectione.iii.

Oriũtur ſeditiones nõ pro paruis rebus:ſed ex paruis ad magna puẽniũt.

Seditiones paruæ corroborãtur maxime:quando in principalibus fiunt.

A principiis ſeditionũ cauendũ eſt diligenter:ac diſſoluendæ ſtatim ſunt eorũ diſcordiæ:qui multũ in repu.poſſunt:in principio enim peccatur:

Principium dicitur eſſe dimidium totius.

Excellentium uirorum diſcordiæ totã poſt ſe trahunt ciuitatem.

Ex lectione.v.

Homines ab honoribus excluſi res nouas molliri non ceſſant:quo ad ipſi quoq; honorentur.

Ex lectione.vi.

Diſſoluuntur maxime reſpu.& optimatum gubernationes:propter tranſgreſſionem iuſtitiæ:in ſeipſis factam.

Ex lectione.vii.

Contrariorum contrarii ſunt effectus.

Corruptioni conſeruatio eſt contraria.

In rebuſpu.quæ laudabiliter permixtæ ac temperatæ ſunt: diligenter obſeruandum eſt:ne quid ex legibus inſtitutiſq; moueatur.

Maxime ab eo cauendum eſt quod paulatim repit.

Non ſimiliter facile eſt latere male agentem in breui tempore magiſtratus:& in longo.

Conſeruantur reſpublicæ non ſolum ex eo quia procul ſunt a periculis: ſed etiam interdum quia propinquæ ſunt:homines enim formidantes uigilantius intendunt ad reipu.cuſtodiam.

In omni gubernatione magis conãdum eſt paruos & longi temporis honores præbere quam confeſtim magnos:corumpuntur enim nec cuiuſuis eſt hominis proſperitatem ferre.

Si accumulate dati sunt alicui honores:nō sunt simul omnes postea aufe rendi:sed paulatim.

In omni repu.lege ita prouidere conandum est:ut nemini sic excessiua po tentia neq; amicorum:neq; pecuniarum:q; si ita contingat per absenti am remouendæ sunt huiusmodi hominum clientelæ.

In omni repu.legibus omni diligentia constituendum est:ne ex magistra tibus lucra proueniant: si enim populi existimant eos qui magistratus gerunt ex repu.ditari:duplicem capiunt molestiam:& quod ab honore excluduntur:& q; a lucro.

In populari statu conseruando quem græci democratiam dicunt oportet diuitibus parcere:ac non modo possessiones eorum nō auferre: sed ne fructus quidem earum.

In paucorum gubernatione conseruanda: quæ græce oligarchia dicitur cura est pauperum suscipienda diligenter:& officia quibus sunt salaria constituta illis tradenda:& si quis diuitum eos cōtumelia affecerit:ma ior pena est constituenda:q̄ si ipsi inter se idem fecissent.

In omni repu.magistratus in quibus uis auctoritasq; reipu.consistit: solis iis qui sunt ex repu.committi debent.

Tria debent habere illi qui principales magistratus sunt suscepturi:primū ut ament presentem ciuitatis statum:deinde ut habeant potentiam ma ximam ad ea exequēda que magistratus requirit:tertium ut habeat uir tutem & iustitiam ad ipsam rempu.

Quando in eodem omnia non concurrunt cuius facienda est electio: ui detur inspiciendum esse ad duo cuius scilicet magis participabunt om nes & cuius minus quapropter in re militari ad peritiā magis q̄ ad pro bitatem est respiciendū:contra uero in custodia & administratione er rari:plus enim probitatis requirit q̄ quantum habeant multi.

Maximum fundamētum est ,s.conseruationis reipublicæ custodire ut po tentior sit ea pars que rempu.saluam uelit quam illa que nolit.

Maximum omnium ad reipu.stabilitatem est id quod nunc paruifaciunt omnes:eruditi ad reipu disciplinam nihil enim prosunt utissime leges quæ a gubernatoribus decernuntur: nisi moribus instituti: & discipli na imbuti homines fuerint.

Nō putandum est esse seruitutem uiuere ad formam reipu.sed salutem.

Ex lectione.viii

Regia potestas pro tutela prestantinm uirorum contra populum reperta est:& fit rex ex prestantibus per excellentiam uirtutis: uel rerum gesta rum quæ sint a uirtute:uel per excellentiam huiusmodi generis:

Deber rex esse custos:ut qui diuitias habent nil iniustum patiātur:nec etiā populus afficiatur contumeliis.

Ex lectione.viiii.

Per contumeliam & per mætum & per contemptum insurgunt plærig subiectorum aduersus dominantes.

Quando per contumeliam adducuntur homines ad insurgendum impetus fit in corpus.

Contumelia concitat ad iram.

Irascentium plurimi ultionis causa impetum faciunt non causa potētiæ.

Fortitudo potentiam habens superbia est.

Ex lectione.x.

Particulam quandam odii debemus iram existimare.

Interdum ira efficatior est q̄ odium:nam ira cum dolore fit:quare non facile utitur ratione:odium autem sine dolore.

Constituendum est tyrannorum interfectoribus uiuendum non esse: nisi rem confecerint.

Ex lectione.xi.

Quanto magis restringitur potestas omnis:tanto maiori tempore necesse est eam durare.nam & ipsi qui regunt minus superbiūt magis q̄ moderati fiunt:& illi qui reguntur inuident minus unde theopompus lacedæmonum rex regiam potestatem ad mediocritatem deducens: ad uxorem respondisse fertur:dicentem an non erubescere:q̄ filiis minorem potestatem regiam derelinqueret:q̄ a parentibus ipse accepisset: non profecto inquit:nam relinquo eis multo durabiliorem.

Nemo adulationibus gaudet qui mentem habet libero homine dignam sed amant boni uiri:uel non adulantur.

Vtiles praui sunt ad praua.

Tria sunt quæ cōiectat tyrannus pro dominatione retinēda.unum est, ut animos imminuat ciuium:nemo enim praui animi contra tyrannum insurgit secundum ut ciues inter se diffidentes reddat: non euertitur. enim tyrannus nisi ciuium aliqui inter se fidem habeant,tertium impotentiam agendi:nemo enim sibi impossibilia aggreditur.

Ex lectione.xii.

Non faciliter inuadi potest:nec faciliter contemni qui sobrius est:sed qui ebrius:neq̄ qui uigilat:sed qui dormit.

Oporter principem uel tyrānum erga religionem deorum affici uehemēter.minus enim formidabunt populi ne quid contra iustitiam fiat:si religioni deditum illum existimabunt:ac deorum timorem habere:minus q̄ contra illum audebunt insurgere quasi deos habeat propitios & fauentes.

Oportet precipere eos uiros qui in aliqua re laudabiliter se gesserit honorare:& hos honores ipsemet tribuere debet:penas uero & animaduersiones per alios infligere per magistratus uidelicet & iudicia.

Communis custodia cuiuslibet dominationis unius:est neminem unum

pre cæteris magnum facere:ſed plures:nam ſe inuicem cuſtodient.
Princeps:ſi quem præ cæteris extollere oporteat:non tamen eũ debet ex{
tollere qui ſit moribus audax:nam huiuſmodi homines aptiſſimi ſunt
ad inuadendum circa omnes res.
Principi ab omni contumelia abſtinendum eſt:præcipue tamen a duabus
ne in corpus flagris:ne ue in ætatem libidine inſultũ faciat:maximeq;
id cauendum eſt in illis hominibus qui honorem magnifaciunt.
Principi & tyranno illi ſunt formidãdi & cauendi:qui ita diſpoſiti ſunt ut
amplius uiuere non curent cum occiderint.
Durum eſt ut heraclitus inquit pugnare aduerſus iram.
Oportet principem egregios uiros p familiaritatem ſibi coniungére:ple
bem uero ac multitudinem per fauorẽ & gratiã in obſequio retinere.

Propoſitiones ex Sexto libro politice Ariſtotelis.

Ex lectione.ii.

Ropoſitum populatis reipu.eſt libertas: ad hanc enim reſpice
re debent popularem ſtatum.
Libertatis reipu.popularis pars una in eo conſiſtit:ut per uices
imperent & pareant:altera uero uiuere ut quiſq; uelit:hoc enim
aiunt eſſe opus libertatis:ſiquidem ſerui eſt uiuere non ut uult.
Per uices ſubeſſe ac præeſſe pertinet ad libertatẽ quæ eſt ſecundũ æquum

Ex lectione.iii.

Aiunt populares id eſſe iuſtũ quod uidetur pluribus:potentes uero quod
uidetur iis qui plus poſſident.
Cum duæ partes ſint ex quibus ciuitas conſtat:diuites ſcilicet & pauperes
quod ambobus uidetur autem pluribus id ratum ſit:quod ſi contraria
uideantur:quod pluribus & habentibus maiorem cenſum.

Ex lectione.iiii.

Optimus populus eſt ille qui ex̃ agricolis conſtat.
Agricolæ raro contionem & machinamẽta agunt cum enim laborandũ
ſit illis : circa neceſſaria ad uictum operibus deſtinantur ſuis: & aliena
non appetunt dulcius q; eſt illis opus facere q̃ in repu.uerſari:niſi ma-
gna in gubernando ſint emolumenta ſuſcepturi.
Pleriq; agricolarum magis lucrum appetunt quam honorem.
Licentia agendi quod quiſq; uelit cuſtodire nõ poteſt ingẽitam unicuiq;
hominum prauitatem.
Agricole & paſtores corporibus exercitati:ad bellicas expeditiones utiliſ
ſimi ſunt:ac potẽtes ſub diuo cõſiſtere:opificũ uero ac forenſiũ & mer
cenariorum uilis eſt uita nullumq; uirtutis opus.

Ex lectione.v.

Paruum incõueniens cõniuendo traſitur:magnum uero in oculis hæret.
Plæriſq; dulcius eſt diſſolute uiuere q̃ modeſte.

Qui curam ſalutis habent reipu.leges ponere debent:ut damnatorum bona ſacra ſint & non in publicum: ſed in ſacrum referantur:nam pœna eadem erit:populus autem minus cupide damnabit:cũ nihil ſit utilitatis ex damnatione ſuſcepturus.

Magua pœna conſtituenda eſt aduerſus eos qui falſo accuſarint.

Gratioſorum ac mentem habentium nobilem eſt ſuſcipere egenos: & occaſionem præbentes conuertere ad res agendas.

Ex lectione.vi.

Semper ex meliori populo capiendi ſunt illi qui ad ſocietatem reipu.gubernande capiuntur.

Sicut corpora bene diſpoſita ad ſanitatem:& nauigia bene iſtructa ad nauigandum multos ferunt errores nec ob eos ſuccumbunt.ualitudinaria autem corpora & nauigia parum firma: nautiſq; inſtructa prauis ne paruos quidem ferunt errores:ita rerumpu:quæ deterrime ſunt pluri/ma indigent cuſtodia.

Cũ ſint multitudinis potiſſimũ quatuor partes: agrigolæ: negociatores artifices:mercenari: quatuor etiam ſunt utiles ad bellum equites: pedites grauis armature:expediti leues:& turba naualis.

Equos eorum nutrire eſt qui magnas habent facultates:

Grauis armatura diuitum eſt magis q̃ pauperum:expediti autem & leues: & nautica turba:a plebe eſt omnis.

Ex lectione.vii.

Summe neceſſarius ac difficillimus omnium magiſtratuum eſt qui uerſatur circa executiones eorum qui damnati ſunt:& circa eorum pœnas atq; cuſtodias:inde enim multæ proueniunt inimicitiæ.

Nihil prodeſſent iudicia aut ſententiæ: niſi forent qui eas executioni mandarent.

Melius eſt hunc circa exẽcutiones magiſtratũ non unum eſſe. ſed partiri inter plures:ut alii de aliis exequantur:q̃to enim minus inimicitiarum eſt in illis qui executioni demãdantur:tanto magis res finem ſuſcipiẽt.

Si idẽ ſit:q̃ condẽnat & qui cõdẽnationẽ exigũt duplex cõtrahitur odiũ.

Viri boni maxime uitant officium cuſtodiendi reos:prauos autẽ nequaq̃ eſt tutum ei præficere:cum ipſi potius indigeant cuſtodia & carcere: q̃ alios debeant coſtodire.

Præficiendi ſunt reges ſacrorũ:ſiue maximi põtifices quorum cura ſit circa rem diuinam:circa templa: ut conſeruentur quæ ſunt: & erigantur ruinoſa ædificia:& cætera omnia quæ pertinent ad diuinum cultum.

Propriũ eſt eaq̃ ciuitatũ quæ magis pacatæ atq; trãquille ſunt:curã facere de mulierum diſciplina:de legibus ſeruandis:de diſciplina iuuentutis: de gymnaſiorum gubernatione:hæc enim non popularia ſunt.

Ex ſeptimo libro politice Ariſtotelis.

Ex lectione.i.

Ria ſunt bonorũ genera:externa.corporis: & animi: & iſta omnia adeſſe fœlici homini oportet.

Nemo dicet eum fœlicem qui nullam partem fortitudinis habet:neq; temperantiæ neq; iuſticiæ:neq; prudentiæ.

Virtutis quidem ſatis habere ſe putant homines quantulumcunq; habeant:diuitiarũ uero atq; pecuniæ potẽtiæq; & famæ:& huiuſmodi omnium infinitum exceſſum ſequuntur.

Homines acquirunt & conſeruant:non uirtutes externis bonis:ſed externa uirtutibus.

Beata uita ſiue in gaudio poſita ſit:ſiue in uirtute. ſiue in ambobus.magis exiſtit moribus & intellectu in exceſſum ornatis:mediocria uero externa poſſidentibus q̃ iis qui in externis plura poſſident q̃ opus ſit:& in illis deficiunt.

Externa bona finem habent tanq̃ inſtrumentum quoddam.

Omne utile tale eſt ut exceſſus eius uel noceat habenti:uel certe nihil prosit:at bona animi quanto magis excedunt tanto magis utilia ſunt.

Bonis animi non ſolum honeſti uerum etiam utilis appellationem tribuere oportet.

Quoniam anima precioſior eſt corpore & diuitiis & ſimpliciter:& nobis: neceſſarium eſt & diſpoſitionem optimam illi correſpondere.

Animi gratia corpus & pecuniæ expeti nata ſunt:ita enim recte ſentiẽtes ex petere omnes oportet:non autem animum gratia illorum.

Quod tantum fœlicitatis unicuiq; contingat: quantum uirtutis atq; prudentiæ:& quantum ſecundum has operatur:confeſſum nobis exiſtit:teſte deo fretis decente fælicem ſe eſſe atq; beatum non per aliquid externorum:ſed per ſe ipſum:quia talis eſt ſecundum naturam.

Externorum bonorum cauſa eſt fortuna & caſus: at iuſtus & temperatus nemo eſt a fortuna:neq; per fortunam.

Conſentaneum eſt rationi ciuitatem beatam eſſe quæ optima ſit: & quæ bene agat.

Impoſſibile eſt bene agere eos qui bona non agunt.

Nulla bona actio eſt neq; uiri neq; ciuitatis:ſine uirtute atq; prudentia.

Vita optima & priuatim & publice ciuibus eſt cum uirtute: in tantum externis facultatibus adiuta:ut actiones uirtuoſas conficere poſſit.

Ex lectione.ii.

Neceſſarium eſt illam eſſe optimam rempu.per cuius inſtitutionem unuſquiſq; optime agit:& beate uiuit.

Duæ ſunt uitæ quas preſtantiſſimi ad uirtutem homines: cæteris uitis anteponere uidentur:una ciuilis & actiua: altera ab omnibus externis ſoluta:ſeu contemplatiua.

Neceſſe eſt illum qui recte ſapit:ad meliorem uitam ſe diſponere:& priuatim unumquemq; hominem:& publice ciuitatem.
Rei bellicæ ſtudia bona ſunt exiſtimanda:ſed non ut finis ſupremus: ſed gratia ſupremi finis.
Studioſi legum poſitoris eſt cõſiderare urbem & naturam hominum: & omnem aliam communionem uitæ laudabilis:quo percipiãt quãtum fieri poteſt fœlicitatem.
Impoſſibile eſt nihil agentem bene agere.
Liberi hominis uitam meliorem eſſe: q̃ in dominando occupati: uerum eſt:nihil enim egregium eſt ſeruo uti inquãtum ſeruus:iuſſus enim domini in rebus neceſſariis nihil habet decorum.
Putare omnem gubernationem eſſe dominationem nequaq̃ uerum eſt.
Fœlicitas actio eſt.
Si poteſtatem habere optimum eſt:is qui dominus agendi eſſe poteſt:hãc facultatem dimittere alis non debet:ſed ſibi arripere: & neq; filiũ patris:neq; parentem filii:neq; amicum amici rationẽ habere: nãq; quod optimum eſt:id nobis ipſis aſſiſcere debemus.
Nihil bonum eſt quod fit præter naturam.
Maxime proprie dicimus agere etiam externis actionibus eos qui intelligentia & cognitione operibus præſunt architecti.
Vix deus bene ſe habere & mundus totus quibus non ſunt actiones externe præter proprias:ſi non optima eſſet contemplatiua uita.
Neceſſe eſt eandem eſſe uitam optimam:quam cõtemplatiuam dicimus: unicuiq; hominum priuatim:& publice ciuitatibus & hominibus.

Ex lectione.iii.

Omnibus artificibus materiam ſubeſſe oportet aptam ad opificium:nam quanto melior hæc exiſtit tanto id quod fit ex arte erit preclarius.
In magnitudine ciuitatis iudicanda:non tantum ad numerum habitantium:ſed magis ad potentiam reſpicere oportet:eſt enim quoddam ciuitatis opus:& quæ maxime id efficere poteſt:hanc exiſtimãdum eſt eſſe maximam ciuitatem:idq; opus eſt imperantium & parentium.
Non ſeruorum & inquilinorũ & hoſpitum grandis numerus: ſed horum qui ſunt pars ciuitatis:& ex quibus ciuitas conſtat præcellens multitudo:ſignum eſt magne ciuitatis.
Ex qua ciuitate operarii quidem per multi exeunt:bellatores autem pauci hanc impoſſibile eſt eſſe magnam:non enim idem eſt magna ciuitas: & populoſa.
Difficile eſt & forſan impoſſibile:ut quæ nimiũ populoſa eſt ciuitas optime gubernetur.
Excedentem multitudinẽ gubernare:diuinæ potentiæ opus eſt: quæ hoc totum continet.

Ex lectione i.

Ria ſunt bonorũ genera:externa.corporis: & animi: & iſta omnia adeſſe fœlici homini oportet.

Nemo dicet eum fœlicem qui nullam partem fortitudinis habet:neq; temperantiæ neq; iuſticiæ:neq; prudentiæ.

Virtutis quidem ſatis habere ſe putant homines quantulumcunq; habeant:diuitiarú uero atq; pecuniæ potẽtiæq; & famæ:& huiuſmodi omnium infinitum exceſſum ſequuntur.

Homines acquirunt & conſeruant:non uirtutes externis bonis:ſed externa uirtutibus.

Beata uita ſiue in gaudio poſita ſit:ſiue in uirtute. ſiue in ambobus.magis exiſtit moribus & intellectu in exceſſum ornatis:mediocria uero externa poſſidentibus q̃ iis qui in externis plura poſſident q̃ opus ſit:& in illis deficiunt.

Externa bona finem habent tanq̃ inſtrumentum quoddam.

Omne utile tale eſt ut exceſſus eius uel noceat habenti:uel certe nihil prosit:at bona animi quanto magis excedunt tanto magis utilia ſunt.

Bonis animi non ſolum honeſti uerum etiam utilis appellationem tribuere oportet.

Quoniam anima precioſior eſt corpore & diuitiis & ſimpliciter:& nobis necẽſſarium eſt & diſpoſitionem optimam illi correſpondere.

Animi gratia corpus & pecuniæ expeti nata ſunt:ita enim recte ſentiẽtes ex petere omnes oportet:non autem animum gratia illorum.

Quod tantum fœlicitatis unicuiq; contingat: quantum uirtutis atq; prudentiæ:& quantum ſecundum has operatur:confeſſum nobis exiſtit:teſte deo fretis decente fælicem ſe eſſe atq; beatum non per aliquid externorum:ſed per ſe ipſum:quia talis eſt ſecundum naturam.

Externorum bonorum cauſa eſt fortuna & caſus: at iuſtus & temperatus nemo eſt a fortuna:neq; per fortunam.

Conſentaneum eſt rationi ciuitatem beatam eſſe quæ optima ſit: & quæ bene agat.

Impoſſibile eſt bene agere eos qui bona non agunt.

Nulla bona actio eſt neq; uiri neq; ciuitatis:ſine uirtute atq; prudentia.

Vita optima & priuatim & publice ciuibus eſt cum uirtute: in tantum externis facultatibus adiuta:ut actiones uirtuoſas conficere poſſit.

Ex lectione.ii.

Neceſſarium eſt illam eſſe optimam rempu.per cuius inſtitutionem unuſquiſq; optime agit:& beate uiuit.

Duæ ſunt uitæ quas preſtantiſſimi ad uirtutem homines: cæteris uitis anteponere uidentur:una ciuilis & actiua: altera ab omnibus externis ſoluta:ſeu contemplatiua.

Neceſſe eſt illum qui recte ſapit:ad meliorem uitam ſe diſponere:& priuatim unumquemq; hominem:& publice ciuitatem.

Rei bellicæ ſtudia bona ſunt exiſtimanda:ſed non ut finis ſupremus: ſed gratia ſupremi finis.

Studioſi legum poſitoris eſt cõſiderare urbem & naturam hominum: & omnem aliam communionem uitæ laudabilis:quo percipiãt quãtum fieri poteſt fœlicitatem.

Impoſſibile eſt nihil agentem bene agere.

Liberi hominis uitam meliorem eſſe: q̃ in dominando occupati: uerum eſt:nihil enim egregium eſt ſeruo uti inquãtum ſeruus:iuſſus enim domini in rebus neceſſariis nihil habet decorum.

Putare omnem gubernationem eſſe dominationem nequaq̃ uerum eſt.

Fœlicitas actio eſt.

Si poteſtatem habere optimum eſt:is qui dominus agendi eſſe poteſt:hãc facultatem dimittere alis non debet:ſed ſibi arripere: & neq; filiũ patris:neq; parentem filii:neq; amicum amici rationẽ habere: nãq; quod optimum eſt:id nobis ipſis aſſiſcere debemus.

Nihil bonum eſt quod fit præter naturam.

Maxime proprie dicimus agere etiam externis actionibus eos qui intelligentia & cognitione operibus præſunt architecti.

Vix deus bene ſe habere & mundus totus quibus non ſunt actiones externe præter proprias:ſi non optima eſſet contemplatiua uita.

Neceſſe eſt eandem eſſe uitam optimam:quam cõtemplatiuam dicimus: unicuiq; hominum priuatim:& publice ciuitatibus & hominibus.

Ex lectione.iii.

Omnibus artificibus materiam ſubeſſe oportet aptam ad opificium:nam quanto melior hæc exiſtit tanto id quod fit ex arte erit preclarius.

In magnitudine ciuitatis iudicanda:non tantum ad numerum habitantium:ſed magis ad potentiam reſpicere oportet:eſt enim quoddam ciuitatis opus:& quæ maxime id efficere poteſt:hanc exiſtimãdum eſt eſſe maximam ciuitatem:idq; opus eſt imperantium & parentium.

Non ſeruorum & inquilinorũ & hoſpitum grandis numerus: ſed horum qui ſunt pars ciuitatis:& ex quibus ciuitas conſtat præcellens multitudo:ſignum eſt magne ciuitatis.

Ex qua ciuitate operarii quidem per multi exeunt:bellatores autem pauci hanc impoſſibile eſt eſſe magnam:non enim idem eſt magna ciuitas: & populoſa.

Difficile eſt & forſan impoſſibile:ut quæ nimiũ populoſa eſt ciuitas optime gubernetur.

Excedentem multitudinẽ gubernare:diuinæ potentiæ opus eſt: quæ hoc totum continet.

Est quædam mensura magnitudinis ciuitatis: quemadmodum & aliorum omnium animalium plantarum instrumentorum: nam horum singula:neq; parua nimium: neq; magnitudine excessiua suam potentiam retinebunt: sed aut destituta omnino erunt a natura: aut male se habebunt.

¶Necesse est primam ciuitatem illam esse: quæ ex ea multitudine constat quæ multitudo potentia per seipsam sufficiens est ad bene uiuendum in ciuili societate quæ uero multitudinem hanc excedit maior est ciuitas:sed hic non est in infinitum.

Imperantis est iubere ac iudicare.

¶Ad iudicandum secundum iustitiam & ad magistratus demandandos secundum dignitatem: necessarium est ut se inuicem cognoscant ciues quales sint:quare ubi hoc nō fieri cōtingit:necesse est ut male res procedant circa magistratus demandādos & circa iudicia:in quibus certe neq; quaq; est temere procedendum: quod in nimia multitudine manifeste contingit.

Ex lectione.iiii.

Regionem ciuitatis necesse est feracem esse omnium rerum: nam omnia in seipso habere & nullius indigere sufficientis est.

Formam regionis ciuitatis talem esse oportet: ut ab hostibus quidem non facile inuadi possit:ciuibus autem facilius sit in aliena egressio.

Vrbis situs: (si formanda nobis illa est secundum uotum oportuna:) & ad terram & ad mare debet iacere: sic enim & ad auxilia ferenda & ad ablationem & importationem omnium communis erit.

Ciuitati maritimæ melius est nauale potentiam habere usq; ad aliquam quantitatem:non solum enim sibi ipsis:sed & finitimis quibusdam auxiliari possunt: & esse terrori quemadmodum terra; sic etiam mari.

Turbam nauticam & huiusmodi hominum multitudinem:non necessarium est ciuitatibus existere:nulla enim ciuitatis pars huiusmodi homines esse debet:nam pugnatores & iniurioſi sunt qui naues conscendūt: & ingenui non sunt homines.

Existente multitudine hominum tenuis fortunæ:qui circa nos habitant: & agricolarum necessarium est habundantiam esse & nautarum.

Ex lectione.v.

¶Qui in frigidis regionibus incolunt gentes & que per europam: animo quidem habundant ingenii uero & arteficii parum habent: quapropter in libertate magis perseuerant: disciplinam uero reipu.difficulter recipiunt:ac finitimis dominari non possunt:quæ uero asiam incolunt ingenio & arte habundant:sed animo fitatē non habent:propter quod & parere dominantibus:& seruire perseuerant: at græcorum genus: ut

mediam regionem locorum ſortitum eſt:ſic etiam amborum eſt particeps:nã & animoſum & ingenioſum eſt:ex quo fit ut in libertatem degat:& diſciplinam reipu.optime recipiat: & unius reipu.conſtitutionẽ ſortitum imperare omnibus poſſit.

Oportet intelligentiá & uigorem animi nam exiſtere illis qui futuri ſunt idonei quos legum poſitor ad uirtutem inſtituat.

Potentia animæ eſt per quam amamus & beniuoli ſumus.

Magis irritatur animus cõtra familiares & amicos q̃ contra ignotos:ſi cõtemptum ſe putet.

Dominus & inuictus animus eſt.

Non ſunt magnanimi homines natura infeſti:niſi cõtra iniuriantes: hoc autem magis contra notos familiareſq; patiuntur:ſi iniuriatos ſibi exiſtimant:& hoc non ſine ratione continet a quibus enim deberi ſibi beneficium expectant ab eiſdem non ſolum priuari beneficio; ſed inſuper ledi ſe putant.

Prouerbio dicitur fratrum contentiones & iræ ſunt acerbiſſimæ:& qui ſe nimium amant:ii ſe nimium oderunt.

Non eadem certitudo querenda eſt in his quæ per rationes:& in his quæ fiunt per ſenſum manifeſta.

Ex lectione.vi.

Sicut rerum ſecundum naturã conſiſtentium non omnes hæ ſunt partes totius conſiſtentiæ:ſine quibus totum eſſe non poteſt:ſic nec ciuitatis ponendum eſt eſſe partes: quæcunq; ciuitatibus exiſtere neceſſario oportet:poſſeſſione enim indiget ciuitas: nulla tamen pars ciuitatis eſt poſſeſſio.

Diffi Fœlicitas eſt uirtutis operatio & uſus quidam perfectus.

Per alium modum & aliis uiis ſinguli fœlicitatem appetentes & alios uiuẽdi modos fecerunt:& alias reipu.diſciplinas.

Sex ſunt ſine quibus ciuitas eſſe non poteſt:primum alimenta: deinde artes:tertium arma:quartum pecuniarum habendarum facultas: quintum ac primum circa rem diuinam cultus: ſextum quod eſt omnium ſumme neceſſarium:iuditium pro utilitate & iuſticia contrahentium.

Ex lectione.vii.

In ciuitate quæ optime gubernetur: & quæ iuſtos habeat ciues ſimpliciter:& non ad ſuppoſitionem:neq; artifices:neq; mercatores:neq; agricolas ciues eſſe oportet: uniuerſaliter eſt enim huiuſmodi uita uirtuti aduerſa:opus eſt enim quiete ad uirtutem comparandam & ad rempu.gerendam:

Qui armorum domini ſunt iidem etiam ſunt domini ſtatus & mutationis reipu.

Vires in iunioribus sunt:prudentia uero in senibus.

Neq; agricola:neq; artifex:neq; uilium exerciorum quispiam:sacerdos est deputandus:honos enim diis est a ciuibus impendendus:sed cum distincti sint ciues in eos qui arma tenent:& in eos qui consultant: & decēs sit diis cultum exhibere:& rem quiete suscipere:eos qui pro tempore in his laborauerūt:ac defessi sūt:iis utiq; est sacroꝝ cura demādāda.

Ex lectione.viii.

In sacrificiis cultuq; diuino sumptus debēt esse cōmunes totius ciuitatis.

Ex lectione.viiii.

Ad occidentē conuerse urbes & ad eos uentos qui inde perflant salubriores sunt:secundo loco quæ sunt secundum boream sitæ.

Quibus plurimum & frequentissime utimur ad corpus ea plurimum important ad sanitatem aquarum autem & uentorum potentia hanc habent naturam.

Qui dicunt non oportere mœnia adesse ciuitatibus illis quæ uirtutē possideant nimium prisce loquuntur: & hoc uident per experientiam reprobatum in his ciuitatibus quæ sibi id ad gloriam iactabant: est enim ad pares ac non multo excedentes multitudine.non satis decorum per mœnia seruari uelle:sed cum aliquando cōtingat & fieri possit ut multo maior hominum multitudo & maiori uirtute superueniat: si saluos esse oportet: neq; perire neq; contumeliis affici firmirssimam munitionem murorum putandum est oportunissimam esse in bello: præsertim hoc tempore in quo tormenta & machinæ ad obsidiones urbium cum omni subtilitate sunt adinuenta.

Mœnia urbis sunt præsidiis quibusdā & turribus per oportuna loca interpositis munienda.

Aedes deorum locum idoneum habere debent:qui supereminentiam habeat:& ad edendam uirtutem sufficienter:& ad uicinas partes ciuitatis excellentes:deceteq; iuxta hunc locum constructionem fori esse talem: qualis est in thessalia eius quod liberum uocant:idest q; debet esse purū ab omni mercatu:& neq; opifices nec agricolas : neq; alios ullos tales illi appropinquare:nisi a magistratibus uocentur.

Præsentia magistratuum ante oculos posita gignit ueram reuerentiam liberalemq; pudorem.

Dicere uoti est:euenire autem fortunæ.

Ex lectione.x.

Duo sunt in quibus omnis commendatio bene agendi: consistit: unum est ut propositum ac finis agendi recte subiaceat:aliud est ut eas que ad illum finem ferunt actiones inueniamus.

Bene uiuere ac fœlices esse omnes cupiunt:sed aliis potestas est adipiscendi:aliis non:propter fortunam aliquam uel naturam:opus est enim ad

iumentis quibuſdam ad bene uiuendum: minoribus quidem illis qui melius diſpoſiti ſunt:maioribus autem qui peius:alii uero ſtatim non recte quærunt fœlicitatem.

Studioſus uir:& paupertate:& morbo:& aliis fortunæ aduerſitatibus laudabiliter utitur.

Studioſus eſt cui per uirtutem bona ſunt ſimpliciter bona.

Boni & ſtudioſi ſiunt propter tria:quæ ſunt natura:mos:& ratio:

Mores naturam mutari faciunt:nam aliqua per naturam ad utrunq; apta: per mores ad peius uel ad melius conuertuntur.

Cætera animalia maxime uiuunt ſecũdum naturam:parum uero aliquid & ſecundum mores: homo autem & ſecundum rationem: ſolus enim rationem habet:igitur hæc oportet ſimul concordare.

Multa præter mores & præter naturam agunt homines propter rationẽ: ſi perſuadeatur melius eſſe aliter agere.

Quædam aſueſcendo diſcuntur:quædam audiendo.

Difficile eſt ſtare rempu.quæ conſtituta ſit præter iuſtitiam.

Iuniores debent parere ſenioribus gubernantibus:& ſeniores gubernare.

Indignatur nemo propter ætatem maiori concedere: nec putant illo cui cedit potiorem eſſe præſertim cum & ipſe quando ad id ætatis peruenerit eundem honorem ſit recepturus.

Qui imperare uult recte:oportet prius ſub imperio fuiſſe.

Imperium aut gratia imperantis eſt:aut gratia ſubiectorum:& horũ alterum ſeruorum dicimus eſſe:alterum liberorum.

Ex lectione.xi.

Diuerſæ ſunt duæ partes animæ rationalis: quarum altera rationem per ſe habet:altera non habet quidem per ſe:ueruntamen rationi obtemperare poteſt:quarũ dicimus eſſe uirtutes illas per quas uir bonus dicitur.

Semper deterius melioris gratia eſt:melius autem eſt quod per ſe rationem habet.

Quod per ſe rationem habet diuiditur dupliciter:eſt enim ratio alia actiua:alia contemplatiua.

Sicut neceſſe eſt partem animæ per ſe rationem habentem diuidere:ſic & actiones clarum eſt q̃ correſpondenter ſe habere dicemus.

Semper cuiq; id eſt maxime expetendum cuius potiri eſt ſummum:

Bellum eſt gratia pacis: negocium gratia otii & ſpeculationis :neceſſaria & utilia gratia honeſtorum.

Exercitatio rerum bellicarum non ob id eſt meditanda : ut in ſeruitutem adigant inmerentes:ſed primum ne ipſis ſeruire aliis cumpellãtur: deinde ut imperium quærant gratia utilitatis ſubiectorum: non ante omnia dominationem:tertio ut eis dominentur qui ſeruire ſunt digni.

Plæraq; ciuitatum bellum gerentes conſeruantur:ſed cum dominationẽ

adeptæ ſunt deſtruuntur: ſplendorem enim ueluti ferrum per pacem amittunt:cauſa autem huius eſt legum poſitor:qui non ita inſtituit ut in ocium pare poſſint.

Fortitudine & conſtantia opus eſt ad negocium:philoſophia uero ad ocium:temperantia autem & iuſtitia in utroq; tempore: ſed magis in pace & ocio:nam bellum ipſum cogit homines eſſe iuſtos ac temperatos.

Si maxime philoſophia & temperantia & iuſtitia indigent:qui in optimo ſtatu conſtituti ſunt:q̃to magis ocioſi ſunt in abundantia omniũ rerũ.

Turpe eſt non poſſe bonis frui:ſed in negociis quidem & bello uiros probos uideri in ocio autem & pace ſeruiles:

Ex lectione.xii.

Ratio nobis & mens naturæ finis eſt:quare ad hec generationem ac morum inſtitutionem parare oportet.

Vt anima & corpus duo ſunt:ita quoq; duas uidemus eſſe partes animæ: unam irrationalem alteram quæ habet rationem: & habitus quoq; earum duo ſunt quorum alter eſt appetitio:alter mens.

Vt corpus in generatione antecedit animam:ſic & pars irrationalis antecedit eam partem quæ habet rationem.

In pueris corporis curam neceſſe eſt prius ſuſcipere q̃ animi: deinde appetitus: curam tamen appetitus gratia intellectus:curam uero corporis gratia animi.

Legis poſitor circa coniugia prouidere debet:qua ætate & cuiuſmodi exiſtentes ſint in matrimonium copulandi.

Viro generare potente ſi mulier ipſa concipere non poſſit: uel muliere quidem ad concipiendum apta:ſi uir ipſe non poſſit:lites ac diſcordiæ inter eos oriuntur.

Cum ſit finis gignendi ut plurimum uiris quidẽ.lxx.annus: mulieribus autem.l.ita coniugendi ab initio ſunt:ut ætatibus adhunc finem con/currant.

Eſt adoleſcentium coniunctio improba ad filios:in cunctis: enim animalibus:iuueniles partus imperfecti ſunt:& fœminæ crebrius q̃ mares: ac puſilla hominum corpora exiſtunt.

In partu laborant magis puellæ:ac pereunt plures.

Ad continentiam utile eſt nuptias fieri ſeriores: intemperantiores: enim eſſe uidentur cum puellæ ueneri aſueſcunt.

Maſculorum corpora creſcere impediuntur: ſi adhuc augente ſemine cõ ſuetudinem ineant.

Puellas circa ætatem decem & octo annorum nuptui tradere cõgruit: maſculos autem circiter ætatem annorum ſex & triginta:in hoc enim tempore uigentibus corporibus coniungentur:ac procedente tempore: ſimul apte deſinent procreare poſſe.

Tempus anni(ut nunc multi obseruant) recte per hyemem aptius ad nuptias esse uidetur.

Pregnantes mulieres curam habere corporum oportet:non pigrescentes: neq; subtili utentes alimonia:& hoc facile est legum positori prouidere:si iubeat singulis diebus iter quoddam facere debere ad deorum sacra mulietes quæ sortite sint concipiendi honorem.

Duo hic aristoteles monita christianæ religioni contraria legislatoribus tradit:alterum ut nihil orbatum natura sit educandū:alterū ante uenire ne fœtus cōcipiātur semp:ut nimia multitudo in ciuitatibus uiteturꝫ

Postq̄ fœtus concepti sunt & sensum aut uitam acceperunt:nefas est attingere eos.

Seniorum fœtus quemadmodum iuniorum imperfecti sunt:corporibus & intellectibus:ac inrobusti.

Maxime intelligentia uiget in nobis circiter annum quinquagesimum: itaq; qui quatuor aut quinq; annis ætatem hanc excesserūt derelinquere debent in aperto procreandi studium.

Coitus omnis alterius q̄ coniugis lege penitus sit interdictus: quādo quidem sit & appelletur coniunx.

Nutrimentum lactis maxime proprium est corporibus puerorum.

Confert pueris statim a pueritia eos frigori assuescere:hoc enim ad sanitatem & ad res bellicas utile est:ad cuncta enim ad quæ possibile est statim ab initio melius est assuescere:est autem apta puerorum natura ob eorum calorem ad frigus exerceri.

Ludi puerorum neq; illiberales:neq; laboriosi:neq; remissi esse debent:& ut plurimum ludi tales esse debēt:ut sint imitationes eorū quæ postea serio erunt facienda.

Cohibitiones puerorum & interruptiones ploratus qui legibus prohibēt non recte faciunt sunt enim utiles ad augmentum:cum sint quodam modo exercitationes corporum:spiritus enim compressio facit robur laborantibus:quod contingit etiam pueris cohibitis.

Prouidēdum est ut pueri q̄ minime cū seruis uersentur rationabile enim est ut in hac ætate ab auditu & usu seruilium rerum absint.

Omnino obscœnitas uerborum per legislatorem exterminanda est de ciuitate:ex turpiter enim loquendi licentia:serpit & turpiter facere.

Potissimum pueri neq; dicant neq; audiant a quid turpe.

Cum dicere quicq̄ turpe interdicitur:clarum est quod & aspicere aut picturas aut actus deformes prohibetur:unde cura est:habenda magistratibus:nullam neq; picturā neq; statuā:esse habendā taliū rerū imitatricē.

Iuniores neq; comœdiarum neq; tragediarum spectores esse leges sināt.

Oīa potētia nos magis delectant:quapp oportet a pueris oīa turpia remanere:& maxime quæcūq; i se habēt uel obscœnitatē uel iprobitatē

Transactis annis quinq; duobus annis usq; ad.vii: oportet iam pueros di sciplinas spectare: quas adiscere eos oportet.

Omnis ars & disciplina implere uult id quod deest naturæ.

Ex octauo libro politice Aristotelis.

Ex lectione.i.

Legis positore maxime intendendum est circa disciplinam iu-
2 uentutis: id enim neglectum in ciuitatibus: affert reipu. detri mentum idq; publicæ faciendum est.

Semper melior mos causa est melioris reipu.

In cunctis facultatibus & artibus sunt quædam ad quæ erudiri prius opor tet: & asuefieri ad earum opera: simpliciter & ad uirtutis actiones.

Cura singularum particularum respicere nata est ad curam totius.

Non eandem uirtutem omnes statim honorant: ex quo fit: ut discordent circa illius exercitationem.

Disciplinæ non omnes publice statuendæ sunt: sed illæ quæ cum utiles sint faciunt exercentem habentemq; non uilis exercitii operatorem: utile autem exercitium putandum & ars & disciplina quæcūq; corpus aut animum aut mentem liberi hominis ad usum & operationem uir tutis non inutilem reddunt:

Artes illas quæ deterius disponunt corpus & cuncta mercenaria exercitia sordidas nuncupamus: mentem enim occupatam & uilem reddunt.

Sunt quædam ex liberalibus sciētiis: quarum scilicet usus ad excellentio res scientias ordinatur: quas usq; ad aliquid discere honestum est: peni tus uero sese illis tradere: ac ad extremum usq; prosequi uelle: nocumē tis pluribus obnoxios facit:

Refert plurimū cuius gratia quis agat aut discat: nam si gratia sui uel ami corum uel propter uirtutem non est illiberale: qui uero id ipsum agit propter alia: sæpe utiq; uidebitur illiberaliter ac sordide agere.

Sunt discipline quatuor quas iuuenes discere publice consueuerunt: litte ras: gymnasticam: musicam: & figurandi peritiam: litteras quidem & figurationem tanq; utiles & ualde expedientes ad uitam: gymnasticam tanq; pertinentem ad fortitudinem: musicam uero nunc gratia uolup tatis plurimi addiscuntur.

Si utraq; opus est: magis est expetendum ocium q; negocium.

Magis in negociis q; in ocio utendum est ioco: nam qui laborant indigēt relaxatione: & huius gratia est iocis: negocia enim sunt cum labore & conatu: & propterea oportet iocum adhibere: qui tanq; medicinam eo tempore afferat.

Diffi Locus est relaxatio animi: & requies per uoluptatem.

Ocium uidetur in se uoluptatem habere: & fœlicitatem: & uitam beatam.

Litteras addiscere pueros oportet: non modo propter utilitatem: uerum

etiam propter multas diſciplinas alias quæ per litteras addiſcuntur.
Figurandi peritiam adiſcunt pueri:non tantum ut in uenundando emen
doq; artificum opera non decipiantur:ſed potius quia contemplari fa·
cit pulchritudinem corporum.
Querere utilitatē ubiq; minime conuenit magnanimis & ingenuis uiris:
Honeſtas non feritas eſt in certaminibus præferenda:neq; enim lupus
neq; alia bæſtia honeſtum periculum pugnando ſubiret:ſed magis uir
bonus.
Qui adoleſcētes gymnaſticæ uitæ nimium tradunt & in neceſſariis abſq;
diſciplina relinquunt:uere illos ſordidos reddūt:ad unum enim opus
reipu.utiles faciunt:& illud ipſum deterius eſt.
Oportet non ex prioribus operibus:ſed ex his quæ nunc fiunt iudicare.
Simul mente & corpore laborare non oportet: cum ſe inuicem impedi·
re nata ſint:labor quidem corporis mentem:mentis autem corpus.

Ex lectione.ii.

Pueri non ſolatii gratia addiſcunt:non enim ſolantur diſcentes: ſed cum
labore eſt diſciplina.
Requiem neceſſe eſt eſſe iocundam: eſt enim medicina moleſtiæ illius
quæ per labores ſuſcipitur.
Ratio degendi ocii non ſolum honeſtatem:ſed etiam uoluptatem habe·
re debet:fœlicitas enim eſt ex ambobus iſtis.
Ad cætus familiarium:& ad uitam in ocio degendam rationabiliter mu·
ſica recipitur:ut potens læticiam afferre.
Quæcunq; iocunda ſunt atq; eadem in nocua: nō ſolum congruunt ad fi
nem:ſed etiam ad ceſſationem:& requiem.
Finis gratia nullius futuri expetitur.
Habet muſica naturalem uoluptatem:per quam illius uſus cunctis ætati·
bus cunctiſq; moribus eſt acceptus.
Modulatio abſtrahit animam & quodammodo rapit.
Diffi Raptus & abſtractio animæ circa mores affectio eſt.
Sunt in rythimis & melodiis ſimilitudines, maxime penes ueras naturas
iræ & manſuetudinis:ac fortitudiuis & temperantiæ: & contrariorum
iis & aliorū omnium quæ ad mores pertinent:idq; patet ab effectu:mu
tamus enim animum talia audientes.
Si quis gaudet imaginem alicuius uidens:non propter aliam cauſam ſed
propter formam ipſam:neceſſarium eſt huic & aſpectū illius cuius ima
ginem contemplatur eſſe iocundum.
Muſica poſſunt animi morem aliquem facere:quare ad pueros hæc diſci
plina eſt adhibenda & in ea ſunt inſtruendi.
Pueri propter ætatem nihil ferunt ſponte quod non habeat iocunditatē.
Impoſſibile eſt uel certe admodum difficile:ut qui opera ipſa non tractat·

perite ualeat iudicare.

Architæ tabella recte reperta est: q̄ pueris dant: ut in ea occupati illa quæ sunt domi non frangant: nescit enim puericia quiescere: hic est ergo infantibus conueniens ludus disciplina uero maioribus tanquam tabella quedam.

Oportet in pueritia musicis operam dare in maiori uero ætate exercitationem dimittere: tantummodo autem iudicare posse per disciplinam adeptam.

Tibiæ non sunt in musicali disciplina recipiendæ: neq; aliud artificiosum instrumentum ut cithara & si quid aliud tale: sed quæcunq; faciunt auditores bonos uel musicæ disciplinæ uel alterius: non enim ingenui hominis censemus esse huiuscemodi instrumentorum opus: sed peruiles ac sordidos contingit illud fieri.

Ex lectione.iii.

Per abstractionem animi a melodia factam: deuoti & supplices quidam fiunt: uidemus autem & in sacris melodiis ita affici quando utuntur expiantibus animam carminibus: quasi medicina fretis & purificatione.

Delectat singulos id quod suæ naturæ est aptum.

Vt animæ uilium & in doctorum hominum distortæ sunt a sua naturali habitudine: sic harmoniarum & melodiarum distorsiones sunt quædam illæ quæ sunt uehementes & infracte: quibus ii delectantur.

Duo in actionibus consideranda sunt: unum quid possit alterum quid deceat: nam possibilia quisq; aggredi & conuenientia sibi debet.

Finis propositionum ex octo libris politice aristotelis secundum translationem leonardi aretini.

Incipiunt propositiones ex primo libro œconomice aristotelis secūdum traductionem leonardi aretini.

Es familiaris & respu. inter se differunt: quoniam in repu. quidem plures imperant in re familiari uero unus duntaxat est imperator & rector.

Alicuius artis non est fecisse & facto uti: quemadmodum ly

ræ & fiſtulæ: ſed repu. diſcipline eſt: ciuitatem ab initio conſtituiſſe: & conſtituta bene uti: ſimiliter & reiſamiliaris parare domum & illa uti.

Diff. Ciuitas eſt multitudo domorum: agro & pecuniis ſufficienter abũ dans: ad bene uiuendum.

Cuius gratia eſt aliquid & fit: & ſubſtantia ipſius hoc exiſtit.

Domus partes ſunt homo & poſſeſſio.

Primum in minimis natura cuiuſq; inſpicitur.

Naturaliter omnis educatio eſt a matre: quare & hominibus a terra.

Societas eſt maxime ſecundum naturam mari & fœminæ.

In cæteris animalibus procreandi gratia ſolum: maris & fœminæ ſocie/tas eſt conſtituta: in hominibus uero non eſſendi ſolum: uerum etiam bene eſſendi mas & fœmina ope mutua coniunguntur: filioſq; procre ant: non ſolum ut id naturæ tributum ferant: uerum etiam ut commo da ex inde ſuſcipiant: ualentes enim ipſi imbecillos ſuos labore tuen/tur & alunt: mox imbecilli ob ſenium facti a ualentibus eadem repor/tant.

Diuina prouidentia utriuſq; natura ordinata eſt ſcilicet uiri & mulieris ad ſocietatem: tendunt enim eorum omnia in idem utilitatis: licet con traria quædam uideantur: alterum enim robuſtum facit: alterum imbe cillius: ut hoc quidem ob timorem cautius: illud uero propter fortitu/dinem pugnatius eſſet: & alterum parat foris: alterum parata domi con ſeruat.

Matris eſt enutrire prolem: patris autem erudire.

Viri ad uxorem iniuria ceſſet: ſic enim nec ipſe iniuriam patietur: eſt autẽ iniuria uiri externarum mulierum coitus.

Recte ſe habet illud heſiodi: puellam uxorem accipere oportet: ut gratis moribus eam imbuere poſſis: diuerſitates enim morum nequaq; ſunt ad dilectionem aptæ.

Poſſeſſionum potentia ac maxime eſt illa quæ eſt optima & principaliſ/ſima: id autem eſt homo: quapropter oportet ſeruos parare ſtudio/ſos.

Seruorum duæ ſunt ſpecies: curator & opifex.

Liberalioribus ſeruis honorem: opificibus uero cibum paterfamilias abũ de tribuat.

Quoniam uini potus & liberos ad insolentiam impellit: aut nihil aut raro seruis tradendum est.

Tria cum sint in seruorum cura opus:cibus:& castigatio:cibus sine castigatione & opere petulantem reddit: opus uero & castigatio sine cibo uiolenta res est:& infirmum facit seruum:sine mercede enim dominā dum non putant: merces autem serui cibus est.

Seruorum genera ad opus faciendum optima sunt neq; timida neq; ferocia nimis:in utrisq; enim peccatum est:nam & nimis timidi non ferunt laborem:& ferocibus non commode imperatur.

Vtile est & iustum simul:libertatem seruis esse propositam:libenter enim labores subibunt:si & propositum premium conspexerint & tempus diffinitum.

Quatuor habere oportet patremfamilias circa pecunias: quærere posse: & quæsita tueri:esse præterea talem ut ordinare & frui sciat.

Persica institutio est dominum omnia iubere omniaq; inspicere.

Nullus parem curam habet alienorum & suorum.

Persa rogatus quid equum maxime pingue faceret: oculus domini respondit.

Libycus rogatus quod sterquiliniū agro foret optimum: domini inquit uestigia.

Nisi quis bonum exemplum de se præbuerit diligentiæ: imitatorem habiturum non exibet neq; in re familiari neq; in aliis.

Impossibile est non diligentis domini diligentes esse uicarios.

Expergisci decet prius dominum q̄ seruum:& cubitum ire posterius: nec unq̄ in custoditam esse domum neq; die neq; noctu sicut nec ciuitatē.

Ante lucem surgere & ad sanitatem:& ad curam reifamiliaris: & ad studium philosophiæ prodest q̄ plurimum.

Tradēda sunt his istrumēta :quibus negocia commiseris: ac certo tēpore eorum inspecto facienda erit:ut non lateat qđ saluum sit qđue perierit.

In magnis domibus utilis est ianitor qui sit ad cætera ihabilis pro obseruatione importandorum & exportandorum.

Propositiones ex secundo libro œconomice aristotelis: quem quidam codices latini a primo non diuisum habēt:licet in græcis codicibus di uisus existat.

Robam mulierem oībus quæ sunt intus dominari oportet curāq; habere oium: non permittentem quenq̄ ingredi sine præcepto uiri.

p

Proba mulier uestitu & apparatu minori utatur:q̄ leges pmiserint ciuitatis cōsiderās qđ nec uestimētorū nitor:nec excellētia formæ: nec auri magnitudo tātū ualet ad mulieris laudē:q̄tū modestia i operibus ac stodiū honeste decoreq; uiuēdi:& enim oīs huiusmodi ornatus.

animi optabilis est: multoq; firmior ad senectutem usq; ueras laudes sibi natisq; afferre.

Viro quidem indecens est ea scire quæ intra ædes fiũt: in cæteris uero omnibus parere uiro mulier contendat: nec audiens quicq̃ de repu. nec tractans quicq̃ eorum quæ ad connubia spectare uidẽtur: sed cum tempus poscit aut filias tradere nuptui aut nurus accipere: obediat penitus ĩ his uiro atq; sic una deliberet: ut scientiam uiri sequatur: intelligens non ita turpe uiro esse: quicq̃ eorũ quæ domi sunt facere: sicut mulieri quæ foris perquirere.

Æxistimare debet mulier bene composita: mores uiri esse legem suæ uitæ impositã sibi adeo per cõiunctionem matrimonii: atq; consortii: quos si quidẽ æquo ferant animo per facile reget domũ sin cõtra difficilius.

Decet non solum in prosperis rebus secundaq; fortuna mulierem unanimem se uiro præstare & inseruire uelle: uerum etiam in aduersis: & si sit in rebus defectus uel corporis ægrotatio: uel alienatio mentis: æquo ferat animo: & obsequatur: nisi forte turpe sit aliquid & indignum.

Si quid perturbatione animi uir deliquerit mulier memoriter non seruet: sed ægritudini: ignorantiæq; ascribat.

Ab his quæ turpiter uir imperat cauere debet mulier: in aliis autem multo magis obtemperare: quam si empta ueniisset in domum: magno enĩ præcio empta fuit societate scilicet uitæ & procreatione liberorum: quibus nec maius nec sanctius quicq̃ esse potest.

Non est sane parum secundis rebus bene uti: attamen aduersas moderate perferre: multo maius est existimandum: nã in magnis calamitatibus: & iniuriis nihil abiecte facere celsi est animi.

Prosperitatis quidem facile est reperire participes: aduersitatis uero ni optimi sint participes esse renuunt.

Decet mulierem uirum in honore habere: nec illum contemnere si sacra pudicitia & opes animositatis filiæ secundũ herculem: non sequantur.

Quod sãctius esse potest: aut circa quæ magis studeret uir sane mẽtis: q̃ ex optima laudatissimaq; muliere filios procreare: senectutis pastores quasi optimos: ac reuerentes patris matrisq; custodes: ac totius domus seruatores?

Si parentes exemplum uitæ filiis: præstent euidẽtem excusationis causam erga se illis relinquunt timendum est enim ne contempti a filiis quasi non bene uixerint: in senectute deserantur.

Nihil præter mittendum est uiro quod ad uxoris pertineat disciplinam: ut q̃ maxime fieri potest: optima filios generet: nam agricola quidem nihil omittit quo semen in optima terra ac maxime exculta ferat: speirans ita demum fructus optimos inde recepturum: cum ergo tanta adhibeatur cura pro corporis esca: quid pro liberis & matre educatrice

nonne protinus omne ſtudium eſt adhibendum? hoc enim ſolo homi
num conditio mortalis per ſucceſſionem ſempiternitatem conſequi
tur: omniaq; parentum uota huc tendunt: quamobrem qui iſta negli
git deum ipſum negligere uidetur.

Maximus honor eſt ſobriæ mulieri ſi cernat uirum ſuum obſeruantem ſi
bi caſtitatem: nec de ulla muliere magis cogitanté: ſed præ cæteris om
nibus hanc & ſuã & fidam ſibi exiſtimantem: tanto enim magis ſtude
bit mulier ſe talem preſtare: q̃to ſe cognouerit fideliter ac iuſte a uiro
diligi.

Per grauiter unuſquiſq; fert honore ſuo priuari: nec ſi aliena quis per mul
ta tribuat contentus erit ſi ſua ſibi auferantur.

Non decet hominem ſane mentis ubicunq; contigerit ſemen exponere:
ne de uiſibus & iniquis ſimiles liberis legittimis procreentur: ex quo &
uxor honore ſuo priuatur: & filiis iniuria fit: ac ſibi pro his omnibus
dedecus incumbit.

Appropinquandum eſt uxori cum magna temperantia atq; modeſtia: ſit
q; pudor in uerbis in operibus uero fas atq; honeſtas. in conuerſatione
fides atq; moderatio.

Vir uxori metum non incutiat ſinẽ uerecundia & pudore: hæc enim
meretrices ad mœchos pati decet: at uero cum uerecundia & pudo
re iuſta diligere & timere: id ingenuæ eſt mulieris erga proprium ui
rum.

Duplex eſt timoris ſpecies: una cum uerecundia & pudore qua utũtur ad
patres filii modeſti: & ciues bene morati ad beniuolos gubernatores:
altera cum inimicitia & odio ſicut ſerui ad dominos: & ciues ad tyran
nos iniuſtos & iniquos.

Si uir ſibi maxime dominetur: optime totius uitæ rector exiſtet: & uxorẽ
talibus uti docebit.

Neq; amorem neq; timorẽ abſq; uerecundia laudauit homerus: ſed ubiq;
amare præcepit cum modeſtia & pudore: eo quidem modo: helenam
timere priamum: inquit: ita decentem: ometuende mihi ſemper: ſem
perq; tremende: care ſocer: nihil aliud dicens q̃ eam cum pudore di
ligere.

Nemo deteriorem ſe admiratur ac ueretur.

Inquit homerus nil melius eſſe poſſe hominibus q̃ ſi cõcordi uoluntate
uir & uxor domum gubernent.

Homerus inquit cum inter uirum & uxorem uiget concordia: inimi
ci eorum anguntur plurimum: amici uero per magna ſuſcipiunt gau
dia.

Maxime præcipit homerus: uirum & uxorem in his quæ improba & im

pudica ſunt ſibi inuicem conſentire nequaquam debere.

Studere debent uir & uxor primo quidem curam omnem parentibus exhibere: uir quidem uxoris parentibus non minus q̄ propriis:uxor autem uiri: deinde filiorum & amicorum & rerum domuſq; totius tanquam communis curam habeant:ſe ipſos ſtudio ac diligentia ſuperare certantes:ut quiſq; plurimorum bonorū ſit auctor & cauſa:meliorq; exiſtat.

Dulce cor & ſpes mortalium:(ut pindarus inquit:) ſibi multiplicem alit uoluptatem:& a filiis in ſenectute fœliciter educari.

Decet eum qui priuatim ac publice uitam agit ad de um hominesq; reſpicere:multumq; & ad uxorem & ad filios & parentes.

Finis propoſitionum ex libro œconomicorum · Ariſtotelis.

Propoſitiones ex libro prædicabiliū porphyrii & lectiones annotate ſunt ſecundum commentaria gratiadei eſculani.

Ex lectione.ii.

Eceſſarium eſt ad eam que eſt apud ariſtotelem prædicamentorum doctrinā:noſce quid ſit genus:& quid differentia: & quid ſpecies:& quid proprium:& quid accidens:& ad diffinitionum aſſignationem:& omnino ea quæ in diuiſione & in demōſtratione utilia.

Altiſſimum eſt negocium de generibus & ſpeciebus ſcire utrum ſubſiſtant:ſiue in ſolis & nudis puriſq; intellectibus poſita ſint:ſiue ſubſiſtētia corporalia ſint an in corporalia: & utrum ſeparata a ſenſibilibus:an in ſenſibilibus poſita.

Ex lectione.iii.

Genus dicitur uno modo aliorum quodammodo ſe habentium ad unū aliquid:& ad ſe inuicem collectio:ut romanorum dicitur genus ab unius ſcilicet habitudine.

Secundo modo dicitur genus quod eſt uniuſcuiuſq; generationis principium:uel ab eo qui genuit:uel aloco in quo quis genitus eſt.

Patria eſt principium generationis quemadmodum & pater.

Tertio modo dicitur genus illud cui ſupponitur ſpecies.

Genus eſt principium ſpecierum quæ ſub ipſo ſunt.

Genus continet multitudinem ſpecierum que ſub ipſo ſunt.

Ex lectione.iiii.

Diffi Genus eſt q̄ predicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quid.

Eorum quæ prædicantur alia predicantur de pluribus:alia de uno ſolo.
Socrates & plato non differunt ſpecie:ſed numero ſolo.
Homo equus & bos differunt ſpecie:non numero ſolo.
Interroganti qualis eſt homo dicimus rationalis ideſt quale reſponde/
mus differentiam.
Quando autem quid eſt homo interrogatur animal reſpōdetur: ideſt ad
quod reſpondetur genus:

Ex lectione.v.& capitulo.iii.

Pecies autem dicitur de forma unius cuiuſq;.
Species etiam dicitur de ea que eſt ſub aſſignato genere.
Genus alicuius eſt genus:& ſpecies alicuius eſt ſpecies.
Neceſſe eſt ſpeciem in diffinitione generis ponere:& genus in
diffinitione ſpetieiquia ſcilicet correlariua ſunt.
Species eſt quod ponitur ſub genere & de qua genus in eo q̄ quid ſit præ
dicatur.
Diffi. Species eſt quod de pluribus differentibus numero in eo q̄ quid ſit
prædicatur. alia iter media.
In uno quoq; prædicamēto ſūt q̄dā generaliſſima:& q̄dā ſpecialiſſima &
Generaliſſimum eſt ſuper q̄ non eſt aliud ſuprauenies genus.
Dif. Specialiſſimum eſt poſt q̄ non erit alia interior ſpecies.
Inter generaliſſimum & ſpecialiſſimum & genera & ſpecies ſunt eadē: ad
aliud quidem: & ad aliud ſumpta.
Omne quod ante indiuidua proximū eſt:ſpecies erit ſolum:& nō genus.
Extrema habent tantum unam habitudinem.
Media inter generaliſſimum & ſpecialiſſimum habent duas habitudines
ſcilicet ad ſuperiora & inferiora.

Ex lectione.vi.

Generaliſſimum eſt q̄ cum ſit genus:non eſt ſpecies.
Specialiſſimum eſt q̄ cum ſit ſpecies:non eſt genus:& quod cum ſit ſpe/
cies nunq̄ diuiditur in ſpecies.
Ea que in medio ſunt extremorum:uocantur genera ſubalterna & ſpecies
ſubalterne.
Genera & ſpecies non reducuntur ad unum principium.
Ens non eſt unum commune genus omnium entium.
Ens prædicatus æquiuoce de decem predicamentis.
Si omnia quis entia uocet æquiuoce inquit ſcilicet ariſtotiles nuncipabit.
Si eſſent unum commune genus omnium ens:uniuoce entia dicerentur.
Decem ſunt genera generaliſſima
Specialiſſima ſunt in quodam numero non tamen indefinito.
Indiuidua quæ ſunt poſt ſpecialiſſima infinita ſunt.
A generaliſſimis ad ſpecialiſſima deſcendentem iubet plato quieſcere.

Infinita relinquenda ſunt:neq; enim eorum poteſt fieri diſciplina.
Species eſt collectiuum multorum in unam naturam & magis id quod eſt genus.
Participatione ſpeciei plures homines ſunt unus homo.
Diuiſiuum eſt ſemper quod ſingulare eſt:collectiuum autē & adunatiuū quod commune eſt.

Ex lectione.vii.

Superiora ſemper predicantur de inferioribus:& non econuerſo.
Oportet æqua de æquis prædicari:aut maiora de minoribus.:minora uero de maioribus minime.
De quibuſcunq; prædicantur inferiora & ſuperiora.
Species prædicantur de ſolis indiuiduis.
Indiuiduum prædicatur de uno ſolo particulari ſcilicet de ſeipſo: nō autem de aliquo inferiori.
Vnumquodq; indiuiduorum conſiſtit ex proprietatibus: quarum collectio nunq; in alio erit eadem.
Proprietates hominis conueniunt omnibus particularibus hominibus.

Ex lectione.viii.& capitulo.iii.

Differētia dicitur tripliciter ſcilicet communiter:pprie: & magis proprie:
Differentia cōmuniter eſt qua alterum differt ab altero quocunq; modo: uel a ſeipſo.
Socrates differunt a ſe ipſo puero:uel iam uiro: uel faciente aliquid: uel quieſcente.
Differentia proprie eſt qua alteꝝ differt ab altero accidente in ſeparabili:
Differentia magis propria eſt qua alterum differt ab altero ſpecifica:differentia.
Omnis differentia alteratum facit cuilibet adueniens.
Differentia communiter & proprie ſolum alteratum facit.
Differentia magis proprie dicta facit aliud.
Differentiæ que faciunt aliud ſpecifice uocantur.
Rationalis differentia adueniens animali facit aliud & ſpeciem animalis conſtituit.
Secundum differentias aliud facientes:fiunt diuiſiones generum in ſpecies:& diffinitiones aſignantur:quæ ſunt ex genere & huiuſmodi differentiis.
Differentiarum aliæ quidem fatiunt aliud:aliæ alteratum.

Ex lectione.viiii.

Differentiarum alie ſunt ſeparabiles:aliæ inſeparabiles.
Differentiarum inſeparabilium aliæ ſunt per ſe:aliæ per accidens.
Differentiæ per ſe non ſuſcipiunt magis & minus.
Differentiæ per accidens ſuſcipiunt magis & minus.

Genus non prædicatur secundum magis & minus: neq; differentiæ per quas diuiditur.
Esse uniuscuiusq; neq; intensionem neq; remissionem suscipit.
Animal est substantia animata sensibilis.
Differentiæ sunt diuisiue generum & constitutiuæ specierum.
Rationalis & mortalis sunt differentiæ constitutiue hominis.
Rationalis & immortalis sunt differentiæ constitutiue dei.

Ex lectione.x.

Diffi Differentia est qua species abundat a genere.
Genus habet omnes differentias potestate: actu uero nullam.
Ex his quæ non sunt: non fit aliquid.
Opposita non sunt circa idem.
Diffi Differentia est quod de pluribus differentibus specie in eo quod quale sit prædicatur.
Genus se habet ut materia: differentia ut forma.
Differentia est quod aptum est diuidere ea quæ sub eodem genere sunt.
Diffi Differentia est qua differunt a se singula.
Sumus rationales nos & dii: sed mortale appositum separat nos ab illis.
Dist Differentia est quod genus adesse scilicet specificum conducit & q̄ est pars eius quod est esse rei ideſt essentiæ.
Differentiæ specificæ sunt quæ faciunt alteram spetiem.

Ex lectione.ii.& capitulo.v.

Proprium dicitur quatuor modis primo dicitur proprium id quod soli alicui speciei: accidit & si non omni indiuiduo.
Secundo quod omni indiuiduo accidit: & si non soli speciei: proprium dicitur.
Tertio quod soli speciei & omni indiuiduo & aliquando: proprium dicitur.
Quarto quod soli speciei & omni indiuiduo & semper accidit: proprium dicitur.
Homo dicitur risibilis quia aptus natus est ad ridendum: non quod iam rideat.
Risibile dicitur proprie proprium homini: quia conuertitur cum ipso.

Capitulo.vi.

Diffi. Accidens est q̄ adest & abest præter subiecti corruptionem.
Accidentium aliud separabile aliud inseparabile.
Nigrum accidit coruo inseparabiliter.
Potest subintelligi coruus albus & æthyops nitens candore præter subie-

ſti corruptionem.

Diffi. Accidens eſt quod neq; eſt genus: neq; ſpecies: neq; differentia: neq; proprium: ſed ſemper eſt in ſubiecto ſubſiſtens:

Ex lectione.xii.& capitulo.vii.

Commune eſt omnibus prædicabilibus de pluribus predicari.
Genus differentia & accidens predicantur de ſpeciebus & indiuiduis.
Species de indiuiduis prædicatur.
Proprium prædicatur de ſpecie & de indiuiduis.
Accidens principaliter ptædicatur de indiuiduis: ſecundario de his quæ continent indiuidua.
Commune eſt generi & differentiæ continentia ſpecierum.
Rationale quod eſt differentia continet homines & deum.
Quæcunq; prædicatur de genere ut genus: & de his quæ ſub ipſo ſunt ſpeciebus prædicantur.
Quæcunq; de differentia ut differentia prædicantur & de ea quæ ſub ipſa ſpecie prædicabuntur.
Peremptо genere & differentia: perimuntur ea quæ ſub ipſis ſunt: & non econuerſo.
Proprium eſt generi prædicari de pluribus q̃ differentia: ſpecies: proprium: & accidens.
Genus continet differentias poteſtate.
Genera priora ſunt differentiis ſub ſe poſitis.
Sublato genere auferuntur differentiæ: & non econuerſo.
Genus eſt unum ſecundum unamquamq; ſpetiem: differentiæ uero plurimæ.
Genus conſimile eſt materiæ differentia uero formæ.
Genus & ſpecies ſunt priora his de quibus prædicantur.
Genus & ſpecies ſunt tota reſpectu eorum de quibus prædicantur.
Genus continet ſpecies: & non econuerſo: & in pluribus eſt quam ſpecies.
Genera preiacere oportet: & informata ſpecificis differentis perficere ſpecies.
Genera priora ſunt naturaliter ipſis ſpeciebus.
Perempto genere perimitur ſpecies: & non econuerſo.
Species cum ſit: eſt & genus: genus uero cum ſit: non omnino erit ſpecies.
Genera uniuoce de ſpeciebus prædicantur: ſpecies uero de generibus minime.
Genera abundant continentia ſpecierum a ſpeciebus.
Species habundant a generibus propriis differentiis.

Species nunq̄ eſt generaliſſimum:& genus nunq̄ ſit ſpecialiſſimum.
Genus & proprium conſequuntur ſpeciem.
Proprium æqualiter prædicatur de ſuis indiuiduis & uniuoce.
Genus de nullo conuerſim predicatur.
Interempto proprio ſimul interrimitur ſpecies cuius eſt proprium:& e conuerſo.
Genera æqualiter participantur:accidentia uero non.
Participatio accidentium ſuſcipit magis & minus: generum uero minime.
Genera & ſpecies priora ſunt naturaliter indiuiduis.
Accidentia in eo quod quale:& quomodo ſe habeant predicantur.
Commune eſt ſpeciei & differentiæ æqualiter participari.
Si homo uelut qualitas accipiatur non ſimpliciter erit qualitas.
Species ſpeciei non componitur ut generet aliam ſpeciem.
Quedam æqua cuidam aſino permiſcetur ad muli generationem.
Equa ſimiliter aſino adueniens nunq̄ perficit mulum.
Riſibile dicitur non in eo q̄ ſemper rideat: ſed quia eſt aptum natum ridere.
Accidentia quodammodo continent & quodammodo continentur.
Differentia intenſibilis & irremiſcibilis eſt.
Accidentia ſuſcipiunt magis & minus.
Contrariæ differentiæ ſunt impermixtæ.
Accidentia contraria ſunt mixta.
Propirum unius ſpeciei eſſe propriū aliarum ſpērum impoſſibile eſt.
Quorum termini ideſt diffinitiones ſunt differentes: ipſa quoq̄ differentia ſunt.
Species ſubintelligi poteſt anteq̄ accidentia:etiam ſi ſint in ſeparabilia.
Accidens & ſi inſeparabile ſit non æqualiter participatur.
Sine proprio & accidente in ſeparabilí nunq̄ conſiſtunt ſubiecta in quibus ipſa conſiderantur.
Sicut præter riſibile non ſubſiſtit homo ita nec præter nigredinem ſubſiſtit æthyopus.
Differentia conſequitur ſpeciem:ſed non econuerſo.
Interempta ſpecie interimitur & proprium:& econtra.
Rationale predicatur de deo & homine.
Accidentia ſunt aduenientia naturæ.

Propoſitiones ex omnibus libris rationalis philoſophiæ ariſtotelis ex primo & libro prædicamentorum:& lectionum annotatio ex ſecundum expoſitionem gratiadei eſculani.

Ex lectione.iii.& capitulo.i.

Quiuoca dicuntur quorum nomen eſt commune & ſecundum illud nomen ratio ſubſtantie eſt diuerſa.

Diffi. Vniuoca dicuntur quorum nomen eſt commune & ſecũdum illud nomen ſubſtantie ratio eſt eadem.

Diffi. Denominatiua dicuntur quæcunq; aliquo ſolo differentia caſu habẽt appellationem.

Eorum quæ dicuntur:alia dicuntur cum cõplexione:alia ſine cõplexione.

Cap.ii. Eorum quæ ſunt alia de ſubiecto quodam dicuntur: in ſubiecto uero nullo ſunt ut ſcilicet ſubſtantie uniuerſales.

Alia in ſubiecto quidem ſunt:de ſubiecto autem nullo dicuntur ut ſcilicet accidentia particularia.

In ſubiecto eſſe dico q̃ cum in aliquo ſit non eſt ſicut quædam pars:& impoſſibile eſt eſſe ſine eo.

Omnis color in corpore eſt.

Alia de ſubiecto quodam dicuntur:& in ſubiecto ſunt: ut ſcilicet accidentia uniuerſalia.

Alia neq; in ſubiecto ſũt:neq; de ſubiecto dicũtur ut ſcilicet ſingularia de genere ſubſtantiæ.

Simpliciter quæ ſunt indiuidua & numero ſingularia de nullo ſubiecto dicuntur.

Ex lectione.iii.& capitulo.iii.

Quando alterum de altero predicatur ut de ſubiecto quecunq; de eo q̃ prædicatur dicuntur omnia & de ſubiecto dicuntur.

Cap.iiii. Diuerſorum generum & non ſubalternatim poſitorum diuerſæ ſunt ſpecies & differentiæ.

Subalternatorum generum nihil prohibet eaſdem eſſe differentias.

Superiora de inferiotibus prædicantur.

Quæcunq; predicati fuerint differentiæ eedem erunt etiam ſubiecti.

Cap.v Eorum quæ ſecũdum nullam complexionem dicuntur: ſingulum aut ſignificat ſubſtãtiam:aut qualitatem:aut quantitatem:aut ad aliq̃d: aut ubi:aut quando:aut ſitum eſſe:aut habere:aut facere:aut pati.

Incomplexa ſecundum ſe in nulla affirmatione dicuntur:ſed horũ complexione facta affirmatio fit.

Omnis affirmatio eſt uera uel falſa.

Ea quæ ſecũdum nullã complexionem dicũtur neq; uera neq; falſa ſunt.

Ex lectione.iiii.& capitulo.vi.

Diffi. Subſtãtia particularis eſt quæ proprie & principaliter & maxime dicitur:& quæ neq; in ſubiecto eſt neq; de ſubiecto dicitur.

Secundæ ſubſtantie dicuntur genera in quibus ille quæ principaliter ſubſtantie dicuntur inſunt.

Neceſſe eſt nomen & rationem eorum quæ de ſubiecto dicuntur de ſub/

iecto prædicari.
Homo eſt animal rationale mortale:
Impoſſibile eſt rationem eorum quæ in ſubiecto ſunt prædicari de ſubiecto:licet nomen aliquando prædicetur.
Ratio albi nunq̄ de corpore prædicatur.
Omnia præter primas ſubſtantias:aut de ſubiectis dicuntur principalibus ſubſtantiis:aut in ſubiecctis eiſdem ſunt.
Si color in aliquo corpore non eſt:nec omnino in corpore.
Non exiſtentibus primis ſubſtantiis : impoſſibile eſt aliquid aliorum remanere.

Ex lectione.v.

Secundarum ſubſtantiarum magis eſt ſubſtantia ſpecies quam genus:
Principales ſubſtantiæ:eo quod omnibus ſunt:& alia omnia de his prædicantur aut in eis ſunt:ideo maxime dicuntur ſubſtantiæ.
Vna ſpecierum ſpecialiſſimarum non eſt magis ſubſtantia q̄ altera:
Principalium ſubſtantiarum nihil magis alterum altero ſubſtantia eſt.
Solæ ſecundæ ſubſtantiæ indicant principalem ſubſtantiam:
Principales ſubſtantiæ eo q̄ aliis omnibus : ſubiacent proprie dicuntur ſubſtantiæ.
Sicut primæ ſubſtantiæ ad omnia alia ſe habent:ita ſpecies & genera ſubſtantiarum principalium ad reliqua omnia ſe habent.

Ex lectione.vi.

Commune eſt omni ſubſtantie in ſubiecto non eſſe:
Secunde ſubſtantie in nullo ſubiecto ſunt.
Differentiæ non ſunt in ſubiecto.
Ratio differentiæ de eo dicitur de quo & ipſa differentia prædicatur.
Partes ſubſtantiarum non ſunt in toto:ſicut accidens in ſubiecto.
Partes ſubſtantiarum ſunt ſubſtantiæ.
Ineſt ſubſtantiis ſecundis & differentiis prædicari uniuoce.
A principali ideſt prima ſubſtantia nulla eſt prædicatio.
Primæ ſubſtātie ſuſcipiunt rationem generum & ſpecierum:& ſpecies rationem generis.
Quæcunq̄ dicuntur de prædicato eadem & de ſubiecto dicuntur.
Species & indiuidua ſuſcipiunt rationem differentiarum.
Omnis ſubſtantia uidetur ſignificare hoc aliquid.
Secundæ ſubſtantiæ ſub appellationis figura uidentur ſignificare hoc aliquid.
Secundæ ſubſtantiæ non ſignificāt hoc aliquid:ſed magis quale quid.
Album puram qualitatem ſignificat.

Ex lectione.vii.

Ineſt ſubſtantiis nihil illis eſſe contrarium.

Quantitati nihil est contrarium:
Substantia non suscipit magis & minus:
Substantia est magis & minus substantia altera scilicet in ordine ad substantiam primam:
Vnaquæq substantia secundum hoc ipsum q est: non dicitur magis & minus.
Homo non est magis & minus homo: neq ipse a se: neq alter ab altero:
Maxime substantiæ proprium uidetur esse q cum unum & idem numero sit secundum sui mutationem contrariorum susceptiuum esse:
Color q est unum & idem numero: non erit album & nigrum.
Eadem actio numero non est praua & studiosa.
Eadem oratio numero: & idem uisus ideſt opinio uerum & falsum esse uidetur.
Oratio suscipit contraria ratione rei mutate non ratione sui: & similiter opinio.
In eo q res est uel non est: in eo etiam oratio uera & falsa dicitur.

Capitulum quantitatis. Ex lectione. viii. & capitulo. vii.

Vantitatis aliud continuum aliud discretum.
q Quantitatis aliud constat ex partibus habentibus positionem: aliud ex nō habentibus positionem.
Est discreta quantitas: ut numerus & oratio: continua uero ut linea: superfities: corpus: tempus: & locus.
Nullus est communis terminus partium numeri ad quem copulētur particulæ eius.
Oratio mensuratur syllaba breui & longa.

Ex lectione. viiii.

Diffi. Continuum est cuius partes copulantur ad unum terminum communem.
Diffi Discretum est cuius partes non copulātur ad unum terminum communem.
Presens tempus copulatur ad præteritum & futurum.
Loci particule ad eundem terminum copulantur ad quem & corporis particule.

Ex lectione. x.

Linea superficies corpus & locus sunt: quantitates habentes positionem.
Numerus: tempus: & oratio sunt quantitates non habentes positionem.
Nihil permanent particulæ temporis:
Quod dictum est non potest amplius sumi.
Album actio & motus dicuntur quantitates per accidens:
Quanta fuerit superficies tantum esse album dices.

Ex lectione.xi.

Quantitati nihil eſt contrarium.
Nihil per ſe ipſum dicitur magnū.ſed ad aliud refertur:nam mons quidē dicitur paruus:milium uero magnum.
Quod nō eſt ſumi per ſe ſed ad ſolam alteriuus relationem refertur: huic nihil eſt contrarium.
Si magnum & paruum ſunt contraria:continget idem ſimul contraria ſu ſcipere contiingit enim idem eſſe magnum & paruum.
Nihil eſt quod ſimul ſuſcipiat contraria.
Impoſſibile eſt aliquid ſibi eſſe contrarium.
Diffi Contraria ſunt quæ in eodem genere multum a ſe inuicem diſtant.
Quantitas non ſuſcipit magis & minus.
Maxime proprium eſt quantitati ꝙ ſecundum eam aliquid dicatur æqua/ le & inæquale.

Ex lectione.xii.& capitulo.viii.

Diffi. Ad aliquid talia dicuntur quæcunꝙ hoc ipſum ꝙ ſunt aliorum di/ cuntur uel quomodolibet ad aliud.
In eſt contrarietas in relatione:
Iacere uel ſtaræ uel ſedere poſitiones ideſt abſtracta nən erunt ſed deno/ minatiue a poſitionibus ſumuntur.
Scientia contrariatur ignorantiæ.
Relatiua ſuſcipiunt magis & minus: ut inæquale aliquo magis inæqua/ le dicitur.

Ex lectione.xiiii.

Omnia relatiua dicuntur ad conuertentiam.
Multa ſunt animalia capita non habentia.
Omnia quæ ad aliquid dicuntur ſi conuenienter aſſignentur: dicuntur ad conuertentiam.
Cum dominus non ſit:ſeruus non eſt.
Neceſſarium eſt aliquando nomen fingere.

Ex lectione.xiiii.

Ad aliquid ſunt ſimul natura.
Relatiua ſimul ſeſe inuicem auferunt.
Scibile eſt prius ipſa ſcientia.
In paucis uel nullis hoc quiſq̄ perc:piet ſimul cum ſcibili ſcientiam ſa/ ctam.
Scibile ſublatum aufert ſcientias:ſcientia uero non aufer ſcibile.
Animali ſublato non eſt ſcientia:ſcibilium uero plurima eſſe contingit.
Senſibile ſenſu prius eſſe uidetur:nam ſenſibile interemptum ſimul peri/ mit ſenſum & non econtra.
Senſus ſed circa corpus & in corpore ſunt.

Sublato corpore aufertur ſenſus.
Senſibilia perempto perimitur & corpus.
Simul animal ſit & ſenſus.
Senſibile eſt anteq̄ eſſet ſenſus.

Ex lectione.xv.

Diffi. Ad aliquid ſunt quibus hoc ipſum quod eſſe eſt ad aliud quodammodo ſe habere.
Si quis aliquid eorum quæ ſunt ad aliquid diffinite ſciet:& illud quod dicitur diffinite ſciturus eſt.
Eſſe relatiuorum eſt ad aliquid quodammodo ſe habere.
Si omnino non nouit ad hoc quodammodo ſe habet: nec ſi ad aliquid quodammodo ſe habet ſciturus eſt.
Dubitare de ſingulis non erit inutile.

Ex lectione.xvi.& capitulo.viiii.

Diffi. Qualitatem dico ſecundum quam quales dicimur.
Prima ſpecies qualitatis habitus & diſpoſitio dicitur.
Habitus eſt permanentior & diuturnior:ſiue de difficili mobilis.
Sciẽtia eſt de numero permanentium :& eorum quæ difficile mouentur niſi forte grandis permutatio facta ſit: ut ab egritudine uel ab aliquo huiuſmodi.
Diſpoſitiones dicuntur qualitates quæ ſunt de facili mobiles:& cito permutabiles.
In diſciplinis non multum retinentes ſed facile permutantes dicuntur habitum non habere:q̄uis ſint ad diſciplinam peius meliuſue diſpoſiti.
Sunt habitus diſpoſitiones: diſpoſitiones uero non neceſſario ſunt habitus:
Secundum genus qualitatis eſt naturalis potentia uel impotentia.
Sanatiui dicuntur eo q̄p habent naturalem potentiam:ut nihil a quibuſlibet accidentibus patiantur.
Aegrotatiui dicuntur eo q̄p habeant impotentiam nihil patiendi.
Durum dicitur q̄p habet potentiam non citius ſecandi molle uero quod eius ipſius habet impotentiam.

Ex lectione.xvii.

Tertium genus qualitatis eſt paſſio & paſſibilis qualitas.
Paſſibiles qualitates dicuntur non q̄p ea quæ illas ſuſceperint qualitates aliquid patiantur:ſed quoniam inferunt paſſionem ſenſibus.
Erubeſcens aliquis rubeus factus eſt:& timens palidus.
Qui naturaliter eſt uerecundus naturaliter rubeus eſt.
Qui naturaliter eſt timidus naturaliter palidus eſt.
Quæcunq̄ qualitates ſenſibiles facile ſoluuntur & cito tranſeunt: paſſiones dicuntur.

Quæcunq; qualitates ſenſibiles cum difficultate tranſeunt paſſibiles di/
cuntur.
Quartum genus qualitatis eſt forma: & circa aliquid conſtans figu/
ra.
Diffi. Spiſſum dicitur eo q̃ partes ipſe ſibi propinquæ ſunt.
Diffi. Rarum dicitur eo q̃ partes diſtent a ſe inuicem.
Diffi. Lene dicitur eo q̃ partes in rectum ſibi iaceant.
Diffi. Aſperum eo & hæc pars quidem ſuperet: illa uero ſit inferior.

Ex lectione.xviii.

Qualia dicuntur quæ ſecundum hæc denominatiua dicũtur: uel quomo/
dolibet ab hiis.
Studioſus non dicitur denominatiue a uirtute.
Contrarietas ineſt qualitati: & his quæ ſecundum ea qualia dicuntur.
Si ex contrariis unum fuerit quale: & reliquum erit quale.
Qualitas ſuſcipit magis & minus.
Qualitas in abſtracto non ſuſcipit magis & minus:
Non omnia qualia ſuſcipiunt magis & minus.
Proprium erit qualitatis ſecundum ea ſimile & diſſimile dici.
Multæ qualitates ſecundum genus ſunt in genere ad aliquid: licet non ſe/
cundum ſpecies.
Si contingit hoc ipſum quale: relatiuum eſſe: nihil eſt in cõueniens in ge/
neribus utriuſq; enumerare.
Cap.x. Recipit aut facere & pati: contrarietatem: & magis & minus.

Ex lectione.xviiii.& capitulo.xi.

Dicitur autem alterum alteri opponi quadrupliciter: aut ut ad aliquid:
aut ut contraria: aut ut priuatio & habitus: aut ut affirmatio & ne/
gatio.
Bonum non dicitur mali bonum: ſed contrarium: nec album nigri 'albũ
ſed contrarium.
Quæcunq; contrariorum talia ſunt: ut in quibus fieri nata ſunt & de qui/
bus prædicantur neceſſarium ſit alterum ipſorum in eſſe: nihil eorum
medium eſt: quorum uero neceſſarium non eſt alterum ineſſe: horum
omnium eſt aliquid medium.
Omne animal aut eſt ſanum aut eſt egrum.
Nihil eſt medium inter ſanitatem & egritudinem.
Non omnia praua & ſtudioſa ſunt.
Priuatio & habitus habent fieri circa idem.
Priuari dicimus unumquodq; ſuſceptibilium habitus: quando illud q̃
natum eſt habere nullo modo habet.

Priuari & habere habitum:non eſt habitus & priuatio.
Sub affirmatione & negatione non iacet affirmatio uel negatio.
Affirmatio eſt oratio affirmatiua: & negatio eſt oratio negatiua.
Eorum quæ ſub affirmatione uel negatione ſunt:nulla eſt oratio.

Ex lectione.xx.

Quorum contrariorum nihil eſt medium:neceſſe eſt:in quibus nata ſunt fieri aut prædicari alterum ipſorum ineſſe ſemper.
Quorum alterum neceſſarium eſt ineſſe ſuſceptibili:horum nihil eſt medium:ut in langore & ſanitate.
Quorum uero aliquid eſt medium nunq̃ neceſſitas in eſt omni ſuſceptibili ineſſe.
Quandocunq; unum contrariorum naturaliter ineſt ſubiecto:alterũ non contingit ineſſe.
Non eſt poſſibile ignem frigidum eſſe:& niuem nigram.
Ignis naturaliter eſt calidus.
In contrariis exiſtente ſuſceptibili poſſibile eſt in alterutrum fieri mutationem:niſi alterum naturaliter inſit.
Habitus in priuationẽ mutatio fit:a priuatione uero in habitum impoſſibile eſt.
In ſola affirmatione & negatione neceſſarium eſt ſemper alterum eſſe uerum alterum falſum.
Omnino eorum quæ ſecundum nullam complexionem dicuntur,nihil neq; uerum neq; falſum eſt.

Ex lectione.xxi.

Contrarium eſt bono ex neceſſitate malum.
Malo aliquando bonum contrariatur:aliquando malum.
In pluribus ſemper malo contrariatur bonum.
Non eſt neceſſarium ſi alterum contrariorum eſt: & reliquum eſſe.
Circa idem aut ſpecie aut genere:natura habent fieri contrarietates.
Impoſſibile eſt utrunq; contrariorum eidem ineſſe ſimul.
Neceſſarium eſt omnia contraria:uel in eodem genere eſſe:uel in contrariis generibus:uel ipſa eſſe genera contrariorum.
Bonum eſt malum non ſunt in genere: ſed ipſa ſunt genera aliquorum exiſtentia.

Ex lectione.xxii.& capitulo.xii.

Prius alterum altero dicitur quadrupliciter.
Primo quidem & proprie dicitur aliquid prius ſecundum tempus.
Secundo q̃ non conuertitur ſecundum conſequentiam ſubſiſtendi.

Tertio aliquid dicitur prius ſecundum quendam ordinem.
Quarto ꝙ melius eſt & honorabilius prius dicitur:ſed hic modus eſt alie niſſimus a nobis.
Videtur præter eos qui dicti ſunt:alter eſſet prioris modus:eorum enim quæ conuertuntur ſecundum eſſentiæ conſequentiam:ꝙ alterum alte ri quodammodo cauſa eſt:digne natura prius dicitur.
Oratio uera nequaq̄ cauſa eſt ꝙ ſit res.
Videtur quodammodo res eſſe cauſa ut ſit oratio uera:dum enim res eſt aut non eſt:uera oratio aut falſa dicatur neceſſe eſt.
Simul dicũtur ſimpliciter & proprie quorũ generatio eſt in eodẽ tẽpore.
Naturaliter ſimul ſunt quæcunꝙ conuertuntur ſecundum ꝙ eſt eſſe con ſequentiam:ſed nequaq̄ alterum eſt cauſa alteri ut ſit.
Dicitur etiam ſimul naturaliter quæcunꝙ ex eodem genere econuerſo di uiduntur ad ſe inuicem.

Ex lectione.xxiii.& capitulo.xiii.

Motus ſex ſunt ſpecies ſcilicet generatio : corruptio:crementum : dimi nutio:alteratio:ſecundum locum mutatio:& omnes iſti motus diſtin guuntur ad inuicem.
Quædam creſcentia ſunt quæ non alterãtur : ut quadrangulus circumpo poſito gnomone creuit.
Quies ſimpliciter contrariatur motui.
Generatio opponitur corruptioni.
Diminutio opponitur augmentationi.
Mutationi ſecũdum locum maxime uidetur quies ſecundum locum op poſitum eſſe:& forte mutatio in contrarium locum.
Cap.xiiii. Habere dicitur multis modis aut habere qualitatem:aut ea quæ circa corpus ſunt:aut circa membrum:aut membrum:aut ut in uaſe:aut poſſeſſionem:aut uir dicitur habere uxorem: & uxor uirũ: ſed hic mo dus eſt alieniſſimus a nobis.

Propoſitiones ex libro ſexto principiorum gilberti poretani & lectionũ annotatio eſt ſecundnm commentaria gratiadei eſculani.

Ex lectione.ii.

Orma eſt compoſitioni contingens:ſimplici & in uariabili eſ ſentia conſiſtens.
Forma non eſt compoſitio: quoniam a natura compoſitionis ſe iungitur.
Compoſitio alteri una quæꝙ adueniens compoſitioni:maiorem ſe cõn iunctã quodammodo efficit.
Forma adueniens alicui compoſito non facit maius nec recedens facit minus.

In anima reperitur alteratio contrarietatis:ut tristiciæ & gaudii.
Anima mundi nulli uariationi subiecta est.

Ex lectione.m.

Nihil differt albedinem claram differentie: q̃ suscipiens albedinem cla/
rum dicere.
Non est oratio susceptiua contrariorꝝ:nec ratio eius q̃ in re est:aut nõ est.
Orationes sunt notæ earum quæ sunt in anima passionum.
Substantiale est q̃ esse confert ex quadam compositione compositioni:
ut in pluribus:& impossibile est deesse rei.

Ex lectione.iiii.

Videtur autem forma quædam a natura esse quædam ab actu.
Dico figuram scilicet incisionis esse a natura:sentiri uero ab actu.
Impossibile est q̃ formæ uniuersales fiant ab actione.
Quæ sunt a natura sumunt principium a creatura existente.
Natura in formis uniuersalibus occulte operatur.
Communitas omnis naturalis est:quoniam a singularitate procedit:quæ
creationi coæquatur.
Sicut naturam in actionibus latenter operari inuenimus: sic creaturarum
creatorem in natura ex actu.
Numero deus naturam stabiliuit.

Ex lectione.v

Formarum alia quidem insubiecto est:& de subiecto dicitur:ut scientia.
Quædam uero in subiecto est & de nullo subiecto dicitur:ut albedo so
cratis.
Alia uero neq̃ in subiecto est neq̃ de subiecto dicitur: ut humanitas
socratis.
Quædam de subiecto dicitur in subiecto uero nullo est: ut rationale.
Formarum quæ in subiecto sunt & de subiecto sunt idicibilia: alia sunt
sensibilia:alia insensibilia.
Sensibile est q̃ sensu comprehenditur.
Insensibilia quæ ratione comprehenduntur.
Simpliciter nihil eorum quæ de subiecto dicuntur sensibile est.

Ex lectione.vi.

Diffi. Actio est secundum in id q̃ subiicitur agere dicimur.
Actionum alia quidem est animæ:alia corporis.
Anima dum agit existit immobilis.
Anima mouet corpus:sed ipsa immutabilis permanet:
Anima non mouetur neq̃ secundum locum:neq̃ secundum decremen/
tum uel crementum nisi forte secundum alterationem.
Locus corpus est:anima uero non corpus.
Impossibile uero est non corpus in corpore moueri.

Solum corpus in eo q̃p de loco ad locum transit monetur.
Speculo imm obili permanente imaginis motus fieri uidetur ad oppoſi/
tas mutationes.

Ex lectione.viii.

Si quid mouetur neceſſario agit.
Omnis actio in motu eſt.
Omnis motus in actione firmabitur.
Proprium actionis eſt in motu eſſe:ſicut proprium eſt motus eſſe in ac/
tione.
Qui deſtruit in motu eſt:nihil tamen agere uidetur.
Dico actionem non quid ſed in quid agat exigere.
Non eſt motus actio:ſed quale.
Quieſcere quale eſt:quare & motus quale erit.
Simpliciter quæcunq; contrariorum oppoſitionem ſuſcipiunt: eiuſdem
generis prædicationem recipiunt.
Naturalis proprietas actionis eſt:paſſionem ex ſe in ferre in id quod ſub/
iicitur.
Actio eſt principium actionis & paſſionis.
Facere id quod quale eſt ex ſe gignit.
Qualitas eſt effectiua actionis.
Poſitio eſt effectrix qualitatum & quantitatum.
Quantitas eſt effectiua quantitatis.
Qualitas eſt effectiua qualitatis.
Situs eſt effectiuus agere & pati eſſe autem in tempore: quando ubi au/
tem locus.
Recipit facere & pati contrarietatem:& magis & minus.

Ex lectione.viii.

Diffi. Paſſio eſt effectus illatioq; actionis.
Animantius quidem brutum animal:arbore eſt:animantius uero rationa
le irrationali.
Animæ actionum unaquæq; paſſio dicitur.
Non eſt in agente paſſio:ſed in eo q̃p agitur.

Ex lectione.viiii.

Diffi. Quando eſt quod ex temporis adiacientia relinquitur.
Tempus quando non eſt:utriuſq; autem ratio coniuncta eſt.
Aliud eſt quãdo ex eo quod abiit:aliud ex eo qđ inſtat: aliud ex eo quod
contingere neceſſe eſt.

Ex lectione.x.

Sicut aliud tempus compoſitum eſt:aliud uero ſimplex ita & quando.
Quemadmodum partes temporis ſibi ſuccedunt:ita & quando.

Secundum tempus aliquid menſuratur:ſecundum quando uero non:
Quando non ſuſcipit magis & minus.
Quando nihil eſt contrarium.
Impoſſibile eſt duas contrarietates prædicari de eodem indiuiduo.
Nunq̃ contraria in eodem ſimul erunt.
Quando eſt in omni eo quod incipit eſſe.
Alteratur corpus in æſtu: hyeme uere: & autumno: ſimpliciter & ani/ma.
Quidam acutius in hyeme: quidam in æſtate: quidam in uere ſpecu/lantur ſecundum inſtrumenti complexionem.
Anima coniuncta corporis complexiones comitatur.
Qui arridæ & gelidæ complexionis ſunt:dementiores ſe ipſis ſunt in au/tumno:quibus uero ſanguis principatur:in uere.
Quicquid eſt ſuſcipiens temporis uariationem & alteratur:eſt in tem/pore.

Ex lectione.xi.

Diffini. Vbi eſt circunſcriptio corporis a loci circunſcriptione proce/dens:
Locus eſt in eo q̃ capit & circunſcribit.
Quicquid a loco circunſcribitur & complectitur eſt in loco.
Anima nuſq̃ eſt:nullum.n.locum occupat nec implet.
Duo corpora nunq̃ poſſunt eſſe in eodem.neq̃ idem in diuerſis.
Si aer non eſt:uox eſſe non poterit.
Vox omnino una & eadem in diuerſis partibus aeris eſſe non poteſt.
Vox quæ imaginabiliter & ſimpliciter ſit animalis non eſt:quoniam nõ ab animali profertur.
Dicimus omnem uocem eſſe animalis:quis enim uocem audiuit in ſilen/tio ſimpliciter animalium?
Vna uox ad aures diuerſorum dirigit:una autem & eadem non eſt con/tingens.

Ex lectione.xii.

Vbi aliud ſimplex:aliud compoſitum.
Nec locus ſine corpore:nec corpus ſine loco erit.
Nihil eſt extra extremitatem ultimæ ſpæræ.
Caret ubi intenſione & remiſſione.
Vbi nihil eſt contrarium.
Locus loco contrarius non eſt.

Ex lectione.xiii.

Diffi. Poſitio eſt quidam ſitus partium & generationis ordinatio.
Diffi. Aſperum eſt cuius una pars ſupereminet alteri.

Diffi Leue cuius partes æqualiter porrecte sunt.
Nulla contrarietas inest situi.
Proprium positiones est nec cum magis nec cum minus dici.
Magis proprium uidetur positionis substantie proxime assistere.

Ex lectione.xiiii.

Dif Habitus est corporum & eorum q̄ circa corpus sunt adiacentia.
Habitus suscipit magis & minus.
Habitui nihil est contrarium.
Proprium habitus est in pluribus existere: ut in corpore & in his quæ circa corpus sunt.
Habere dicitur multis modis: aut habere qualitatem: aut quantitatem aut uas triticum: aut in membro: aut uxorem uir habere: & uxor uirum. hic autem insolitus est habendi modus.
Nihil differt dicere albedinem habere: & album esse.

Ex lectione.xv.

Dicitur magis & minus tripliciter aliquid suscipere: aut ratione subiecti aut ratione illius q̄ suscipitur: aut ratione utriusq̄.
Non secundum suscipientium ipsorum crementum uel diminutionem cum magis & minus aliqua uocantur: neq̄ secūdum crementum & diminutionem eorum quæ insitiunt idest ipsorummet accidentium.
Quantitas ultra subiectum protendi non potest.
Aliquid dicitur magis & minus album: secundum q̄ magis & minus recedit ab illo.
Album dicitur in quo albedo est pura.
Substantie non suscipiunt magis & minus: quia positio ipsarum facta est in termino ultra quem transgredi impossibile est.
Albissimus & nigerrimus & huiusmodi sine amplius & minus sunt.
Possibile si contingit nullum sequitur impossibile.
Si omnes puncti componantur nullam fatiunt magnitudinem.
Punctus puncto compositus nihil auget.
Generatio simplex & corruptio est: quando trāsmutatur de aere specifitio: in hoc totum.
Est autem hoc hylæ maxime quidem & proprie subiectum generationis & corruptionis susceptibile esse.

Incipiunt auctoritates libri primi perihermenias Aristotelis.
Propositiones ex primo libro perihermenias aristo. & lectionum annotatio est secundum commentaria sancti thome.

Ex lectione.ii.

e A quæ sunt in uoce sunt notæ earum quæ sunt in anima passionum: & ea quæ scribuntur: eorum quæ sunt in uoce.

Quēadmodum nec litteræ omnibus eædem sunt: sic nec eædem uoces.

Ex lectione.iii.

Sicut in anima aliquotiens intellectus est sine uero uel falso: aliquando cum uero uel falso: sic & in uoce.

Circa compositionem & diuisionem est ueritas falsitasq;.

Nomina & uerba sunt sine compositione & diuisione.

Ex lectione.iiii.

Diff. Nomen est uox significatiua secundū placitū sine tempore cuius nulla pars est significatiua separata.

De nominum quod significat naturaliter nihil est.

Non homo non est nomen sed nomen infinitum.

Obliqui non sunt nomina: sed casus nominis.

Ex lectione.v.

Diffi. Verbum est quod significat tēpus: cuius pars extra nihil significat: est semper eorum quæ prædicantur nota.

Non currit non laborat non uerbum dico. sed infinitum uerbum.

Non curret uel currebat non uerbum est: sed casus uerbi.

Ipsa uerba secundum se dicta: nomina sunt: & significant aliquid: constituit enim qui dicit intellectum & qui audit quiescit sed si est aut nō est nondum significat.

Si hoc ipsum eit purum dixeris: ipsum quidem nihil est: consignificat autem quandā compositionem: quam sine compositis nō ſt intelligere.

Ex lectione.vi.

Diffi. Oratio est uox significatiua: cuius partium aliquid est significatiuū separatim ut dictio sed non ut affirmatio.

Vna syllaba nominis nihil significat.

Oratio est significatiua non naturaliter. sed secundum placitum.

Ex lectione.vii.

Enuntiatiua non est omnis oratio: sed in qua est uerum uel falsum.

Deprecatio oratio quidem est: sed neq; uera neq; falsa.

Ex lectione.viii.

Enunciationum alia est affirmatiua: alia negatiua.

Enuntiationum alia est una simpliciter: alia coniunctione una.

Necesse est omnem orationem enūtiatiuā ex uerbo esse uel ex casu uerbi.

Animal gressibile bipes est unum & non multa.

Oratio enunciatiua una est quæ unum significat de uno: uel coniunctione unum.

Enunciatio plures quæ plura & non unum uel inconiuncte significat.

Enunciationum alia simplex: alia composita.

Enunciatio simplex est quando aliquid de aliquo: scilicet prædicatur uel aliquid ab aliquo scilicet remouetur.

Enũciatio ſimplex eſt uox ſignificatiua de eo quod eſt aliquid uel nõ eſt:
Diffi. Affirmatio eſt enunciatio alicuius de aliquo.
Diffi. Negatio eſt enunciatio alicuius ab aliquo.

Ex lectione.viiii.

Contingit enunciare & ꝙ eſt eſſe:& quod eſt non eſſe:& quod nõ eſt eſſe:
& quod non eſt non eſſe.
Omne qđ qs affirmauerit contingit negare:& qđ q̃s negauerit affirmare.
Omni affirmationi negatio eſt oppoſita:& omni negationi affirmatio.
Diffi. Contradictio eſt affirmatio & negatio oppoſitæ: eiuſdem de eo/
dem non equiuoce.

Ex lectione.x.

Rerum aliæ quidem ſunt uniuerſales:aliæ uero ſingulares.
Diffi. Vniuerſale eſt quod de pluribus aptum natum eſt prædicari.
Diffi. Singulare eſt quod non eſt aptum natum de pluribus predicari.
Vniuerſalis affirmatiua & uniuerſalis negatiua ſunt cõtrarie ad inuicem.
Particularis affirmatiua & particularis negatiua ſunt ſub contrariæ.
Omnis non eſt uniuerſale:ſed quoniam uniuerſaliter conſignificat.
Nulla eſt affirmatio in qua uniuerſale uniuerſaliter prædicetur.

Ex lectione.xi.

Vniuerſalis affirmatiua & particularis negatiua:opponũtur contradicto-
rie:& uniuerſalis negatiua & particularis affirmatiua:ſimiliter.
Impoſſibile eſt duas contrarias eſſe ſimul ueras.
Duæ ſubcontrarie poſſunt eſſe ſimul uere.
Neceſſe eſt in contradictoriis alteram eſſe ueram alteram falſam.

Ex lectione.xii.

Vna negatio unius eſt affirmationis.
Oportet idem negare negationem:quod affirmatio affirmauit.
Vni negationi una affirmatio oppoſita eſt.
Non omnis contradictio eſt uera uel falſa.
Vna eſt affirmatio & negatio quæ unum de uno ſignificat.
Si duobus unum nomen eſt poſitum: ex quibus non eſt unum: non eſt
una affirmatio.

Ex lectione xiii.

In his quæ ſunt & quæ facta ſunt:neceſſe eſt affirmationem uel negatio/
nem ueram uel falſam eſſe.
In uniuerſalibus quidẽ uniuerſaliter ſumptis:ſemper oportet hanc quidẽ
ueram illam uero falſam:& hoc quidem in propoſitionibus ſingulari/
bus eſt uerum:in indefinitis non.
De futuris contingentibus non eſt determinata ueritas.
Si omnis affirmatio uel negatio determinate eſt uera uel falſa:neceſſe eſt
omnia determinate eſſe uel nõ eſſe;& ſic oia ex neceſſitate erũt: & nihil

fiet a casu:nec a fortuna:nec ad utrumlibet:nec ut in pautioribus

Ex lectione.xiiii.

Si necesse est oppositarum enunciationum unam est ueram alterā falsam non oportebit de aliquo consiliari neq; negociari.

Non enim propter nostrum affirmare:uel negare:res erit uel non erit.

Homo nō est principium futurorum:nisi quia consiliatur & facit aliquid.

Non omnia sunt ex necessitate uel fiūt sed quædam sunt ad utrumlibet quem ut in pluribus quædam ut in pautioribus.

Esse quod est:quando est:& nō esse qđ nō est:quādo nō est necesse est esse

Nō omne quod est necesse est esse:nec omne qđ nō est:necesse est nō esse:

De unoquoq; necesse est q̄ sit uel non sit.

Propositiones ex secundo libro perihermenias Aristotelis.

Affirmatio est significans aliquid de aliquo:quod est nomē uel innominabile.

Nonhomo nomen non dico:sed in infinitum nomen.

Noncurrit non est uerbum:sed infinitum uerbum.

Omnis affirmatio constat ex nomine & uerbo: uel ex infinito nomine & uerbo:

Preter uerbum nulla est affirmatio:uel negatio.

Ex lectione.ii.

Alia est propositio de secundo adiacente:alia de tertio.

In enunciationibus indefinitis non solum possunt uerificari simul angulares quæ subinuicem ponuntur:sed etiam angulares quæ contraponū turmutuo.

Sed in propositionibus uniuersalibus non simul uerificantur angulares quæ sibi contraponuntur mutuo.sed illæ angulares quarum una ponitur sub alia.

Non dicendum est nō omnis homo :sed non negatio ad id qđ est homo addenda est:

Omnis non uniuersale significat:sed uniuersaliter.

Ex lectione.iii.

Omne animal est iustum & nullum animal est iustum sunt contraria: & nunq̄ erunt ueræ neq; simul neq; in eodē ipso:his uero oppositæ erunt aliquando.

Sequitur eam aliquando quæ est nullus homo est iustus:ea quæ est omnis homo est non iustus:illa uero quæ est aliquis homo est iustus opposita quæ est non omnis homo est non iustus.

Affirmatiuæ de prædicato ifinito sequitur negatiuā de p̄dicato finito: & affirmatiua de predicato finito negatiuā de ifinito cū cōstātia subiecti.

Necesse est enim aliquem hominem esse iustum.

Nomina infinita uel uerba non sunt negationes.

Semper ueram uel falsam negationem esse necesse est.
Qui dicit non homo sine aliquo adiuncto: nihil magis de homine: sed etiam minus uerus uel falsus est.
Enuntiatio quæ dicit omnis non homo iustus: nulli earum quæ sunt de subiecto finito significat idem: nec etiam negatio ei opposita quæ est non est omnis non homo iustus.
Transposita nomina uel uerba idem significant: si hoc non esset eiusdem essent multe negationes.

Ex lectione.iiii.

Affirmare uel negare unum de pluribus: uel plura de uno si illud non est unum: non est affirmatio una: neq; negatio.
Vnum nomen impositum pluribus non est unum: si nõ sit unum ex illis.
Ex albo & homine & ambulare non est unum: quia non unum sunt.
Interrogatio quid est non est interrogatio dialectica.
Oportet ex data interrogatione dialectica eligere q̃ uelit partem contradictionis.
Interrogantem dialectice oportet determinate sumere ambas partes contradictionis in interrogatione.
De homine uerũ est dicere diuisim ꝙ est animal & bipes: & ꝙ est homo & albus: & etiam coniunctim: sed non si citharœdus & bonus etiam citharœdus bonus.
Si quod dicitur diuisim semper diceretur coniunctim sequæretur nugatio & infinitas predicatorum.
Quæcunq; prædicãtur per accidens & quæcunq; insunt in alio: illa nõ predicantur coniunctim.
In quantiscunq; prædicatis in quibus non est aliqua contradictio neq; oppositio in adiecto: & quæ secundum se prædicãtur: in his uerum est dicere diuisim quod predicatur coniunctim.

Ex lectione.v.

Est negatio eius quod est possibile esse: ea quæ est per non possibile esse: & non illa quæ est possibile non esse: similiter est & de contingenti: necessario & impossibili.
Quemadmodũ in propositionibus de inesse: esse & non esse fiunt appositiones ideſt prædicata: subiecte uero res: eodem quoq; modo in propositionibus modalibus esse subiectum fit: cõtingere uero & posse appositiones determinates quẽadmodum in illis esse & nõ esse ueritatẽ.
Eius quæ est possibile est non esse negatio est non possibile non esse.
Idem possibile est esse & non esse.
Negationem & affirmationem oppositionem in propositionibus modalibus facientem tantummodo ad modum oportet apponere.

Ex lectione.vi.

Possibile est esse: contingit esse: non impossibile est esse: non necesse est non esse se consequuntur.

Possibile est non esse: contingit non esse: non impossibile est non esse: nō necesse est esse se consequuntur.

Non possibile est esse: non cōtingit esse: impossibile est esse: necesse est nō esse: se consequuntur.

Non possibile est non esse: non cotingit non esse: impossibile est non esse: necesse est esse: se consequuntur.

Ex lectione.vii.

Potestates secundum rationem sunt eædem plurimorum etiam contrariorum: irrationales uero non omnes: quemadmodum ignem non est possibile non calefacere: uel quæcunq; potentiæ semper agunt.

Aliqua possunt & secundū irrationales potestates simul quædā opposita:

Possibile non simpliciter dicitur: sed hoc quidē quod uerū est ut in actu: ut possibile est ambulare quoniā ambulat: & possibile est esse quoniam iam aliquid actu est: illud uero dicitur possibile quod forsitan aget.

Potestas secundo modo in solis mobilibus est: illa uero quæ est primo modo etiam in immobilibus est.

Possibile secundo modo non est uerum de necessario simpliciter dicere: alterum aut scilicet primo modo uerum est.

Quod est ex necessitate secundum actum est semper:

Priora sunt sempiterna: & quæ actu sunt his quæ potestate: priora sunt.

Aliqua sine potestate actu sunt ut primæ substantiæ.

Aliqua sunt actu cū possibilitate: ut scilicet corruptibilia quæ nūtum scilicet sunt actu natura priora sunt: tempore uero posteriora.

Aliqua nunq; sunt actu: sed potestate tantum.

Ex lectione.viii.

Arbitrari cōtrarias opiniones defi niri in eo q̄ cōtrarioꝝ sunt: falsum est:

Finis propositionum ex secundo libro perihermenias.

Incipiunt propositiones ex primo libro posteriorū analiticorum Aristotelis & annotatio lectionum est secundum commētaria sancti thome.

Ex lectione.i. & commento.i.

Mnis doctrina & omnis disciplina intellectiua ex preexistenti fit cognitione. *dicaturus quomodocunq; acquisitū sit ingenium* Syllogismus & inductio faciunt doctrinam per prius notam. Rhetores persuadent aut per existētia quæ est inductio: aut per enthymema quod uere est syllogismus. *Sy. rethoricorum*

sēsq; omnis habitus effectus ex alio priori ditio aut acquisitio ꝙ plat tribꝰ exēplis

Com.n. Dupliciter autem necessarium est precognoscere: alia nanq; quia sunt prius opinari necesse est: alia uero quid est qđ dicitur per nomen oportet intelligere: quædam autem utraq;.

quia de ratione cognobi mg ans sin ii. reg. de ratione qui sig. q̄ est m. ens rtus qq.

De principiis precognoscitur quia sunt.

Omne quidem aut affirmare aut negare uerum est:
De passiõe ꝑcognoscitur quid est:de subiecto utrũq; & quid ẽ & quia est.
Com.iii. Est cognoscere alia quidẽ prius cognoscẽtẽ: puta maiorẽ extremitatẽ quorũdã aut simul est accipere notitiã:ut quæcũq; cõtingũt esse sub uniuersalibus quorum habent cognitionẽ .s.minorẽ extremitatẽ.

Ex lectione.iii.

Anteq̃ sit inducere aut accipere syllogismũ quodam quidẽ modo ideſt secundum quid dicẽdũ est scire modo autem alio ideſt simpliciter non.
Conclusio scitur secundum quid anteq̃ inducatur:nõ autem simpliciter.
Com.iiii Si quis nescit conclusionem secundum quid:aut scit eã simpliciter:menonis ambiguitas continget:aut enĩ nihil addiscet: aut q̃ nouit.
Nihil ut opinor prohibet:quod addiscit quis sic ideſt secundum quid scire:est autem sic ideſt simpliciter ignorare.
In conueniẽs non est si quis scit quodammodo quod addiscit: sed si hoc modo in quantũ addiscit scit. Ex lectione.iiii.& com.v.
Scire autem opinamur unumquodq; simpliciter & non sophistico modo quod est secundum accidens.cum causam arbitramur cognoscere propter q̃ res est:& quoniã illius causa ẽ:& nõ ẽ cõtingere aliter se habere.
Cuius simpliciter est scientia hoc impossibile est aliter se habere.
Scire est per demonstrationem intelligere.
Demonstratio est syllogismus apodicticos: dico autem apodicticon secundum quem in habendo ipsum scimus.
Si scire est ut posuimus neçesse est demõstratiuam sciẽtiam ex ueris esse & primis immediatis notioribus prioribus causisq; conclusionis.
Syllogismus erit sine his demõstratio aũt nõ erit nõ enim faciet scientiã.
Quod nõ ẽ nõ ẽ scire ut ꝙ diametros sit simmetros ideſt cõmẽsurabilis.
Tunc scimus cum causam cognoscimus.
Priora & notiora dupliciter sunt:non enim idem est prius natura: & quõ ad nos:neq; notius natura & nobis.
Priora & notiora quo ad nos sunt proxima sensui:ut singularia.
Simpliciter priora & notiora sunt quæ longius sunt:ut uniuersalia:
Vniuersale & singulare opponuntur ad inuicem.
Ex ꝑmis demõstratio ẽ q̃ ex ꝓpriis pricipiis ẽ:idẽ.n.dico ꝑmũ & ꝓncipiũ.

Ex lectione.v.

Est principium demonstrationis propositio immediata.
Diffi. Immediata propositio est qua non est altera prior.
Diff. Propositio est enũciationis altera pars in qua ꝑdicatur unũ de uno:
Dialectica propositio est accipiẽs q̃libet partẽ enũtiationis indifferenter.
Demonstratiua ꝓpositio accipit determinate alterã partẽ: quoniã uerũ ẽ.
Enunciatio est contradictionis accipiens quamlibet partem.
Diffi. Contradictio est oppositio cuius non est medium secundum se.

Pars contradictionis quæ quidem aliquid de aliquo significat affirmatio est:quæ uero aliquid ab aliquo:negatio est.
Diff. Positionē qdē dico q̄ nō ē mōstrare neq; necesse ē brē docēdū aliquē
Diffi. Dignitatem uel maximam propositionē dico quam necesse est habere quemlibet docendum.
Diffi. Positio quæ accipit alteram partē enunciationis suppositio dicitur. Positio quæ non dicit esse uel non esse non dicitur suppositio.
Diffinitio dicitur positio non suppositio.
Quod qd est unitas:& esse unitatē non idē est. quia scilicet unum significat uerum uel falsum & alterum non. Ex lectione.vi.
Necesse est non solum precognoscere principia cōclusioni ex quibus est syllogismus:aut omnia aut quædam:sed etiam magis.
Semper propter quod est unumquodq;:illud magis est.
Non est possibile credere magis his quæ nouit qui non existit:neq; sciens neq; melius dispositus:q̄ si contigerit sciens.
Nihil debet esse credibilius & notius q̄ quod opposita pricipiis sint falsa.
Oportet sciētē simpliciter nō icredibilē esse. Ex lectione.vii.
Com.vi. Quibusdā uidetur q; nullius sit scientia:quibusdam q; omniū sit scientia per demōstrationē quorū neutrū neq; uerū neq; necessariū est.
Impossibile est infinita pertransire. (ctione:si illa sint.
Si nō ē scire p̄ma:neq; q̄ sūt ex his ē scire simpliciter nec pprie:sed ex cōdi
Nos dicimus nō oium sciam demōstratiuā ee:sed imediatoꝝ idemōstra
Stant aliquando immediata. (bilem.
Non solum de principiis habetur sciētia:sed etiam sunt principia sciētiæ.
Principia cognoscimus inq̄tū terminos cognoscimus. Ex lectione.viii.
Impossibile est circulo demonstrare simpliciter.
Impossibile est eadem esse sibi ipsis priora & posteriora.
Inductio facit notum ex notioribus quo ad nos.
Si est demonstratio circularis idem probatur per idem.
Demonstratio circularis solum fit in terminis conuertibilibus. (tate.
Neq; posito uno termio neq; una ꝓpositiōe posita seqtur aliqd de necessi

Ex lectione.viiii.

Com.vii. Impossibile est aliter se habere cuius est scientia simpliciter.
Quod scitur per demonstrationem est necessarium.
Scientia demonstratiua est quæ habetur per demonstrationem.
Syllogismus demonstratiuus procedit ex necessariis.
Com.viii. De omni dico qd est utiq; nō in quodā sic:ī quodā aūt nō neq; aliquādo sic & aliquādo nō. Ex lectione.x.
Com.viiii. Per se dicitur quatuor modis primo quæcūq; sunt in eo quod quid est:ut triangulo in est linea.
Substātia ideſt diffitio linee est ex pontis.ideſt diffinitio linee.

Secundo modo quando ſubiectum ponitur in diffinitione predicati.
Propria paſſio per ſe ineſt proprio ſubiecto.
Quæcunq; neutraliter inſunt ideſt neq; primo neq; ſecundo modo accidentia ſunt ideſt predicantur per accidens.
Tertio modo quæcunq; nō dicuntur de aliquo ſubiecto per ſe dico:
Quæ dicūtur de ſubiecto & in ſubiecto ſunt:ſunt accidentia.
Quarto modo quod in eſt unicuiq; propter ipſum:per ſe dicitur de eo:qđ uero non propter ipſum per accidens.
Com.x Cōcluſio demōſtratiōis ĩcludit ſecūdū & q̄rtū modū dicēdi p ſe.
Non contingit quin proprium accidens predicetur de ſubiecto.
Eſt cōtrarium:aut priuatio:aut contradictio in eodem genere.

Ex lectione.xi.

Diffi.Com.xi. Vniuerſale eſt qđ de omni ē:& p ſe & ſecūdū qđ ipſum ē.
Vniuerſale de neceſſitate in eſt rebus de quibus prædicatur.
Per ſe & ſecundum q̄ ipſum eſt:idem eſt.
Triangulus per ſe habet tres angulos æquales duobus rectis.
Vniuerſale ē cū in quolibet uniuerſaliter & p ſe & p̄mo demōſtratur i eē:
Demonſtratio eſt per ſe huius uniuerſalis:aliorum autem non per ſe.

Ex lectione.xii.& com.xii.

Tripliciter cōtingit errare circa acceptionē uniuerſalis:primo cū nihil ſit accipere ſub ſuperiori preter ſingulare:ſecundo quādo ſub aliquo cōmuni eſt accipere multa ſed tamē illud eſt ĩnominatū quod inuenitur in differētibus ſpecie rebus:tertio quādo id de quo demōſtratur ut uniuerſale p̄mū ſe habet q̄ ad id qđ demōſtratur de eo ſicut totū ad partē.
Non eſt concurrere in lineis rectis æquæ diſtantibus.
Com.xiii Proportionale commutabiliter cōuenit lineis:numeris corporibus:& temporibus.
Com.xiiii Habere tres eſt uniuerſale primū trianguli quia remoto uno remouetur alterū & ecōuerſo. Ex lectione.xiii
Com.xv. Si ſciētia per demonſtrationem acquiritur:oportet q̄ ſit ex principiis neceſſariis:quia quod ſcitur non poteſt habere ſe aliter.
Quæ per ſe ſunt neceſſario in ſunt rebus.
Omne q̄ prædicatur aut predicatur per ſe:aut per accidens.
Accidentia ideſt quæ predicantur per accidens non ſunt neceſſaria.
Com.xvi Ex neceſſariis oportet eſſe ſyllogiſmū ſcilicet demonſtratiuū.
Ex ueris eſt non demonſtratiue ſyllogizare:ex neceſſariis autem non:ſed hoc proprium demonſtrationis eſt.
Com.xvii Non habens rationem propter quid etiam habita demonſtratione non efficitur ſciens.
Eſt neceſſariū ex nō neceſſariis ſyllogizare:ſicut uerum ex non ueris.
Cum autem medium ex neceſſitate eſt concluſio:ex neceſſitate erit.

Cum neceſſaria nō eſt cōcluſio:neq; medium neceſſariū eſſe poſſibile eſt.

Ex lectione.xiiii.& com.xviii.

Accidentium autem nō eſt ſcientia demonſtratiua.

Com.xxi. Manifeſtū é quoniā de his q̄ ſunt p ſe ſūt demōſtratiue ſciētiæ.

Propter quid ſcire.eſt per cauſam ſcire.

Oportet medium in eſſe tertio ideſt minori extremitati & primum ideſt maior extremitas in eſſe medio per ſe.

Ex lectione.xv.& com.xxii.

Non contingit ex alio genere deſcendentem demōſtrare:ſicut geometriā cum in arithmeticam.

finis menſis eſt magis pluuialis:quia luna deficit.

Exlectione.xviii.

Omne cauſatum habet aliquam cauſam:
Cauſa & cauſatum per inuicem demonſtrantur.
Si demonſtratio eſt per cauſam eſt demonſtratio propter quid ſi non per
cauſam eſt demonſtratio quia.
Contingit unius plures cauſas eſſe ſecundum q̃ conuenit diuerſis.
Cum cauſa ſit neceſſe eſt rem eſſe:ſed res cum ſit non neceſſe eſt omnem
cauſam eſſe:ſed cauſam tantum.
Si aliquid quæritur in uniuerſali & accipiatur tam cauſa q̃ id cuius cauſa
quæritur:in uniuerſali oportet cauſam & cauſatum conuerti.

Ex lectione.xviiii.

Eiuſdem effectus eſt eadem cauſa in omnibus ſi demonſtraretur ſecun/
dum effectum per cauſam per ſe:ſed non ſi ſecundum ſignum aut per
accidens:non poteſt eſſe.
Ratio ultimi termini eſt medium in demonſtratione.
Contingit & quod eſt cauſa & cuius eſt cauſa conſiderare ſecundum ac/
cidens.
Si cauſa & cauſatum non ſunt ſecundum accidens ſimiliter ſe habebunt:
quia ſi effectus æquiuocus eſt & cauſa æquiuoca erit & ſi cõueniat qua-
ſi in genere & cauſa ſimiliter.
Quæ ſecundum analogiam eædem ſunt medium habent ſecundum ana
logiam.
Eſt autem medium ratio primi termini.ex quo omnes ſcientiæ per diffi/
nitionem fiunt.
Vniuerſale dico quod nõn conuertitur & omnia ſcilicet ſimul accepta cõ
uertuntur:& exceduntur ſcilicet ſingulariter acceptata.
Contingit eiuſdem plures cauſas eſt ſed nõ in eiuſdem ſecundum ſpeciẽ.
Maxime proxime unicuiq; proxima cauſa eſt.

Ex lectione.xx.

Non contingit ſcire per demonſtrationem non cognoſcenti prima prin-
cipia immediata.
Inconueniens eſt dicere quod habeamus cognitionem principiorum &
lateat nos.

Cognitio principiorum eſt certior cognitione que habetur per demon/
ſtrationem.
Impoſſibile eſt aliquid addiſcere ex non preexiſtenti cognitione.
Neceſſe eſt in nobis eſſe quandam potentiam cognoſcitiuam quæ preexi
ſtat cognitioni principiorum nō tantum quæ ſit potior certitudine co
gnitione principiorum.
Videtur in eſſe omnibus animalibus q̄ habeant potentiam naturalem iu
dicatiuam ſenſibilium:q̄ uocamus ſenſum.
Cum in omnibus animalibus in ſit ſenſus in quibuſdam remanet impreſ
ſio ſenſibilis adeunte ſenſibili in quibuſdam non.
In quibuſcunq; animalibus omnino nulla impreſſio remanet non eſt co
gnitio in his niſi dum ſentiunt.
In quibus autem remanet habent unum quid in anima:ſcilicet memoriā.
In his quæ habēt memoriam in quibuſdam eorum fit ratiocinatio in qui
buſdam non.
Ex ſenſu fit memoria.
Ex memoria autem multotiens ſumpta fit experimentum.
Multæ enim memorie numero ſunt unum experimentum.
Ex experimento aut ex uniuerſali quieſcente in anima quod eſt unum
preter multa cum in omnibus ſit unum:eſt in anima id q̄ eſt principiū
artis & ſcientiæ.
Si ex experimēto accipiatur aliquod uniuerſale circa generationem ideſt
circa factibilia hoc pertinet ad artem : ſi uero circa ea quæ ſemper ſunt
pertinet ad ſcientiam.
Habitus primorum principiorum ſunt in nobilibus a ſenſu.
Cum ſenſu oportet preſupponere talem naturam anime quæ poſſit pati
hoc ideſt quæ ſit ſuſceptiua cognitionis uniuerſalis.
Singulare ſentitur proprie & per ſe.
Senſus autem eſt uniuerſalis.
Neceſſe eſt cognoſcere prima principia uniuerſalia inductiōe:nam & ſen
ſus ſic facit uniuerſale.
Circa itellectum duo ſunt genera habituum habentium ſe aliqualiter ad
rerum quorum alii quidem ſemper ueri ſunt:alii autem recipiunt falſi
tatem:ut opinio & ratiocinatio:uera autem ſunt ſcientia:& intellectus.
Nullum aliud genus cognitionis eſt certius ſcientia q̄ intellectus.
Principia demonſtrarionum ſunt notiora concluſionibus demonſtratis.
Scientia omnis cum aliqua ratiocinatione eſt quare principiorum ſcien/
tia non utiq; erit.
Quoniam nihil uerius contingit eſſe quam ſcientia & intellectus:intelle/
ctus utiq; erit principiorum.
Demonſtratio non eſt principiū demonſtrationis neq; ſcientia eſt prin/

cipium ſcientiæ.

Scientia ſimiliter ſe habet ad totam materiam de qua eſt ſcientia ſicut intellectus ad principium ſcientiæ.

Expliciunt auctoritates ſecundi libri poſteriorum analyticorum. Ariſtotelis.

Incipiunt propoſitiones ex primo libro priorum analyticorum. Ariſtotelis.

Ex.i.capitulo.

Ropoſitio eſt oratio affirmatiua uel negatiua alicuius de aliquo.

Propoſitio aut eſt uniuerſalis:aut particularis.aut indefinita.

Diffi. Dico propoſitionem uniuerſalem quæ aut omni aut nulli ſignificat ineſſe:particularem uero quæ alicui:aut non alicui:aut non omni ineſſe.indefinitam autem quæ ineſſe uel non ineſſe ſignificat ſine uninerſali aut particulari ſcilicet ſigno.

Differt demonſtratiua propoſitio a dialectica: quoniam demonſtratiua quidem ſumptio alterius partis contradictionis eſt:dialectica uero iterrogatio contradictionis eſt.

Non interrogat ſed ſumit qui demonſtrat:

Nihil diſtabit ut fiat ex utriſq; propoſitionibus ſyllogiſmus ſcilicet ex dialectica & demonſtratiua.

Syllogiſtica popoſitio ſimpliciter quidem eſt affirmatio uel negatio alicuius de aliquo uel uniuerſaliter:uel particulariter:uel indefinite.

Diffi. Demonſtratiua propoſitio eſt:ſi uera ſit:& per primas propoſitiones ſumpta.

Diffi. Dialectica propoſitio eſt percunctanti quidem interrogatio contradictionis:ſyllogizanti autem ſumptio apparentis & probabilis.

Diffi. Terminum uoco in quem reſoluitur propoſitio: ut prædicatum: & de quo prædicatur:aut appoſito aut ſeparato eſſe uel non eſſe.

Diffi. Syllogiſmus eſt oratio in qua poſitis quibuſdam aliud quidem ex neceſſitate contingit eo q̃ hæc ſunt.

Diffi. Perfectum uoco ſyllogiſmum nullius alterius indigentem præter ea quæ aſſumpta ſunt ut appareat neceſſarius.

Diffi. Imperfectum uoco qui indiget aut uno aut plurium:quæ ſunt quidem neceſſaria per ſumptos terminos:non autem per ſumptas propoſitiones.

In toto eſſe alterum altero: & de omni prædicari alterum altero: idem eſt.

Dicimus de omni prædicari quando nihil eſt ſumere ſub ſubiecto de quo

non dicatur alterum: & de nullo similiter.

Ex. ii. capitulo.

Omnis propositio aut est in esse ideſt de inesse: aut necessarium inesse: aut contingenter inesse significans ideſt modalis uniuersalem priuatiuam de eo quod est inesse ideſt de inesse necesse est conuerti in terminis ideſt simpliciter.

Prædicatiuam uniuersalem conuerti necessarium est: non tamen uniuersaliter: sed in parte ideſt conuertitur per accidens.

Particularem affirmatiuam conuerti necesse est particulariter ideſt conuertitur simpliciter.

Priuatiuam particularem non necesse est conuerti scilicet non conuertitur nec simpliciter nec per accidens.

Eodem modo se habet in necessariis propositionibus scilicet sicut in illis de inesse nam uniuersalis quidem priuatiua uniuersaliter conuertitur: affirmatiuarum uero utraq; particulariter: particularis uero negatiua non conuertitur.

Contingere multipliciter dicitur: nam & necessarium & non necessarium & possibile contingere dicimus:

In propositionibus affirmatiuis de contingenti similiter se habet secundum conuersionem in omnibus sicut in necessariis.

In propositionibus negatiuis de contingenti necessario: & de contingenti in communi similiter se habet secundum conuersionem sicut in illis de inesse: sed uniuersalis negatiua de contingenti non necessario non similiter: particularis uero similiter.

Contingere nulli inesse affirmatiuam habet figuram: nam contingit & est similiter ordinantur.

Ex quibuscunq; adiacens prædicatur: affirmationem semper facit: & omnino: ut est non bonum.

Ex. iii. capitulo.

Demonstratio quidem syllogismus est: syllogismus uero non omnis demonstratio.

Barbara. Celarent. Quando tres termini sic se habent adinuicē ut postremus in toto sit medio: & medius in toto primo: uel sic ideſt affirmatiue & non sic: ideſt negatiue necesse est esse syllogismum pefectum: & quādo nec primum medio nec medium postremo ulli inest nec sic erit syllogismus.

Vòco medium quod ipsum in alio: & aliud in ipso est: quod est positione medium est: extrema uero quod in alio: & in quo aliud.

Darii. Ferio. Quando uniuersale ponitur ad maiorem extremitatem uel prædicatiuum uel priuatiuum: particulare uero ad minorem prædicatiuum: necesse est syllogismum esse perfectum.

Diffi. Dico maiorem extremitatem scilicet in prima figura in qua mēdi/
um est.minorem uerō quæ sub medio.
Idem erit deest sequetur termino indefinito & particulariter sumpto.
Si ad minorem extremitatem uniuersale ponatur uel predicatiuum: uel
priuatiuū: non erit syllogismus:nec affirmatiuus nec negatiuus:inde-
finita sumpta uel particulari scilicet pro maiori.
Quando ad maiorem quidem extremitatem uniuersale fuerit aut predi-
catiuum aut priuatiuum:ad minorem uero priuatiuum particulare:nō
erit syllogismus.
Sumptis terminis uelut nulli inesse:non fit syllogismus.
Si maior quidem indefinita:minor uero definita.uel ambæ idefinitæ po
nantur:nullo modo erit syllogismus.
Omnia problemata ostenduntur per primam figuram:nam omni & nul
li & alicui & non alicui inesse ostenditur:unde omnes qui in hac figu/
ra sunt syllogismi perfecti sunt.

Ex.iiii.capitulo.

Medium in secūda figura de utroq; scilicet maiori & minori predicatur:
& ponitur medium foras extremitatum:primum uero positione.
Cesare.Camestres. Vniuersales cum sint scilicet propositiones erit syllo
gismus scilicet in secunda figura quando medium quidem huic deest
maiori extremitati omni deest uniuersaliter affirmatiue inest illi uero
deest minori extremitati nulli deest uniuersaliter negatiue: & utrolibet
modo fit priuatiuum:aliter uero nullo.
Festino.Baroco. Quando medium ad maius deest ad maiorem extremita-
tem quidem uniuersaliter fuerit uel priuatiue uel predicatiue:ad minus
autem deest ad minorem extremitatē particulariter:necesse est fieri syl-
logismum priuatiuum particulariter.
Quādo in secunda figura fiunt propositiones ut ambæ priuatiuæ uel pre
dicatiuæ:nullo modo erit syllogismus.
Omnes iperfecti sunt qui in secunda figura sunt syllogismi:omnes enim
perficiuntur assumptis quibusdam quæ uel insunt ex necessitate:uel po
nuntur uelut hypotheses: quoniam non fit affirmatiuus syllogismus
per hanc figuram:sed omnes priuatiui & uniuersales:& particulares.

Ex.v.capitulo.

Medium in tertia figura dico de quo ambo deest maior & minor extremi-
tas predicantur:& ponitur foras extremitatū:ultimū uero positione
Darapti. Vniuersaliter extantibus terminis ad medium erit syllogismus.
Felapton. Si maior extremitas insit uniuersaliter medio: minor uero ne-
getur uniuersaliter a medio erit syllogismus.

Ex.vi.capitulo.

Quā do ambo te rmini in tertia figura fuerint p̄dicatiui erit syllogismus:

quando uero negatiui:non erit.

Si maior fuerit priuatiuus:alter uero affirmatiuus:erit syllogismus quoniam non ineſt alicui extremitas extremitati ſi autem ecōuerſo:nō erit.

Diſamas:Datiſi. Si unus uniuerſaliter ſit ad medium:alter uero particulariter:ſi uterq; ſit predicatiuus:neceſſe eſt fieri ſyllogiſmum: & ſi alteruter ideſt maior uel minor ſit uniuerſalis terminorum.

Brocardo. Si unus quidem ſit prædicatiuus:alter uero priuatiuus: uniuerſaliter quidem prædicatiuus quando minor fuerit:priuatiuus erit ſyllogiſmus.

Feriſon. Si priuatiuus fuerit uniuerſalis terminus:quando quidem maior fuerit priuatiuus:minor uero prædicatiuus erit ſyllogiſmus.

Omnes imperfecti in tertia figura ſunt ſyllogiſmi:omnes enim perficiūtur quibuſdam aſſumptis.

Syllogizare per tertiam figuram uniuerſale non erit neq; priuatiuū neq; affirmatiuum.

In omnibus figuris non fit ſyllogiſmus:cum priuatiui ſint utriq; termini: & particulares etiam:nihil enim omnino fit neceſſarium.

Indefinitum pro predicatiuo particulari poſitum eundem faciet ſyllogiſmum.

Syllogiſmi imperfecti per primam figuram perficiuntur.aut enim oſtenſiue aut per impoſſibile clauduntur oēs:uterq; aūt fit in prima figura.

Omnes ſyllogiſmi reducūtur ad primæ figuræ uniuerſales ſyllogiſmos: uniuerſales quidem per conuerſionem:particulares uero per ad impoſſibile ductionem reducuntur.

Ex.vii.capitulo.

Diuerſum eſt ineſſe:& ex neceſſitate ineſſe:& contingere ineſſe:nā inſunt quidem multa:non tamen ex neceſſitate:aliqua uero neq; inſunt ex neceſſitate:neq; inſunt omnino contingit autem ineſſe.

Ex utriſq; propoſitionibus de neceſſario in prima figura fiunt perfecti ſyllogiſmi:ſicut in illis de ineſſe:& in qualibet figura ſimiliter fiunt imperfecti.

Ex.viii.capitulo:

Accidit maiori propoſitione neceſſaria exiſtente:neceſſarium fieri ſyllogiſmum:non autem minori.

In particularibus ſyllogiſmis ſi uniuerſalis uel priuatiua:uel negatiua eſt neceſſaria:& concluſio erit neceſſaria:ſi autem particularis erit neceſſaria:non neceſſaria erit concluſio.

Ex.viiii.capitulo.

In ſecunda figura ſi priuatiua quidem uniuerſalis propoſitio ſit & neceſſaria:& concluſio erit neceſſaria:ſi autem prædicatiua eſt neceſſaria:nō erit concluſio neceſſaria:ſed nec ſi priuatiua neceſſaria eſt particulari/

ter ſumpta: erit concluſio neceſſaria.

Ex. x. capitulo.

In poſtrema figura exiſtentibus terminis uniuerſalibus: & prædicatiuis utriſq; propoſitionibus: ſi utralibet propoſitio eſt neceſſaria: & concluſio erit neceſſaria.

Si autem hec quidem ſit priuatiua: illa uero predicatiua: quando priuati/ua quidem fuerit neceſſaria: & concluſio erit neceſſaria: quando autem predicatiua: non erit concluſio neceſſaria:

Si terminorum hic quidem uniuerſalis ille uero particularis: predicatiuus autem uterq; : quando uniuerſalis fuerit neceſſarius, & concluſio erit neceſſaria: non autem econuerſo.

Si hic quidem terminorum ſit predicatiuus: ille uero priuatiuus: quando uniuerſalis quidem fuerit priuatiua & neceſſaria: concluſio erit neceſſaria quando: autem affirmatiua quidem ponitur neceſſaria uel uniuer/ſalis: uel particularis: uel priuatiua particularis: non erit concluſio ne/ceſſaria.

Ex. xi. capitulo.

Diſſi. Dico contingere & contingens quo non exiſtente neceſſario: poſi/to autem eſſe uel non eſſe nihil erit impoſſibile:

Neceſſarium contingere æquiuoce dicimus.

Quod neceſſarium ſit contingens patet ex affirmationibus & negationibus oppoſitis.

Accidit omnes quæ ſecundum contingens ſunt propoſitiones conuerti adinuicem: dico autem non negatiuas uidelicet quando negatur modus affirmatiuis: ſed quæcunq; affirmatiuam habent figuram ſecun/dum oppoſitionem: ut ea quæ eſt contingit eſſe: uel contingit omni: ei quæ eſt contingit non eſſe: uel contingit nulli: uel non omni.

Contingere duobus modis dicitur uno quidem modo q̃ plerumq; fit & deficit neceſſarium: ut caneſcere hominem uel augeri alio autem modo infinitum ideſt indeterminatum uel ad utrumlibet quod ſic uel ſic poſſibile: ut animali ambulante uel non ambulante accidit terremo/tum fieri.

Conuertitur ſecundum oppoſitas propoſitiones utrumq; contingẽs: ſed quod plerumq; eſt ei quod eſt non ex neceſſitate eſſe: ſic enim contin/git non caneſcere hominem infinitum autem ideſt ad utrumlibet non

Diſciplina uel ſyllogiſmus demonſtratiuus ex indefinitis ideſt contingẽtibus ad utrumlibet quidem non eſt: eo q̃ inordinatum eſt medium: ex his uero quæ plerumq; ſunt pene orationes & conſiderationes ſunt in his contingentibus dicit pene: quia de his inquantum poſſunt non eſſe non eſt ſcientia: ſed inquantum neceſſaria.

Ex.xii.capitulo.

Contingere hoc huic ineſſe dupliciter eſt accipere:aut enim cui ineſt hoc: aut cui contingit ineſſe ipſum.

Ex.xiii.capitulo.

Si hæc quidem ineſſe:illa uero propoſitionum contingere ſumatur:quãdo quæ ad maiorem quidem extremitatem contingere ſignrficauerit: perfecti erunt omnes ſyllogiſmi:& contingentes quando uero ad minorem imperfecti omnes & priuatiui ſyllogiſmi: contingentes erunt ſecundum dictam determinationem ideſt contingentis ad utrumliber Sed eius quod eſt nulli aut non omni ex neceſſitate ideſt contingentis ex neceſſitate.

Si unum ſit poſſibile:quando eſt poſſibile fiet:ſi autem alterum impoſſibile:quando impoſſibile:non fiet.

Poſſibile contingit fieri & eſſe præter impoſſibile.

Nihil eſt ex neceſſitate uno aliquo exiſtente:ſed duobus ad minus.

Falſo poſito & non impoſſibili quod accidit non eſt impoſſibile.

Ex neceſſitate homo eſt animal.

Vniuerſale uel omni ineſſe ſummendum eſt ſimpliciter:& non tempore determinato.

Diffi Syllogiſmus per impoſſibile eſt oppoſitæ contradictionis.

Cum uniuerſales ſint termini:& hæc quidem propoſitionum ſummãtur ineſſe:illa uero ſummatur contingens:quãdo quæ ad minorem quidẽ extremitatẽ contingens ſummitur propoſitio ſemper ſit ſyllogiſmus.

Si hæc quidem propoſitionum ſummatur uniuerſalis:illa uero particularis:quando ad maiorem quidem extremitatem uniuerſalis ponitur cõtingens ſiue affirmatiuæ ſiue negatiuæ particulari autem affirmatiuæ & ineſſe:erit ſillogiſmus perfectus.

Quãdo uniuerſalis fuerit propoſitio ad maiorem extremitatem ineſſe:& non contingens:altera uero particularis & contingens: ſiue affirmatiuæ ſiue negatiuæ ponantur utraq;:ſiue hæc quidem negatiuæ:illa uero affirmatiuæ ſemper erit ſyllogiſmus imperfectus.

Ex.xiiii.capitulo.

Quando hæc propoſitionum ex neceſſitate ineſſe uel non ineſſe:illa uero contingere ſignificat:ſyllogiſmus erit perfectus.

Quando ad maiorem extremitatem ponetur neceſſarium:concluſio autẽ ſi predicatiui fuerint utriq; termini contingentis:& non ineſſe erit:ſiue uniuerſaliter ſiue non uniuerſaliter ponantur termini:ſi autẽ ſit hic quidem affirmatiuus ille uero negatiuus:quando affirmatiuus fuerit neceſſarius:concluſio erit contingentis & nõ eius quod eſt ineſſe quãdo uero priuatiuus fuerit ſcilicet neceſſarius & contingẽtis & ineſſe ſcilicet erit concluſio: ſiue uniuerſales ſiue non uniuerſales ſint termini.

Contingere eodem modo accipiendum eſt quo & in priori eius: quod ui delicet eſt ex neceſſitate non ineſſe.
Aliud eſt non ex neceſſitate ineſſe: & ex neceſſitate non ineſſe.

Ex. xv. capitulo.

In ſecunda ſigura quando contingentes ſummuntur propoſitiones: nullus erit ſyllogiſmus: ſiue ſint affirmatiuæ: ſiue ſint priuatiuæ: ſiue uniuerſales: ſiue particulares.
Non conuertitur in contingenti priuatiua.
Ei quæ eſt contingere omni ineſſe: ex neceſſitate alicui ineſſe opponitur: & ex neceſſitate alicui non ineſſe.
Si altera quidem ineſſe: altera contingere ſignificat: predicatiua quidem ineſſe poſita: priuatiua uero cõtingere: nunq̃ erit ſyllogiſmus: ſiue uniuerſaliter: ſiue particulariter ſummantur termini: quando autem affirmatiua contingere quidem: priuatiua autem ineſſe: erit ſyllogiſmus.

Ex. xvi. capitulo.

Si hæc quidem propoſitionum ex neceſſitate: illa uero contingere ſignificat: priuatiua quidem neceſſaria: erit ſyllogiſmus: nõ ſolum quoniam non contingit non ineſſe: ſed quoniam non ineſt.
Si predicatiua ſit neceſſaria: altera autem contingens: nullus erit ſyllogiſmus: neq; enim erit contingens cum ex neceſſitate ſit cõcluſio: neq; neceſſarium: nam neceſſarium ex utriuſq; neceſſariis aut ex priuatiua contingit.
In particularibus ſyllogiſmis quãdo fuerit priuatiua uniuerſalis & neceſſaria: ſemper erit ſyllogiſmus: & eius quod eſt contingere & eius qd non eſt ineſſe: quando autem affirmatiua: nunq̃.

Ex. xvii. capitulo.

In poſtrema figura & utriſq; contingentibus & altera: erit ſemper ſyllogiſmus contingens.
Quando altera ſignificat contingere: altera uero nõ ineſſe: concluſio erit contingens.
Quando altera ponitur neceſſaria: ſi affirmatiua quidem: non erit concluſio neq; neceſſaria: neq; ineſſe: ſi autem priuatiua: eius quod eſt nõ ineſſe erit ſyllogiſmus.

Ex. xviii. capitulo.

Si hæc propoſitionum ineſſe: illa uero contingere ſignificat cõcluſio erit quoniam contingit: non quoniam ineſt.

Ex. xx. capitulo.

Neceſſe eſt omnem determinationem & omnem ſyllogiſmũ aut ineſſe aut non ineſſe monſtrare: & hoc aut uniuerſaliter aut particulariter: aut oſtenſiue aut ex hypotheſi ideſt ex ſuppoſitione.
Eius quod eſt ex hypotheſi pars eſt impoſſibile.

Nullus unq̃ erit ſyllogiſmus alius de aſio nõ ſumpto aliquo medio quod ad utrunq; ſe habet quo quo modo prædicationibus.

Impoſſibile eſt ad aliquid ſummere propoſitionem nihil predicantes de eo:neq; negantes.

Aut maior extremitas prædicatur de medio & mediũ de minori:aut medium de utriſq;:aut utræquæ de medio:& hæ ſunt tres figure.

Omnes qui per impoſſibile probant falſum quidem ſyllogizant: quod autem ex principio erat ex hypotheſi nonſtrant: quoniam accidit aliquid impoſſibile poſita contradictione.

Ex hac propoſitione ſummitur illa regula q̃ quando ex oppoſito conſequentis infertur oppoſitum antecedentis: prima conſequentia eſt bona.

Diffi. Per impoſſibile monſtrare eſt oſtendere aliquid impoſſibile propter priorem hypotheſim.

Ex.xxi.capitulo.

In omni ſyllogiſmo oportet aliquem terminorum predicatiuum eſſe & uniuerſalem eſſe:

Si concluſio ſit uniuerſalis:& terminos neceſſe eſt uniuerſales eſſe:ſi autem uniuerſales ſunt termini contingit & concluſionem non eſſe uniuerſalem.

Non in omni ſyllogiſmo aut utranq; aut alteram propoſitionem ſimilem neceſſe eſt fieri concluſioni:non ſolum in eo quod affirmatiua ſit uel negatiua:ſed in eo q̃ neceſſaria:aut ineſſe:aut contingens.

Ex.xxii.capitulo.

Omnis demonſtratio ac ſyllogiſmus erit per tres terminos & nõ plures: niſi per alia & alia eadem concluſio fiat.

Plura media eorundem eſſe nihil prohibet:hæc autem cum ſint:nõ unus ſed plures erunt ſyllogiſmi.

Multo plures concluſiones & terminis ſunt & propoſitionibus:propter diuerſas ſcilicet combinationes terminorum.

Ex.xxiii.capitulo.

Propoſitio quæ in pluribus figuris & per plures caſus concluditur ad argumentandum eſt facilis:quæ autem in paucas & per pautiores difficilius argumentabilis eſt.

Vniuerſalis affirmatiua per primam figuram tantum monſtratur:& per hanc ſimpliciter ideſt uno modo priuatiua uero per primam quidem ſimpliciter:per mediam autem dupliciter.

Particularis affirmatiua ſimpliciter per primam: tripliciter uero per poſtremam monſtratur.

Particularis priuatiua in prima ſemel:in ſecunda dupliciter:in tertia tripliciter monſtratur.

Vniuerſalem affirmatiuam conſtruere quidem difficillimum: deſtruēre autem facillimum.
Iterimere uniuerſalia q̄ particularia omnino eſt facilius
Deſtruere per ſe inuicem eſt & uniuerſalia & particularia: conſtruere autē non eſt per particularia uniuerſalia.
Deſtruere q̄ conſtruere facilius eſt.

Ex.xxiiii.capitulo.

Quæ ſunt hic deſt ſingularia de nullo alio prædicantur uere: niſi ſecundum accidens: ſed de his alia:
Non ſolum oportet generationem conſiderare ſyllogiſmorum: ſed & potentias habere faciendi.
Quæ ſunt in medio de aliis: & alia de ipſis dicuntur.
De ſingularibus primis non eſt demonſtrare prædicatum aliquod niſi ſecundum opinionem uidelicet tranſcendens ſed hoc de aliis: neq; ſingularia de aliis: ſed alia de ipſis: quæ aūt in medio ſunt utrūq; cōtingit.
Quanto plurium eorum quæ ſequuntur res quæcunq; in eo quod quid eſt & ut propria: & quæcunq; ut accidentia predicantur & eorum quæ ſecundum opinionem: & quæ ſecūdum ueritatem: idoneus ſuerit quis citius inueniet concluſiones: quanto autem eorum magis monſtrabit.
Oportet eligere ad ſyllogizandū non quæ ſequuntur quid: ſed quæcunq; totam rem ſequuntur ſcilicet uniuerſaliter ut non quod aliquem hominem: ſi quod omnem hominem ſequitur.
Quando eſt indefinitum quod eligit: incertum eſt, ſi uniuerſalis eſt propoſitio: cum uero definitum manifeſtum.
Similiter eligendū eſt quæ ipſum ſequitur tota deſt uniuerſaliter: ipſum autem quod ſequitur non eſt ſumendum totum deſt uniuerſaliter ut hominem omne animal: uel omnem hominem eſſe omne animal: ſed ſimpliciter ſequi.
Quando ab aliquo ſcilicet conſequente continetur ſubiectum cuius conſequētia ſcilicet propria oportet ſummere: quæ uniuerſale ſcilicet prædicatum quidem ſequuntur non eligendum in his ſcilicet ſubiectis ſumpta enim ſunt in illis ſcilicet quæ predicantur: quæcunq; enim animal & hominem ſequuntur: & quæ non inſunt ſimiliter ſcilicet nō inſunt: quæ autem in unoquoq; ſcilicet ſubiecto ſunt propria ſumendū extranea ſcilicet in aliquo ſubiecto ſunt enim quædam ſpeciei: propria præter genus: neceſſe eſt enim diuerſis ſpeciebus quædam propria ineſſe ſcilicet præter conſequens c conuenientiora autem ſunt hæc omnis electionis.
Similis eſt uniuſcuiuſ concluſio principiis.

Ariſtoteles in uigeſimoquarto & uigeſimoquinto capitulo tradēs artem inueniendi medium ad q̄libet concluſionem in ferendam: ponit ſeptē

litteras uidelicet.A.B.C.D.E.F.G.H.& per. A.intelligit predicatum cō clusionis:per.B.consequens ad ipsum.per.C.antecedens ad ipsum.per D.extraneum ab ipso.per.E.uero intelligit subiectum conclusiōis. per F.consequens ad ipsum.per.G.antecedens ad ipsum.per.H.extraneum ab ipso has igitur litteras relinquentes earum significata in sequentibus regulis quas ipse aliqualiter obscure in uigesimoquinto capitulo collocauit:ponemus:quo delucidiares legentibus fieri possint.

Ex.xxv.capitulo.

Monstratur uniuersalis affirmatiua quando antecedens ad predicatum & consequens ad subiectum medium sumitur: sit enim prima figura. scilicet barbara.

Monstratur particularis affirmatiua quando antecedens ad predicatum & subiectum medium sumitur:hæc autem est postrema figura: uidelicet quia hoc medio argui potest in Darapti Disamis & Datisi & per cō sequens in Darii.

Monstratur uniuersalis negatiua quando extraneum prædicato & consequens ad subiectum sumitur medium:fit autem prima figura & media idest arguitur in celarent & Cæsare.

Monstratur item uniuersalis negatiua quando extraneum subiecto:& ad prædicatum consequens sumitur medium:fitq; media figura scilicet Camestres:& Baroco ex hac fieri potest.

Monstratur particularis negatiua quando extraneum predicato & antecedens ad subiectum sumitur medium fiunt quæ omnes figuræ excepto Baroco cui quarta regula deseruire potest.

Si ad subiectum & prædicatum medium sit consequens: non fit syllogismus:fit enim media figura prædicatiuas habens utrasq; propositiones.

Si extraneum subiecto & antecedens ad prædicatum medium sumatur: non fiet syllogismus:prima enim erit figura priuatiuam habens eam quæ ad minorem extremitatem propositionem.

Si extraneum & subiecto & predicato sumatur medium:priuatiuæ utræq; erunt propositiones uel in prima uel in media figura: sic autem nullo modo fit syllogismus.

Ex.xxvi.capitulo.

Differt syllogismus ostensiuus ab eo quod ad impossibile: quoniam in ostēsiuo quidem secundum ueritatem ambæ ponūtur propositiones: in eo autem quod ad impossibile falso una.

Ex.xxvii.capitulo.

Via dicta syllogizādi methodus est:& circa philosophiam & circa artem quālibet & disciplinam.

Principia quæ sunt circa unumquodq; experimento est tradere.

Si ſumantur ſcilicet habitis principiis quæ inſunt circa ſingula: noſtrum eſt iam demonſtrationes prompte declarare.

Ex.xxviii.capitulo.

Diuiſio eſt uelut infirmus ſyllogiſmus:nam quod oportet quidem oſtendere petit quia ſcilicet neceſſe eſt omne animal mortale eſſe aut mortale aut immortale:aut non neceſſe.

In demonſtrationibus cum oportet ſyllogizare ineſſe: oportet medium per quod fit ſyllogiſmus ſemper minus eſſe:& non de tota priori extremitate.

Diuiſio autem econtrario uult:nam uniuerſalius ſumit medium: quare non contingit ſyllogizare diuidentes:

Omne animal aut mortale aut immortale eſt.

Ex.xxviiii.capitulo.

Oportet omne quod uerum eſt:ipſum ſibi manifeſtum eſſe omnino.

Facilius eſt maiora diuidere q̃ minora.

Maiora ſunt compoſita:q̃ ex quibus componitur.

Ex.xxxi.capitulo

Nihil differt dicere hoc huic ineſſe:aut hoc huic omni ineſſe.

Ex.xxxii.capitulo.

Non oportet ſemper terminos ſcilicet ſimplices quærere nomine ſcilicet ſimplic exponi ſæpe enim erunt termini quibus propoſitum non eſt nomen ſcilicet unum ſolum ad eius expoſitionem ut quando immediatorum eſt ſyllogiſmus.

Quotiens aliquid eſſe aliquid dicitur: & uerum eſt eſſe hoc quod ſcilicet dicitur totiens oportet putare ſignificare ineſſe.

Accidit quandoq; ſubiectum maioris in obliquo eſſe:minoris uero in recto:& fit ſyllogiſmus ut contrariorum eadem eſt diſciplina.B.ſunt cõtraria ergo & cætera.

Accidit quandoq; ſubiectum maioris in recto eſſe: minoris uero in obliquo:& fit ſyllogiſmus:ut omnis ſophia eſt diſciplina: boni eſt ſophia ergo & cætera.

Accidit quandoq; & ſubiectum maioris & minoris in obliquo eſſe:fit ſyllogiſmus:ut ſi cuius eſt diſciplina illius eſt genus:boni eſt diſciplina igitur.

Tempus deo non eſt oportunum nihil enim deo proficiens.

Terminos ſemper ponendum eſt in ſyllogiſmo ſecundum nominum uocationes:ut homo aut bonum: non hominis aut boni: propoſitiones autem ſummendum uniuſcuiuſq; caſus.

Ex.xxxiii.capitulo

Reduplicatio ideſt dictio reduplicatiua in propoſitionibus ad primam extremitatem ponenda eſt:non ad medium:ſi autem ad medium:non

erit ſyllogiſmus.

Reduplicatio prædicato non eſt addenda nam bonum quoniam bonum prædicare de iuſtitia falſum eſt:& non intelligibile.

Oportet accipere quæ idem ualeant nomina pro nominibus:& orationē pro orationibus:& nomē & orationem:& ſemper pro oratione nomē accipere:facilior eſt enim terminorum expoſitio.

Ex.xxxiiii.capitulo

Non oportet arbitrari propter expoſitionem ideſt exemplum aliquid accidere inconueniens:non enim laborauimus in eo q̄ aliquid ſit:ſed expoſitione ſic dicimus:ut ſentiat qui diſcit nec enim ſic fit:ut ſine his nō poſſibile demonſtrare quemadmodum ex quibus ſyllogiſmus.

Non omnes concluſiones in eodem ſyllogiſmo per unam eādemq̄ figuram ſunt:ſed hæc quidem per illam:illa uero per aliam.

Ex.xxxv.capitulo

Ex hypotheſi ſyllogiſmos non eſt tentandum reducere in figuram: non enim per ſyllogiſmos oſtenſi ſunt:ſed ad placitum conceſſi omnes:ſimiliter & in his qui propter impoſſibile concluduntur:nam hos reducere non eſt:ſed ad impoſſibile deductio eſt.

Differt ſyllogiſmus ad impoſſibile ab his qui ſunt ex hypotheſi: quoniā in illas quidem oportet prius confiteri ſi debeat accidere:in his autem & non prius confeſſi concedunt:eo q̄ manifeſtum ſit falſum.

Ex.xxxvi.capitulo

Horum quidem ſyllogiſmorum qui in ſecunda ſunt figura:duo quidem uniuerſales. ſcilicet Cæſare & Cameſtres conuerſa priuatiua reducuntur in primam figuram:particularium uero alter ſolus:nam quādo priuatiuum quidem fuerit ad maiorem extremitatem reſoluetur ut ſcilicet eſt in ferio quando uero prædicatiuum non reſoluitur ut ſcilicet eſt in Baroco non enim ſuſcipit conuerſionem uniuerſalis affirmatiua reſoluitur autem ut dicit cum per impoſſibile clauditur

Qui ſunt in poſtrema figura ſyllogiſmorum unus tantum non reſoluitur in primam: quando non uniuerſaliter ponitur priuatiua ut eſt in Brocardo alii omnes reſoluuntur:quæ cum minore eſt extremitate cō uerſa propoſitione.

Si autem particularis ſumatur priuatiua nō erit reſolutio conuerſa minori utræq̄ enim erunt particulares.

Qui ſunt in tertia figura ſyllogiſmi reſoluuntur in mediam quando fuerit uniuerſalis priuatiua:ſi autem particularis ſit priuatiua non reſoluitur ut in Brocardo non enim ſuſcipit conuerſionem particularis negatiuæ:

Manifeſtum eſt quoniam ii ſyllogiſmi uidelicet qui ſunt in Brocardo & Baroco nō reſoluuntur in ſecundam nec tertiam figuram:quoniam

nec in prima resoluti sunt:& quoniã in prima resolutis syllogismis isti soli per impossibile clauduntur.

Ex.xxxvii.capitulo.

Differt in construendo & destruẽdo opinari aut idem aut diuersum significare non esse hoc:& esse non hoc:non enim eius quod est esse album negatio est esse non album:sed non esse album.

Affirmatio & negatio non erunt simul positæ in eodem.

De omni uno uel affirmatio uel negatio uera.

Eius quæ est:est non bonum negatio est ea quæ est non est bonum.

Affirmatiua de predicato finito:& affirmatiua de prædicato infinito eodem modo per primam figuram ostendũtur:& etiam negatiua de prædicato infinitio ostẽditur:sicut negatiua de prædicato finito uerum & est similiter ponuntur in propositione.

Propositiones ex secundo libro priorum.

Ex.i.capitulo.

Niuersalis syllogismi plura syllogizant particularium autem prædicatiui plura quidem : negatiui uero conclusionem solam unam:nam aliæ quidem propositiones scilicet uniuersalis & particularis affirmatiua & uniuersalis negatiua cõuertuntur priuatiua uero scilicet particularis nõ conuertitur.

Vniuersales syllogismi in prima figura plura possunt syllogizare : quoniam quæcunq; sub medio aut sub conclusione sunt omnium idem erit syllogismus:si hæc quidem in medio:illa uero in conclusione ponantur:in secunda autem figura quod sub conclusione:erit solum syllogizare.

Ex.ii.capitulo.

Est sic se habere ut ueræ sint propositiões per quas fit syllogismus:est etiã ut falsæ:& est ut hæc uera:illa autem falsa.

Ex ueris non est falsum syllogizare:ex falsis autem est uerum:tamen non propter quid:sed quoniam.

Cum antecedens est:necesse est esse consequens:& cum consequens non est necesse est antecedens non esse.

Eius quod est propter quid non est ex falss syllogismis.

Vno aliquo termino existente impossibile est aliquid accidere.

Ex falsis est uerum syllogizare in prima figura in uniueersalibus syllogismis utrisq; propositionibus falsis:& una:

Si prima scilicet maior ponatur tota falsa siue priuatiue siue affrmatiue sumpta:altera autem uera:non fit uera conclusio:nõ tota autem sumpta falsa:erit. scilicet conclusio uera.

Dico totam falsam contrariam ueræ:ut nulli inesse:& omni inesse.

In particularibus ſyllogiſmis & prima propoſitione tota falſa:altera autem uera:contingit ueram eſſe concluſionem:& in aliquo falſa prima altera autem uera:& maiori quidem uera particulari autem falſa: & utriſq falſis.

Ex.iii.capitulo.

In media figura contingit per falſa uerũ ſyllogizare:& utriſq propoſitionibus totis falſis ſumptis:& hac quidem uera:illa autem tota falſa:& ſi utræq in aliquo falſæ poſitæ: & ſi hæc quidem ſimpliciter ſit uera:illa autem in aliquo falſa:& ſi hæc quidem ſi tota falſa:illa autem in aliquo uera:& in uniuerſalibus & particularibus ſyllogiſmis.

Ex.iiii.capitulo.

Erit in poſtrema figura per falſas totas & in aliquo utraq & altera quidẽ uera:altera autem falſa:& concluſio uera:hac quidem in aliquo falſa illa autem tota uera:& econuerſo:& quotquot modis aliter cõtingit trãſumere propoſitiones.

Ex.v.capitulo.

Circulo & ex ſe inuicẽ oſtendere eſt per concluſionẽ & ecõuerſionem alicuius premiſſarũ 1.per eã prædicationẽ alteram ſumentem propoſitionem:concludere reliquam quã ſumpſerat in altero ſyllogiſmo:

In his quæ non conuertuntur ex indemõſtrata altera propoſitione fit ſyllogiſmus:non enim eſt demonſtrare per hos terminos quoniam medio ineſt tertium:aut primo medium.

In his quæ conuertuntur eſt omnia demonſtrare per ſe inuicem:& in his ſolis circulo per ſe inuicem contingit fieri demonſtrationes.

Ex.vi.capitulo.

In ſecunda figura affirmatiuam propoſitionem non eſt oſtendere circulo:eo q non utræq propoſitiones ſint affirmatiuæ: priuatiuam autem eſt.

Si non uniuerſalis ſit ſyllogiſmus:quæ in toto eſt propoſitio non oſtenditur propter eandem cauſam quam prius diximus:quæ autem in parte eſt oſtenditur quando uniuerſalis eſt prædicatiua:ſi autem uniuerſalis eſt prædicatiua non oſtenditur.

Ex.vii.capitulo.

In tertia figura quando utreq propoſitiones uniuerſaliter ſumuntur nõ contingit propoſitionem circulo oſtendere: nam uniuerſalis oſtenditur per uniuerſalia.

Si hæc ſit uniuerſalis:illa aut particularis:quãdo utræq affirmatiuæ ſummuntur:& uniuerſale ſit ad maiorem extremitatem erit oſtendere:quãdo autem ad alteram non erit.

Cum hæc fuerit prædicatiua:illa uero priuatiua:uniuerſalis autem prædicatiua:oſtendetur altera.

Cum uniuerſalis ſit priuatiua non oſtenditur altera.

Ex.viii.capitulo.

Conuertere id eſt conuerſiue ſyllogizare eſt tranſponentem concluſionē facere ſyllogiſmum id eſt ex oppoſito concluſionis & altera præmiſſarum reliquam interimere: quoniam uel extremum medio non inerit: uel hoc poſtremo:

Neceſſe eſt concluſione conuerſa & altera manente propoſitione interimi reliquam.

Differt oppoſite aut contrarie conuertere concluſionem: nō enim fit idē ſyllogiſmus alterutra conuerſa.

Dico opponi contrarie omni nulli: & alicui & non alicui ineſſe: & oppoſite quidem omni ineſſe & non omni ineſſe & alicui & nulli.

Omnino ī ſyllogiſmis uniuerſalibus quæ eſt ad maiorem extremitatem propoſitionem non deſtruere uniuerſaliter ſcilicet in ipſa figura per cōuerſionem: ſemper enim interimitur per tertiam figurā: neceſſe eſt eni ad poſtremam extremitatem utraſq; ſumere propoſitiōes: ſi autem oppoſite conuertatur concluſio non uniuerſales erunt fit enim altera propoſitio particularis: quare & concluſio.

In particularibus ſyllogiſmis quando oppoſite conuertitur concluſio interimuntur utræq; propoſitiones: quando uero contrarie neutra: quod accidit in ſyllogiſmis uniuerſalibus.

Ex.viiii.capitulo.

In ſecunda figura eam quæ eſt ad maiorē extremitatē non eſt interimere quolibet modo contrarie conuerſione facta: ſemper enim concluſio in tertia figura alteram autē deſt minorem ſimiliter interimemus cōuerſiōe: & dico ſimiliter ſi cōtrarie cōuertitur cōtrarie: ſi oppoſite oppoſite

Si in parte deſt particularis ſit ſyllogiſmus contrarie cōuerſa cōcluſione neutra propoſitionum interimitur: ſicut nec in ipſa figura: oppoſite autem utræq; ſcilicet interimuntur.

Ex.x.capitulo.

In tertia figura quando contrarie conuertitur concluſio neutra propoſitionum interimitur ſecundum nullum ſyllogiſmorum: quādo autem oppoſitæ utræq; & in omnibus ſcilicet ſyllogiſmis.

In prima figura quæ eſt ad minorem extremitatē propoſitio: ſemper per mediā figuram interimitur: quæ uero ad maiorem per poſtremā: in ſecūda autē figura quæ eſt ad minorem extremitatē ſemper per primam figurā: quæ uero ad maiorē per poſtremā: in tertia uero figura quæ quidē ad maiorē extremitatē per primā figurā: q̄ uero ad minorē p̄ mediā

Ex.xi.capitulo.

Per impoſſibile ſyllogiſmus oſtenditur quando contradictio ponitur cōcluſionis & aſſumitur alia propoſitio & ſimilis eſt cōuerſioni deſt ſyl

ſogiſmo conuerſiuo: ſed differt tamen:quoniam quæritur facto ſyllogiſmo & ſumptis utriſq; propoſitionibus:

Deducitur ad impoſſibile non ſyllogizato quod poſitū eſt prius:ſed manifeſto quoniam uerū.

Vniuerſalis predicatiua per ipoſſibile in media & in tertia figura monſtratur:in prima autem non monſtratur: aliæ uero omnes propoſitiones monſtrantur.

Ex.xiiii.capitulo.

Differt quæ ad impoſſibile eſt demonſtratio ab oſtenſiua:in eo quod ponat q̄ uult interimere:deducens ad indubitabile falſum: oſtenſiua autem incipit a conceſſis propoſitionibus ueris.

Omne quod oſtenſiue concluditur:per impoſſibile monſtratur:& quod per impoſſibile:oſtenſiue:per eoſdem terminos.

Ex.xv.capitulo.

Dico oppoſitas eſſe propoſitiones ſecūdum locutionem quatuor:ut omni nulli:& omni non omni: & alicui nulli: & alicui non alicui ineſſe: ſecundum ueritatem autem tres:nam alicui & non alicui ſecundum locutionem opponuntur ſolum.

Harum uniuerſales dico contrarias ut omni:& nulli ineſſe:alias uero oppoſitas.

In prima figura non eſt ex oppoſitis ſyllogiſmus: nec affirmatiuus: quoniā oportet affirmatiuas eſſe ꝓpoſitiones oppoſitæ autem affirmatio & negatio:nec negatiuus:quoniam oppoſitæ idem de eodem affirmant & denegant:in prima autem medium non dicitur de utriſq;: ſed de alio aliud quidem negatur:idem autem de alio prædicatur:hæ autē non opponuntur.

In media figura:& ex oppoſitis & ex contrariis cōtingit fieri ſyllogiſmū: quoniam medium quidem de altero affirmatiue:ab altero autem negatiue dicitur.quia contingit per oppoſita concludi.non tamē ſemper nec omnino ſed ſi ſic ſe habeāt:quæ ſunt ſub medio:ut uel eadem ſint: uel totum ad partem ut ſcilicet in uniuerſalibus: aliter impoſſibile erit

In tertia figura affirmatiuus ſyllogiſmus nullo modo erit ex oppoſitis propoſitionibus ſicut nec in prima figura negatiuus erit:uniuerſalibus & non uniuerſalibus terminis exiſtentibus.

Ex.xvii.capitulo.

Petere principium ut in genere accidit multipliciter: uidelicet ſi omnino non ſyllogizet:& ſi per ignotiora:aut ſimiliter ignota.& ſi per poſteriora quod prius eſt:horum tamen nullum eſt petere. ſcilicet proprie quod ex principio eſt:ſed non demonſtrare propoſitum.

Quando quod non per ſe notum eſt:per ſe aliquis conatur oſtendere:tūc petit quod ex principio:& tūc eſt ſic facere ut ſtatim probet propoſitū.

Contingit transferentes in alia quæ nata sunt per illud scilicet quod ostendendum est ostendi: per hoc demonstrare quod ex principio.

Est in principio petere in demonstrationibus quæ secūdum ueritatem sic se habent: in dialecticis autem quæ secundum opinionem: aut uidelicet palam sit quod idem sint: aut quoniam conuertuntur: aut inest alterum alteri.

Ex.xviii.capitulo.

Non propter hoc accidere falsum id est summere non causam ut causam est quando sic se habet ad impossibile illatum quæ ex principio est hypothesis: ut & cum sit & non sit hic nihil minus accidit impossibile.

In ostensiuis syllogismis non est propter hoc accidere falsum: sed solum in his quæ sunt ad impossibile.

Non propter hoc accidere falsum est quando sic se habet ad impossibile: illatum quæ ex principio est hypothesis: ut & cum sit: & cum nō sit: hic nihil minus accidit impossibile.

Ex.xviiii.capitulo.

Falsa oratio id est conclusio fit propter primum falsum.

Vt falsum non syllogizetur obseruandum scilicet a respondente quādo sine conclusionibus interrogat scilicet arguens orationē: ne detur bis idem in propositionibus.

Oportet custodire conantes temptare: latere respondētes: hoc autem erit primum si conclusiones non syllogizent prius: sed sumptis necessari/is non manifeste sint: secundo si non propinqua interroget: sed q̄ ma/xime longe media.

Ex.xx.capitulo.

Nullum sensibilium cum extra sensum sit scimus: nec si scientēs fuerimus nisi in uniuersali: & ut in eo quod habet propriam disciplinam: sed nō ut in eo quod agit.

Scire dicitur tripliciter: aut ut in uniuersali: aut ut ꝓpria: aut ut agere id est in actu quare & decipi dicitur totidem modis.

Nihil prohibet & scire & deceptum esse circa idem: uerum nō eodem modo. Et ut dicit uocatur hoc fallatia contrariæ opinionis.

Ex.xxi.capitulo.

Quando conuertuntur extremitates: necesse est & mediū ad utranq; conuerti.

Si duo termini cōuertantur ut genitum & corruptibile: & alii duo simili/ter ut ingenitum & corruptibile: tunc si omni quidem necesse est inesse genitum aut corruptibile: & non ambo simul sic & ingenitum & incor/ruptibile se habebunt ut omni alterum insit: & non simul ambo.

Quando unum medium puta. A. ineſt uniuersaliter duobus scilicet. B. &. C. &. A: de nullo subiecto alio predicatur: ineſt autem. &. B. omni. C. ne

cesse est. A. etiam conuerti.

Quando duo termini puta. A. & B. uniuersaliter uni tertio insunt scilicet toti. C. conuertitur aut. C. B. necesse est. a. omni. b. inesse.

Ex. xxii. capitulo.

Si duo fuerint opposita scilicet. A. B. &. A. magis eligẽdum q̃. B. & fuerint duo alia opposita similiter. s. d. &. c. si magis eligenda sunt. a. c. simul q̃ b. d. &. a. magis eligendum erit q̃. d.

Ex. xxiii. capitulo

Diffi. Inductio & ex inductione syllogismus est per alterã scilicet minorẽ extremitatem alteram deest maiorem de medio syllogizare.

Inductio fit per omnia singularia.

Quodam modo opponitur inductio syllogismo: nam hic quidẽ per medium extremum inesse tertio ostendit: illa autem per tertium extremũ medio.

Natura prior & euidentior syllogismus per medium: nobis autem manifestior qui per inductionem.

Ex. xxiiii. capitulo.

Diffi. Exemplum est quando medio extremum inesse ostenditur per id quod est simile tertio: oportet enim medium tertio & primum simili euidentius inesse.

Exemplum neq; est ut pars ad totum: neq; ut totum ad partem: sed ut pars ad partem quoniam ambo quidem insunt sub eodem: euidens autem alterum.

Exemplum differt ab inductione. quoniam hæc quidem ex omnibus in diuiduis extremũ ostendebat inesse medio: & ad extremũ non copulabat syllogismum: hoc autem & copulat: & non ex omnibus ostendit.

Ex. xxv. capitulo.

Diffi. Deductio est quando medio primum palam est inesse: postremo autem medium quidem dubium: similiter autem credibile: aut magis cõclusione.

Deductio etiam fit si pautiora sint media postremo & medio.

Ex. xxvi. capitulo.

Diffi. Instantia est propositio propositioni contraria.

Differt instantia a propositione: quoniam instantiam contingit esse in parte: propositionem autem non contingit: aut non in uniuersalibus syllogismis.

Fertur instantia duobus modis: quoniam aut uniuersalis aut particularis omnis instantia: & fertur per duas figuras: quoniam oppositę feruntur propositiones: oppositę autem in prima & in tertia figura concluduntur solum.

Ex. xxvii. capitulo.

Icon & ſignum non eſt idem:

Diffi. Icon eſt propoſitio probabilis:qđ enim ex pluribus ſciunt ſic factū: uel nō factū aut eſſe aut nō eſſe:hoc ē icon. εἰκων icon græce imago latine:& tranſumitur ad ſignificādum propoſitionem ueram ut in pluribus propter ſimilitudinē q̄ habet cum imagine:nā ſicut in imagine nō uidetur res cuius eſt imago in propria natura:ita neq; concluſio enthymematis in propoſitione probabili:quia non probatur clare & manifeſte:ſed tantum ſuperficialiter uidetur:ſicut ueritas huius concluſionis: mulier peperit nō uidetur clare in hac propoſitione mulier eſt pallida: quia eſſe pallidum non eſt ſignum conuertibile cum peperiſſe:

Diffi. Signum eſt propoſitio demonſtratiua:uel neceſſaria uel probabilis nam quo exiſtente uel quo facto prius uel poſterius in futuro eſt res:ſignum eſt uel fuiſſe uel eſſe:uel quoniam erit.

Diffi. Enthymema eſt ſyllogiſmus ex icotibus & ſignis.

Accipitur ſignum dupliciter:& horum primum prodigum ideſt propoſitio neceſſaria dicendum:ſecundo quæ ex extremitatibus uidelicet propoſitio ſiue neceſſaria: ſiue probabilis ſigna dicenda.

Si ſit enthymema in prima figura inſolubile eſt ſi uerum ſit: uniuerſale enim eſt:ſi per poſtremam ſolubile:& ſi uera ſit concluſio eo q̄ non eſt uniuerſale:ſi per mediam figuram ſemper & omnino ſolubilis.

EX.XXVIII.CAPITULO.

Naturas ideſt naturales paſſiones rerum cognoſcere poſſibile eſt ſi quis concedat ſimul tranſmutare animam: & corpus quæcunq; naturales ſunt paſſiones.

Vnius paſſionis unum ſignum eſt.

Incipiunt propoſitiones ex primo capitulo primi libri Topicorum Ariſtotelis:

Ropoſitum negotii eſt methodum inuenire:de qua poterimus ſyllogizare de omni problemate ex probabilibus.

Diffi. Syllogiſmus eſt oratio in qua poſitis quibuſdam aliquid aliud poſitis ex neceſſitate accidit per ea quæ poſita ſunt.

Diffi. Demonſtratio eſt quando ex ueris & primis ſyllogiſmis erit:aut ex talibus quæ per aliqua prima & uera eius que circa ipſa eſt cognitionis principium ſumpſerunt.

Diffi. Dialecticus ſyllogiſmus eſt qui ex probabilibus eſt ſyllogizatus.

Sunt uera & prima quæ non per alia:ſed per ſeipſa fidem habent.

Non oportet in diſciplinabilibus principiis inquirere propter quid: ſed unumquodq; principiorum ipſum ſibi eſſe fidem.

Probabilia ſunt quæ uidentur omnibus:aut pluribus:aut ſapientibus: & his uel omnibus uel pluribus uel maxime notis.

Diffi. Litigioſus ſyllogiſmus eſt qui ex his q uæ uidentur probabilia:non

sunt autem:syllogizat:& qui ex probabilibus aut ex his quæ uidentur probabilia est apparens.

Non omne quod uidetur probabile:etiam est probabile:syllogismus falsigraphus est qui neq; ex primis & ueris:neq; ex probabilibus sed ex cõuenientibus ideſt propriis disciplinæ syllogizat.

Capi.ii. Vtile est hæc negocium. ideſt dialectica. ad tria: ad exercitationes:ad obuiationes:ad secundum philosophiam disciplinas.

Vtile est ad exercitationes:quoniam methodum habentes facile de proposito argumentari poterimus.

Vtile est ad obuiationem eo quod anumerantes multorũ opiniones non ex extraneis:sed ex propriis doctrinis sermocinabimur:ad eos transmutantes quicquid non bene uidetur nobis dicere:ad secundum aũt philosophiam disciplinas: quoniam potentes ad utraq;. ideſt ad utranq; partem contradictionis. dubitare:facile in singulis speculabimur uerum & falsum.

Vtilis est dialectica ad principia eorum quæ sunt circa unamquamq; disciplinam:cum enim sit inquisitiua :ad omnium methodorum principia uiam habet.

Sicut rhetor non omnino. ideſt semper. persuadebit: neq; medicus non omnino. ideſt semper. sanabit:sic dialecticus non omnino faciet opinionem:sed si ex contingentibus. ideſt requisitis ad scientiam. nihil omiserit:eum dicemus habere disciplinam.

Capi.iii. Omnis propositio & omne problema:aut proprium:aut genus: aut accidens indicat.

Differentia cum sit generalis:cum genere ordinanda est. tanq̃. ſ. idem prædicatum cum genere.

Proprium hoc quidem quid est esse significat: ideſt diffinitionem. illud uero non:sed accidens proprium.

Vnumquodq; horum prædicatorum per se dictum propositio uel problema non est:sed ab his propositiones & problemata fiunt.

Differunt problema & propositio hoc modo:si enim dicas: putasne animal genus est hominis:propositio est si autẽ utrum animal genus hominis est uel non:problema est.

Aequalia numero problemata & propositiones sunt:nam;ab omni proprositione problema facies transumpto modo.

Capi.iiii.Diffi. Terminus. ideſt diffinitio. est oratio qd est esse significãs.

Circa diffinitionem utrum idem & diuersum plurima sit attritio:

Sufficiens non est ad constituendum diffinitionem ostendere idem esse: tamen ad destruendum sufficiens est ostendere quoniam non idem. ſcilicet cum diffinito.

Diffi. Proprium est quod nõ indicat quod quid erat esse:soli autem inest:

& conuerſim prædicatur de re.

Nemo proprium dicit quod contingit alii ineſſe:nec ſi forte per aliquod tempus ſoli ineſt ſi autem forſitan dicatur aliquid talium propriū: non ſimpliciter:ſed quando:uel ad aliquid dicetur. ut ſcilicet eſſe a dextris eſt proprium homini quando eſt:& bipes per reſpectum ad æquum

Diffi. Genus eſt quod de pluribus differētibus ſpetie in eo quod quid eſt prædicatur.

In eo quod quid eſt prædicari talia dicuntur:quæcunq; conuenit reddere eum qui interrogatus eſt quid eſt quod propoſitum eſt.

Diffi. Accidens eſt quod neq; diffinitio neq; proprium:neq; genus eſt:in eſt autem rei.

Diffi. Accidens eſt quod contingit ineſſe cuilibet uni & eidem: & non ineſſe.

Eſt accidentis diffinitio ſecunda melior. quia ſcilicet in ea nō oportet ſcire quid ſit diffinitio quid proprium & cætera prædicabilia.quod oportet in prima.

Nihil prohibet accidens:& quando:& ad aliquid fieri proprium: ſimpliciter autem proprium non erit.

Capi.v. Idem tripliciter diuiditur:aut enim numero:aut ſpetie:aut genere.

Idem numero ſunt quorum nomia plura:res autē una:ut tunica & ueſtis.

Spetie eadem ſunt quæ cum ſint plura: in differentia tamen ſecundum ſpetiem ſunt idem.

Genere eadem ſunt quæcunq; ſub eodem genere ſunt.

Ab eodem fonte aqua nullo modo differt. ſcilicet ſpetie ab alia:q̄ q̄ ua/lidior eſt ſimilitudo. ſcilicet ipſius q̄ alterius fontis. quia non ſepara/mus ab his quæ ſecundum unam ſpetiem quolibet modo dicuntur.

Maxime & indubitanter quod unum eſt numero idem ab omnibus dici uidetur.

Idem numero ſolet aſſignari multipliciter:proprie autem & primo:quan do nomine. ſcilicet ueſtis & indumentum: & diffinitione. ut ſcilicet animal greſſibile:bipes homini. aſſignatum idem fuerit ſecundo quan do proprio: ut ſurſum ferri igni. tertio uero quando accidente. ut ſe/dens ſocrati.

Capi.vi. Neceſſe eſt omne quod prædicatur de aliquo:aut conuerſim præ dicari de re: aut non ſi conuerſim diffinitio uel proprium erit ſi non conuerſim: aut eſt ex his quæ in diffinitione ponuntur: genus aut differentia erit: ſi non ex his quæ in diffinitione ponuntur accidens erit.

Diffinitio ex genere & differentiis eſt.

Capi.vii. Genera predicamentorum ſunt numero decem:quid eſt:qua/le eſt: quantum eſt:ad aliquid:ubi:quando:ſitū eſſe:habere:facere:pati

Semper accidens & genus & proprium:& diffinitio:in unoquoq; horum prædicamentorum erit.

Vnumquodq; positorum in predicamento siue idem de eodem dicatur: siue genus de hoc eodem:quid est significat:quando autem de alio po sito scilicet in alio prædicamento. non quid est significat:sed quãtum: uel quale:uel aliquod aliorum prædicamentorum.

Capi.viii. Nullus proponet qui mentem habeat: quod nulli uidetur: nec proponet quod omnibus manifestum uel pluribus:nam hæc quidem non habent dubitationem:illa autem nemo ponet.

Diffi. Propositio dialectica est interrogatio probabilis aut omnibus aut pluribus aut sapientibus:& his uel omnibus uel pluribus uel maxime notis non extranea.

Quæcunq; sunt opiniones secundum artes:dialectice propositiones sunt:

Diffi. Problema dialecticum est speculatio contendens. idest simul tendens. uel ad electionem uel ad fugam. quod dicitur propter problemata moralia. uel ad ueritatem & scientiam. propter naturalia. aut ut adminiculans propter logicalia: aut aliquid ad huiusmodi propter aliqua minus participalia.

Quædam problematum utilia sunt ad eligendum uel fugiẽdum. ut moralia. quædam ad sciendum tantum. ut physicalia. quædam uero ipsa quidem per se ad neutrum horum. scilicet sunt utilia: adminiculatiua autem sunt ad aliqua talium. ut logicalia.

Plurima propter seipsa nõ uolumus scire:sed ut ꝓpter hæc aliquid aliud cognoscamus.

Sunt quædam problemata quæ dubitationẽ habent utrum sic se habeant uel nõ:eo ꝙ in utrisq; sint rationes uerisimiles:& de quibus cũ sint magna:difficile est unũ quare assignare:ut utrũ mũdus sit æternus uel nõ.

Capi.viiii.Diffi. Positio est opinio extranea alicuius notorum secundum philosophiam. idest alicuius philosophorum. ut quoniam omnia morientur secundum heraclitum.

Quolibet contraria opinionibus sapientis proferente: sollicitum esse stultum est.

Est omnis positio problema:non autem omne problema positio:

Non oportet omne problema nec omnem positionẽ cõsiderare:sed quãdo dubitabit aliquis ratione indigentium:& non pœna sensuue.

Qui dubitant utrum oporteat deos uenerari: & parẽtes honorare uel nõ: pœna indigeant:qui uero utrum nix sit alba uel non:sensit.

Capi.x. Inductio uerisimilior & planior & secũdũ sensum notior & pluribus cõmunior:syllogismus aũt uiolẽtior:uel ad cõtradicẽdũ efficatior

Capi.xi. Instrumẽta per quæ abũdemus syllogismis sũt quatuor:unũ propositiones sumere:secundũ quotiẽs unumqdq; dicitur posse diuidere.

tertium differentias inuenire:quartum ueriſimilitudinis conſideratio.
Aliæ ſũt æthicæ propoſitiones:aliæ phyſicæ:aliæ logicæ:ſimiliter & problemata.
Capi.xii. Eorum quæ ſunt idem ſpetie idem eſt ſenſus.
Si huic quidem aliquid contrarium eſt:illi autem nihil:ut ei quod eſt ſecũdum animam amare odire contrarium eſt:ei autem quod eſt ſecundũ corporalem actum.nihil multipliciter dicetur amare & æquiuocũ erit.
Si unum oppoſitorum multipliciter dicitur:& reliquum multipliciter dicetur. & hoc probat in omnibus oppoſitis.
Quando aduerbium multipliciter dictum fuerit:& caſus multipliciter dicetur:& ſi caſus & ipſum:ut ſi iuſte multipliciter & iuſtũ multipliciter.
Nullum æquiuocum comparabile:uniuocum autem omne comparabile aut enim ſimiliter dicetur:aut magis alterum altero.
Diuerſorum generum & non ſubalternatim poſitorum diuerſæ ſunt ſpecies & differentie.
Capi.xiiii. Si quid his quæ ſunt in eodem genere eſt idem:in eo. ſcilicet genere: ſunt ſimilia.
Vtile eſt ſcire quotiens dicitur:ad non paralogizari & paralogizare.
Omnino uerendum eſt dialecticis ad nomen diſputare:niſi quis aliter nõ poſſit de propoſito diſputare.
Capi.xxv. Similitudinis ſpeculatio utilis eſt & ad inductiuas ratiocinationes & ad ſyllogiſmos ex hypotheſi:& ad diffinitionum aſſignationẽ.
Non facile eſt inducere ignorantibus ſimilia.
Quemadmodum in uno ſimilium ſe habet ſic & in reliquis.

Ex capitulo primo ſecundi libri Topicorum.

Roblematum alia quidem ſũt uniuerſalia alia particularia alia conſtructiua:alia deſtructiua.
Capi.ii. Eſt difficile conuerti quæ ab accidente conuenientem denominationem:a diffinitione autem & proprio & a genere neceſſarium eſt conuerti denominationem.nam ſi alicui animal ineſt: id animal eſt:non autem ſi albedo ineſt id album eſt:nihil enim prohibet ſecundum quid ineſſe in accidentibus:
In problematibus duo ſunt peccata:uel in eo ꝙ mentiuntur dum qđ non ineſt alicui ineſſe dicunt:uel in eo quod poſitam nominationem tranſgrediuntur dum nominibus extraneis res appellant.
Capi.iii. A nullo genere denominatiue predicatio de ſpetie dicitur: ut ſcilicet ſi dicamus albedinem colorari. ſed omnia uniuoce de ſpetiebus genera dicuntur.
Capi.iiii Locus a partibus in quantitate ad ſuum totum ſi in omnibus uideatur diuiſionẽ proferentibus. ideſt ſi enumerentur omnia participaria eius ſygillatim uel ſi in pluribus concedẽdum. ideſt ſi plura ex qui

bus probabiliter potest inferri totum enumerentur. uel uniuersaliter ideſt ſimul. ponere:aut inſtantiam ferre in aliquo non ſic. ſcilicet argu endo cum dictione exceptiua.

Via magis eſt in paucioribus & conſideratio.

Capi.v. Locus a diffinitiõe ad diffinitũ ualet & affirmatiue & deſtructiue Nominationibus res nuncupandum ut plures:quæ autem rerum ſunt huiuſmodi uel non huiuſmodi iam non attendendum ut plures:ut ſanatiuum quidem perfectiuũ ſanitatis:utrum aut. ſcilicet a parte rei. ſanatiuum perfectiuum ſit ſanitatis uel non:non iam ut plures aiunt dicendum ſed ut medici.

Oportet nos tranſferre ad euidentius nomen:euidentiori enĩ facto quod dictum eſt:facilius argumentabilis eſt propoſitio.

Capi.viiii. Locus a genere ad ſpeciẽ ualet deſtructiue:nõ autẽ cõſtructiue.

Locus a ſpetie ad genus ualet cõſtructiue:non autem deſtructiue.

Quæcunq; generi non inſunt nec ſpetiei : quæcunq; uero ſpetiei non inſunt:non neceſſe eſt generi non ineſſe.

Capi.x. Neceſſarium eſt de quibus genus prædicatur:& ſpetierum aliquã prædicari.uel quæcunq; habẽt genus uel denominatiue a genere dicũtur:& ſpetierum aliquã neceſſe eſt habere:uel denominatiue ab aliqua ſpetierum dici.

Capi.xii. Locus ab antecedente ad conſequens ualet cõſtructiue: & locus a conſequente deſtructiue.

Capi.xiii. Scire dicimus preſentia & futura:reminiſci autem non contingit aliud q̃ preteritum.

Capi.xiiii. Sophiſticus modus eſt ducere reſpondentem ad tale ad quod idonei ſumus argumentorum: hoc autem quandoq; eſt neceſſarium: ut cum negante eo qui reſpondet aliquid utilium ad poſitionem:arguens ad hoc ratiocinationes facit:quandoq; apparens neceſſariũ:ut quãdo quidem quod negatur utile uidetur poſitioni:non eſt autem:quandoq; uero neq; apparens neq; neceſſarium:ſed ut redarguere accidit reſpõdenti huncq; poſtremum nodorum oportet cauere:omnino enim ſemotus & extraneus uidetur a dialectica.

Oportet reſpondentem non diſcolum eſſe:ſed ponere quæ utilia ſunt ad poſitionem.

Capi.xv. Quolibet uno conſequentium interempto:interimitur quod in principio eſt dictum.

Capi.xvi Quibus ſubſtantiis neceſſe eſt alterum oppoſitorum tantum in eſſe ut homini ægritudinem aut ſanitatem:oſtendentes quoniam altetum ineſt:uel quoniam non eſt:reliquum oſtendentes erimus.

Capi.xvii Eſt argumentari tranſferentem nomen in orationes uelut magis congruum aſſumere q̃ ut poſitum eſt nomen:ut æquanimum: non

modeſtum:ut poſitum eſt:ſed æquam animam habentem:
Xenocrates dixit bene fortunatum eſſe qui animam habet ſtudioſam:hāc enim uniuſcuiuſq; eſſe fortunam:
Capi.xviii Rerum aliæ ſunt ex neceſſitate:aliæ ut in pluribus:aliæ autem ad utrumlibet.
Si quod ex neceſſitate eſt in pluribus ponatur:manifeſtum eſt q̄ peccauit: ſimiliter ſi quod in pluribus in paucioribus ponatur:& quod ad utrum libet ex neceſſitate uel ut in pluribus.
Sunt ut in pluribus praui homines:boni autem ut in paucioribus.
Si quis idem ſibi accidens eſſe poſuit ut alterum eo q̄ alterum ſit nomen peccauit.
Capi. Eidem contraria ſunt plura. non tamen eodem modo : ſed unū ex parte prædicati:aliud ex parte ſubiecti ut ei qđ eſt amicis benefacere id quod eſt inimicis benefacere:& id quod eſt amicis male:cōtrariū eſt.
Iu unaquaq; coniugatione cōtratiorum unum eorū eſt eligendū:& aliud ſpernendum:& unum boni moris:& unum boni moris:& aliud praui.
Capi.xxi. Impoſſibile eſt contraria eidem ſimul ineſſe.
Mouentibus nobis neceſſe & que in nobis ſunt omnia moueri.
Idem contrariorum eſt ſuſceptibile.
Aduerte pro intellectu conſequentium regularium q̄ duplex inuenitur conſequentia:una m ipſo:alia in contrario:& quælibet eſt duplex.quæ dam terminorum:alia propoſitionum conſequentia in ipſo propoſi/ tionum eſt quando eodem ordine ſeruato antecedens infert cōſequēs. & oppoſitum antecedentis infert oppoſitum conſequentis.Conſequē tia in ipſo terminorum eſt quando in antecedente aliquod prædicatū dicitur de ſubiecto:& in conſequente oppoſitum prædicati dicitur de oppoſito ſubiecti:conſequentia in contrario propoſitionum eſt quando antecedens infert conſequens:& ex oppoſito conſequentis infertur oppoſitum antecedentis.Conſequentia in contrario terminorum eſt quando aliquod prædicatum dicitur de ſubiecto in antecedente:& oppoſitum de ſubiecti dicitur de oppoſito prædicati in conſequente:& dicitur cōſequentia in ipſo quia ſeruatur idem ſitus & idem ordo in antecedente & cōſequente. dicitur uero in contrario propter euerſum ſitū antecedentis & conſequentis:iſta poſſunt colligi ex textu.
Capi.xxii Conſequentia in contrario & interimenti & conſtruenti ualet in contradictoriis terminis & propoſitionibus:non autem in ipſo. niſi ratione materiæ:ut in terminis conuertibilibus.
In contrariis ualet cōſequentia in contrario ſed raro:niſi ſi contrarium cō trariū ſequitur. Et hoc eſt gratia materiæ:quia ſcilicet habent modū to tius integralis & partis eius unde bene ſequitur:euexia ideſt bona ha/ bitudo eſt ſanitas : ergo ægritudo eſt cachexia ideſt mala habitudo.

In contrariis ualet consequentia in ipso quatuor scilicet conditionibus seruatis quas innuit: prima ꝙ ponatur constantia subiecti consequētis: secunda ꝙ arguatur in prædicatis per se & in abstracto tertia ꝙ extrema unius contrarietatis non contineantur sub eodem cum membro alterius contrarietatis quarta ꝙ in utraq; sit idem modus oppositionis.

Non est in priuationibus in contrario sed in ipso consequentiam necessarium semper fieri.

Consequentia in ipso ualet in priuatiue oppositis: talibus conditionibus seruatis, prima ꝙ ponatur constantia subiecti cosequentis secūda ꝙ arguatur in prædicationibus per se tertia ꝙ priuatio superioris habitus restringatur per habitum inferioris priuationis. Ideo non sequitur uidens est sentiens ergo cæcus est insensibilis: sed bene sequitur igitur cæcus est insensibilis sensu uisus similiter ualet consequentia in ipso propositionum in priuatiuis ultima conditione seruata.

In his quæ sunt ad aliquid ualet consequentia in ipso: tribus scilicet primis conditionibus seruatis quæ dictæ sunt in consequentia contrariorum & quarta ꝙ arguatur in relatiuis secundum rem: ut ex textu colligitur.

Capi. xxiii. Coniugata dicuntur secundum eandēm coniugationem omnia: ut iustitia iustum iuste.

Casus sunt ut iuste a iustitia: & fortiter a fortitudine.

Vno ostenso prædicato de quolibet eorum quæ secundum eandem coniugationem dicuntur: & de reliquis ostensum est: ut si iustitia laudabilium est & iustus & iustum & iuste laudabilium.

Capi. xxiiii. In generationibus & corruptionibus & efficientibus & corrūpentibus: & constructi & interimenti ualet locus: ut quorum generationes sunt bonæ: & ipsa sunt bona: & quorum malæ mala.

In corruptionibus ualet ecōtrario: si enim corruptiones bonæ ipsa mala sunt: si malæ: bona similiter in efficientibus & corrumpentibus: quorū enī effectiua bona: & ipsa bona: & quorū corruptiua bona & ipsa mala.

Contingit plura scire: intelligere autem non.

Capi. xxvi. In similibus si similiter se habent: ualet locus: nam si in aliquo similium se habet & in aliis.

Ca. xxvii. Sūt eius qđ ē magis loci quatuor unus ē si magis seqtur magis: ut si uoluptas bonū & magis uoluptas magis bonū. Et ualet ut dicitur in textu duabus conditionibus positis: prima ꝙ sit in his quæ suscipiūt magis & minus secunda ꝙ in prædicationibus per se & in abstracto.

Secūdus locus uno de duobus dicto: si cui magis uidetur inesse non inest: nec cui quod minus: & si cui qđ minus uidetur inesse inest: & cui magis

Tertius locus: duobus de uno dictis: Si quod magis uidetur inesse nonineſt: nec quod minus: Si uero quod minus uidetur inesse inest:

quod magis.

Quartus locus duobus de duobus dictis si quod alteri magis uidetur in/esse non ineſt:neq; quod reliquum reliquo:aut si quod minus uidetur alteri ineſſe ineſt:& reliquum reliquo:

Eius quod eſt ſimiliter ſunt loci tres:primis quando unum duobus ſimiliter ineſt:aut uidetur ineſſe:ſi alteri non ineſt neq; alteri:ſi alteri autem ineſt & reliquo.

Secundus locus ſi duo eidem ſimiliter inſunt ſi alterum non inſit nec reliquum:ſi autem alterum:& reliquum.

Tertius locus ſi duo duobus ſimiliter inſunt: ſi alterum alteri non ineſt neq; reliquum reliquo:ſi autē ineſt alterum alteri & reliquum reliquo.

Capi.xxviii. Locus ex appoſitiõe ualet: nam ſi alterum alterum appoſitũ facit bonum uel album quod nõ fuit prius bonum uel album quod appoſitum eſt erit bonum uel album.

Secundus locus ſi hoc quod erat appoſitum magis facit tale quale erat & ipſum erat huiuſmodi.

Vt dicitur in textu iſte locus ſecundus tenet in iis quæ ſuſcipiunt magis & minus:& non tenet deſtructiue:primus uero locus requirit tres conditiones:prima eſt q̃ õppoſitum ſit ſuſceptiuum denominationis: ſicut illud cui opponitur:unde non ſequitur albedo facit album ideo ipſa eſt alba:ſecunda q̃ arguatur ab effectu ad cauſam totalem & ſufficiẽtem:unde non ſequitur calidum facit tepidum:ergo eſt tepidum tertia q̃ arguatur in cauſis per ſe & uniuocis:unde nõ ſequitur uinum nõ facit ebrium:ergo eſt ebrium.

Capi.xxviiii Si aliquid magis & minus dicitur. ideſt pædicatur. & ſimpliciter ineſt. ideſt prædicatur & locus non ualet ſcilicet aperte in modo ad deſtruendum.

Quod de aliquo ſecundũ quid. ideſt ſecundum aliquã partem intelligibilem: & quando. ideſt ſecundum tempus: & ubi. ideſt ſecundum locũ. dicitur. ideſt prædicatur. & ſimpliciter dicitur. ideſt prædicatur:& locus iſte dicitur ſecundum quid ad ſimpliciter.

Quod ſimpliciter eſt impoſſibile neq; ſecundum quid neq; quando neq; ubi contingit.

Simpliciter eſt quod nullo addito dicis.

Ex capitulo primo tertii libri Topicorum.

Vod diuturnius & certius magis eligendum eſt:eo q̃ minus huiuſmodi.

Magis eligendum eſt quod eligit prudẽs uel bonus uir:uel lex recta:uel ſtudioſi circa ſingula dicti in eo q̃ tales ſũt:uel in uno quoq; genere ſcientes uel quæcunq; plures uel omnes.

Omnia bonum appetunt.

Magis eligendum:& ſimpliciter melius eſt quod ſecundum meliorem di ſciplinam.alicui autem ſecundum propriam:

Magis eligendum quod in genere. ſcilicet moris. eſt,ſcilicet per ſe eo qđ non eſt in genere. ſcilicet per ſe ut iuſtitia iuſto:nam hoc quidem in ge nere bonum:illud autem non:& hoc quidem bonum.illud autem nó: nihil enim dicitur genus quod non eſt in genere:ut albus homo non eſt color.

Magis eligendum quod propter ſe eligendum eo quod propter aliud: & quod per ſe eo quod per accidens.

Amicos iuſtos eſſe per ſe eligimus:& ſi nihil nobis debeat fieri:& ſi in in dia ſint:inimicos autem propter alterum.ut nihil nos noceant.

Capi.ii. Cauſa boni per ſe magis eſt eligenda ea quæ eſt per accidens ut uirtus q̃ fortuna.

Quod per ſe eſt cauſa mali magis fugiendum eo quod eſt per accidens:ut uitium q̃ caſus.

Quod per ſe bonum:eo quod alicui bonum eſt magis eligendum : ut ſa/ num fieri q̃ ſecari:& quod natura bonum eſt eo quod non natura:ut iu ſtitia iuſto:hoc enim natura:illud autem acquiſitum.

Quod meliori & honorabiliori ineſt magis eligendum :ut quod deo q̃ homini:& animæ q̃ corpori.

Quod melioris proprium eſt melius eſt q̃ quod peioris ut quod dei q̃ qđ hominis.

Quod in melioribus uel in prioribus uel in honorabilioribus eſt:melius eſt:ut ſanitas robore & decore:nam hæc quidem in humidis & ſiccis ex quibus prius conſtitutum eſt animal:illa uero in poſterioribus:nam ro bur in neruis & oſſibus:decor autem membrorum quædam commen/ ſuratio uidetur eſſe.

Finis his quæ ſunt ad finem magis eligendum uidetur eſſe.

Quod ad uitæ finem contendit magis appetibilius eſt q̃ quod ad aliquid aliud:ut quod ad beatitudinem contendit & poſſibile impoſſibili.

Duobus effectiuis exiſtentibus cuius finis melior:ipſum melius eſt.

Quando plus finis ſuperat finem q̃ ille. ſcilicet finis ſuperaturus. propri- um effectiuum:quod eſt ex effectiuo melius eſt ſine : ut beatitudo plus ſuperat ſanitatem q̃ ſanitas ſanatiuum:quia effectiuũ beatitudinis me- lius ſanitate:nam quantum beatitudo ſuperat ſanitatem : tantum effe ctiuum beatitudinis ſanatiuum.

Quod melius eſt per ſe & honorabilius & laudabilius magis eligendum q̃ quod propter aliud ut amicitia diuitiis:nullus enim honorat diuiti/ as propter ſe ſed propter aliud:amicitiam uero propter ſe:& ſi nihil no bis debeat ab ea aliud eſſe.

Capi.iii. Quando duo aliqua fuerint ualde ſibimetipſis ſimilia:& non po

terimus præeminentiam aliquam alterius ad alterum conſpicere: uidẽ dum ex his quæ ſequuntur: nam cui conſequens eſt magis bonum: hoc magis eligendum: ſi autem conſequentia mala: cui conſequens eſt minus malum magis eligendum.

Si ad unum duo ſecundũ prius & poſterius ſequntur melius eſt plærunq; quod poſterius ſequitur: ut diſcere quidem prius ignorare: ſcire autem poſterius ſequitur.

Plura bona paucioribus ſunt eligenda: niſi ſint propter alterum.

Quæ cum uoluptate poſſidentur magis ſunt eligenda q̃ quæ ſine uoluptate: & quæ ſine triſticia q̃ que cum triſtitia.

Non bona bonis nihil prohibet eſſe magis eligenda: ut beatitudo & aliquid aliquid quod nõ eſt bonum, ſcilicet parua triſtitia quæ ſcilicet neq; eſt bona neq; mala. iuſtitia & fortitudine. beatitudo eni & praua triſtitia ſimul nõ ſunt bona.

Vnumquodq; in quo tempore magis ualet hoc etiam magis eligendum ut prudentia in ſenectute magis q̃ in iuuentute: magis enim in ſenectute ualet: fortitudo antem econtrario

Nemo iuuenes eligit duces eo quod non conſtat ipſos eſſe prudentes.

In iuuene magis neceſſaria ſecundum fortitudinem operatio: ſimiliter & temperantia: magis enim iuuenes q̃ ſenes a concupiſcentiis moleſtantur.

Quod omni tempore uel in pluribus utilius magis eligendum: ut iuſtitia & temperantia fortitudine nã hæc ſemper: illa aũt aliquando utilis.

Quo habito altero non indigeremus magis eligendum: q̃ quo habito altero indigeremus: ut iuſtitia fortitudine.

Si omnes eſſent iuſti nihil utilis eſſet fortitudo: ſi uero omnes eſſent fortes utilis eſſet iuſtitia.

Quorum corruptiones & abiectiones & contraria magis fugienda: ipſa magis eligenda in generationibus autem & aſſumptionibus eſt econtrario.

Capi. iiii. Quod proximum & ſimilius bono melius & magis eligendũ.

In duobus ſi hoc quidem meliori illud autem peiori ſit ſimile erit melius quod meliori ſimile: ſi tamen ſit ſimilius in bonis & non in ridiculoſioribus: ut ſimia homini q̃ equus.

Quod nobilius eſt eo quod minus tale: & quod magis difficilius eo qd minus: magis eligendum.

Amamus magis quod difficile habemus q̃ quod eſt facile ſumere.

Quod magis proprium eo quod communius: & quod magis in communius & quod nulla difficultas ſequitur q̃ quod ſequitur magis eligẽdũ

Notandum q; hæc conſideratio non eſt cõtra illud primi æthicorum bonum quanto communius tanto diuinius: nam iſta conſideratio debet

intelligi de bono communi circa quod usus unius impedit usum alterius: sicut si esset æquus communis in aliqua ciuitate: sed illud primi æthicorum intelligitur de bono communi quod potest possideri simul. sicut est pax regni: & tale bonum est magis eligendum quam bonum proprium quod ab uno solo possidetur. si hoc. scilicet simpliciter dictum. illo. scilicet simpliciter dicto. melius & optimum eorum quod in hoc. scilicet genere. melius est eo quod in altero: scilicet est genere. optimum: & si optimum optimo melius: & simpliciter hoc illo melius. Ex hoc loco colligitur quod communiter dicitur: sicut se habet simpliciter ad simpliciter ita magis ad magis & maximum ad maximum.

Quæ amicos magis participare: q̃ quæ non: & ad amicos magis agere uolumus q̃ quæ ad quemlibet: hæc magis eligenda.

Quæ ex circunstantia sunt necessariis sunt meliora: aliquando autem magis eligenda: melius est enim bene uiuere quod est ex circunstãtia quã uiuere quod est necessarium.

Aliquando quæ sunt meliora non magis eligenda ut philosophari melius quam ditari: sed non magis eligendum indigenti necessariis.

Posse quod non est ab alio magis eligendum quam quod est ab alio.

Si hoc sine illo eligendum: illud autem sine hoc non: magis eligendum primum: ut potestas. scilicet ciuilis sine prudentia non eligenda: prudentia sine potestate eligenda.

Capi. v. Duorum si alterum negamus: ut reliquum uideatur nobis inesse illius eligendum est magis quod uolumus uideri nobis inesse: ut studere negamus ut ingenioſi uideamur.

Cuius absentia minus increpanda grauiter ferentibus: & cuius absentia magis increpanda non grauiter ferentibus: hoc magis eligendum.

Si hoc facit bonum illud cui adest: illud autem non facit: magis eligendum quod facit: & si utrunq; facit: quod magis facit: aut quod melius & principalius.

Eorum quæ sunt sub eadem spetie: quod habet propriam uirtutem magis eligendum quam quod non habet: utriſq; autem habentibus quod magis habet.

Capi. vi. Cuius superabundantia magis eligenda: ipsum magis eligendũ ut amicitia pecunia:

Cuius magis eligit quis se causam esse quã cuius alterum. scilicet eligat esse causam. magis eligendum: ut amicos pecuniis magis eligimus:

Quod appositum toto totum magis eligẽdum facit id magis eligendũ hunc locũ ut dicit textus protẽdere non debemus ad ea i quibus altero appositoꝝ utitur cõmune utriq;: uel alteꝝ quolibet modo ei cõparatur nam serra & falce utitur ars fabricatoria: & serra falci consotiata magis

eligenda:non tamen ſimpliciter ſalcem magis eligimus.

Quo ablato ab aliquo quod reſtat eſt minus bonum: illud magis eligendum erit quod ablatum reliquum magis facit.

Capi.vii Quod propter ſe eligitur magis eligendum:q̃ quod propter gloriam:ut ſanitas decore.

Diffinitio eius quod eſt ad gloriam hæc eſt: quod nullo conſciente non feſtinat ineſſe.

De duobus quod propter ſe magis eſt honorandum:hoc etiam melius & magis eligendum.

Quod ad omnia uel plura eſt utile:eſt magis eligẽdum eo quod nõ ſic ſit.

Quod propter melius eſt magis eligendum: ut quod propter uirtutes q̃ quod propter delectationem.

Magis fugiendum eſt quod impedit uirtutes:ut ægritudo fœditate:nam uoluptatis & eius quod eſt ſtudioſum eſſe:prohibentior eſt ægritudo.

Capi.viii. Quod naturaliter eſt bonum:palam quoniam eſt eligendum.

Ex hypotheſi eſt probare:ſi uni ineſt & omni ineſſe:uel nõ ineſſe:ut ſi ánima unius hominis eſt immortalis: & alias immortales: ſi autem hæc non:nec alias.

Capi.viiii. Quod natura tale:magis eſt tale q̃ quod non natura tale:ſi hoc quidem facit tale cuicunq; ineſt illud autem non:magis erit tale quod facit q̃ quod non facit.

Si duorum utrunq; facit tale quod magis facit hoc magis tale.

Quo ablato reliquum eſt minus tale:ipſum eſt magis tale.

Quæ ſunt contrariis impermixtiora magis talia ſunt:ut albius nigro impermixtius. Ex hac propoſitione colligi poteſt q̃ in formis habẽtibus contrarium cauſa ſuſcipiendi magis & minus ſumitur ex permixtione contrarii cum contrario:& ex depuratione contrarii a contrario.

Quod magis ſuſcipit propriam propoſiti rationem:id magis tale:ut quia albi eſt ratio color diſgregatiuus uiſus:albioris eſt color magis diſgregatiuus uiſus.

Capi.x. Vniuerſaliter interi mentes & conſtruentes particulariter etiã mõſtramus:nam ſi omni ineſt & alicui:& ſi nulli:nec alicui.

Propoſitiones ex primo capitulo quarti libri Topicorum. Ariſtotelis.

Iponatur genus alicuius ſpetiei:inſpiciendum ſi de omnibus quæ ſunt ſub eadem ſpetie prædicatur ſi non:non eſt genus:deinde ſi in eo quod quid ſit prædicatur: ſi ſub eadem diuiſione. ideſt eodem prædicamento genus eſt ipſi ſpetiei:ſi non:non eſt genus.

Rurſum inſpiciendum eſt ſi cõtingit genus participare quod poſitum eſt

ſub genere:ſi ſic:non eſt genus.

Participare eſt ſuſcipere participati rationem: unde ſpecies participant genera:non autem econtra.

Si de aliquo aſſignata ſpecies uera eſt:genus autem non: & ſi nullam ſpeciem cõtingit participare quod poſitum eſt in genere:& ſi de pluribus dicitur q̃ genus quod in genere poſitum eſt & ſi genus de æqualibus & ſpecies dicantur:& ſi genus ſit eorum quæ non differunt ſpecie ſed numero:non eſt genus quod dictum eſt.

Capi.ii. Conſiderandũ eſt ſi quod aliud genus eſt aſſignatæ ſpetiei quod neq; continet aſſignatum genus:neq; ſub illo eſt:ſi ſic:non erit genus: & ſi de ſpetie in eo quod quid eſt prædicatur & de quibus ſpecies prædicatur:& ſi rationes generum apropriantur ad aſſignatam ſperiem:ſi non:non eſt genus.

Capi.iiii. Rurſum ſi quis differentiam aſſignauit ut genus: ut immortale genus dei:non recte genus aſſignauit.

Differẽtia eſt animalis immortale:eo quod animalium alia mortalia:alia immortalia.

Si quis ponat differentiam ſub genere:male aſſignauit;

Differentia non participat genus:nam omne quod participat genus ſpecies eſt uel indiuiduum.

Si genus ſub ſpetie & differentia ſub ſpetie:& genus ſub differentia ponatur:& ſi nulla differentia generis prædicatur de aſſignata ſpetie:& prior natura ſpecies:& ſimul interimat genus:& ſi contingit ſpetiem amittere dictum genus uel differentiam:& ſi quod in genere poſitũ eſt participat aliquid contrarium generi:& ſi æquiuoca ſpecies generi:& ſi genus tranſumptiue dictum eſt:non genus aſſignatum eſt.

Capi.v. Oportet contraria in eodem genere eſſe ſi nihil ſit contrarium generi.

Si omnino in nullo genere eſt quod ſpetiei eſt cõtrarium: ſed eſt ipſum genus:non aſſignatur genus.

Si cõtrarium eſt alicui genus & ſpecies:& ſi horum quidem eſt medium: illorum autem nihil:non eſt genus:nam ſi generum eſt medium & ſpecierum:& ſi ſpetierum & generum:& utriſq; ſimiliter eſt medium: aut ſecundum negationem aut ſecundum ſubiectum.

Inſtãtia fit quoniam ſanitatis & ægritudinis.quæ ſcilicet ſunt ſpecies nõ eſt medium boni autem & mali eſt.quæ ſcilicet ſunt genera poteſt dici q̃ regula non intelligitur uniuerſaliter:ſed ſolum in moralibus eſt uniuerſaliter uera:non autem in naturalibus.

Quando non eſt contrarium generi ſed ſpetiei:conſiderandum non tantum ſi cõtrarium ſit in eodem genere:ſed etiam ſi mediũ:in quo enim ſunt ſumma & mediumſi ſic non eſt:non erit genus.

Instantia fit quoniam egestas & superabundantia in eodē in malo enim ambo:mediocre autem cum sit medium horum in bono est. Soluitur q̄ uirtus non est medium per participationem de quo datur considera tio:sed per abnegationem:& hoc considerando ipsam quantum ad ra tionem boni quam habet per conformitatem ad rationem:sed si uir tus consideretur quo ad substantiam habitus & respectu circunstantia rum dicitur medium per participationem:

Considerandum si genus quidem cōtrarium est alicui:species autem nulli:si non:non est genus:

Instantia fit quoniam sanitas ægritudini contraria:febris autem cum sit ægritudinis species nulli contraria: similiter & ophthalmia. Soluitur quia consideratio non intelligitur uniuersaliter:sed quando uterq; cō trariorum habet species:unde instantia non ualet:quia cum ægritudo habeat species:eius contrarium scilicet sanitas non habet speciem.

Capi.vi. In casibus & coniugatis similiter sequitur. scilicet terminare pro blema generis. interimenti & construenti:similiter enim uni & omni bus insunt:ut si iustitia disciplina quædam:& quod fit iuste & disciplinate:& iustus erit disciplinatus:si autem horum aliquid non est genus: nec reliquorum.

Si unum similium est genus ad reliquum:ita alterum ad alterum.

Si generatio unus est genus generationis alterius:etiam unum est genus alterius:ut si ædificare est operari:ædificasse est operatum esse:similiter se habet & in corruptiōibus & in generatiuis:& in corruptiuis:& in po tentiis:& usibus.

Capi.vii. Si priuatio sit quod oppositum est speciei:si in assignato genere est oppositum:non est assignatum genus.

Priuatio aut in nullo genere est simpliciter: aut non in ultimo genere cum specie:ut si uisus in ultimo genere est sensus:cæcitas non erit sensus.

Si generi & speciei opponitur priuatio:si non est oppositum. scilicet genere. in opposito. scilicet speciei. nec quod assignatum est. scilicet genus. in assignato erit. ideest in specie.

Si oppositum in opposito:& propositum in propositio:ut si cæcitas insensibilitas quædam:& uisus sensus est.

Capi.viii. In contradictoriis considerandum si superius ponitur genus inferioris:an negatio inferioris sit genus negationis superioris:si non: non est genus.

Si affirmatio sit genus affirmationis: opposita negatio est genus oppositæ negationis:ut si bonum sit genus suauis:non suaue erit genus nō boni.

Capi.viiii. Si species ad aliquid est:& genus erit si autem genus est ad ali

quid:non neceſſario erit ſpecies ad aliquid: nam diſciplina ad aliquid eſt:grammatica autem non.

Inſtantia ſit quia uirtus eſt ſpecies boni & pulchri:& uirtus quidem ad aliquid eſt:bonum autem & pulchrum non ad aliquid: ſed qualia ſunt.

Soluitur quia inſtantia datur in relatiuis ſecundum dici:& regula intelligitur in relatiuis ſecundum eſſe.

Pro ſequenti conſideratione ſciendum q̄ licet genus & ſpecies ſint diuerſa relatiua & referantur ad diuerſa correlatiua immediate: genus tamē mediate refertur ad correlatiuum ſpeciei.

Si non ad idem dicitur ſpecies & ſecundum ſe & ſecundum geuus:nō erit aſſignatum genus.

Si non ad idem dicitur ſpecies & ſecūdum genus & ſecundum omnia generis genera:non erit genus.

Inſtantia ſit quoniam non neceſſe eſt ſecundum ſe: & ſecundum genus ſpetiem ad idem dici:nam ſcientia ſcibilis dicitur:habitus autem & diſpoſitio non ſcibilis:ſed animæ. Inſtantia non ualet quia datur de relatiuis ſecundum dici:& non ſecundum eſſe: de quibus datur conſideratio.

Si non ad æqualia dicitur genus & ſpecies:non eſt aſſignatum genus:

Diffi. Datio genus eſt doni:nam donum eſt datio irreddibilis.

Eorum quæ dicuntur ad aliquid: alia quidem ſunt ex neceſſitate in illis aut circa illa ad quæ dicuntur ut habitus & diſpoſitio in illis ad quæ dicuntur:alia non neceſſe quidem in illis eſſe:contingit autem ineſſe:ut ſcibile eſt in anima:nihil enim prohibet & ſui ſcientiam habere animā: non neceſſarium autem eſt: alia uero ſimpliciter non contingit ineſſe illis ad quæ dicta ſunt:ut contrarium in contrario:neq̄ ſcientiam in ſcibili:niſi ſit ſcibile homo uel anima.

Si genus aſſignatum ſe habet aliquo iſtorum modorum ad ſuum correlatiuum & non ſpecies:non eſt aſſignatum genus.

Capi.x. Si habitum genus actus:& actū genus habitus ponat aliquis:non aſſignat genus:

Si quis habitum conſequentem potentiam ordinat ut genus peccauit:

Non contingit idem. ſcilicet genus. amplius permanere:ſi quod ex ſpetie omnino permutatum ſit:ſicut nec idem animal quandoq̄ hominē eſſe contingit quandoq̄ non.

Si aſſignatum pro genere & cui aſſignatur in aliquo eodem nata ſunt fieri: recte aſſignatum eſt:in quo enim ſpecies & genus:ſi uero non: non eſt aſſignatum genus:ut ſi uerecundiam timorem dicant:aut iram triſticiam:non accidit enim in eodem ſpetiem & genus eſſe: nam uerecundia quidem in rationabili:timor in animoſitate:triſticia in concupiſcibili:ira in animoſitate.

Capi.xi. Si ſecundum quid genus dictum: ſpeties ipſa participat: non eſt aſſignatum genus.

Conſiderandum eſt ſi in aliquibus participatur genus ut pars. ſcilicet integralis. ſi ſic non eſt aſſignatum.

Nullo modo pars prædicatur de toto: quare nō erit corpus genus animalis: eo quod pars eſt.

Videndum eſt ſi quis aliquid uituperabilius in potentia aut poſſibile: ut genus poſuit: ſi ſic: non aſſignauit genus ut ſi detractorem uel latronē ponat eum qui ualeat latenter extranea furari: nemo enim prædictorū in eo quod poſſit aliquid horum talis dicitur.

Poteſt deus: & ſtudioſus: praua facere: ſed non ſunt huiuſmodi nam omnes praui ſecundum appetitum: uel melius. ſecundum electionem dicuntur. ut textus græcus habet.

Omnis poteſtas eſt eorum quæ eligenda ſunt: nam & prauorum poteſtates eligendæ: eo q̄ deum & ſtudioſum habere eas dicimus. poſſunt enī praua agere.

Nullius uituperabilis erit poteſtas.

Si quis propter ſe eligibilium uel honorabilium: poteſtatem uel poſſibile: uel effectiuum ut genus poſuit non aſſignat: nam omnia huiuſmodi propter aliud eligenda.

Si quid eorum quæ ſunt in duobus generibus aut plurib⁹ in alterum poſuit: non aſſignat: ut detractorem & ſeductorem: neq̄ enim qui appetit impoſſibilia non potens autem: aut neq̄ qui poteſt non appetens autē detractor eſt: ſed qui utraq̄ hec habet. Notandum tamen q̄ idem ſecūdum idem conformiter & uniuoce non poteſt eſſe in diuerſis generibus: quia diuerſorum generum & non ſubalternatim & cetera. tamen idem ſecundum diuerſa quæ in ipſo ſunt: aut etiam ſecūdum idem nomen æquiuoce poteſt poni ſub diuerſis generibus non ſubalternatis.

Capi.xii. Si genus quidem ut differentiam: differentiam uero ut genus aſſignant: non recte aſſignant.

Diffi. Stupor admiratio eſt uehemens.

Diffi. Fides opinio eſt uehemens.

Si quis paſſionem in genus paſſi ponit: peccat aſſignando genus: ut ſi immortalitatem uitam ſempiternam dicat: paſſio enim uitæ immortalitas eſt.

Si quis concedet ex mortali aliquem fieri immortalem: palam q̄ nullus eum dicit aliam uitam ſumere: ſed caſum aliquem uel paſſionem huic eidem aggregari.

Si paſſionem illius cuius eſt paſſio dicunt eſſe genus: non aſſignāt genus: ut quoniam uentus eſt aer mobilis: magis enim motus aeris uētus eſt.

Si quod aſſignatū eſt nullius eſt genus: neq̄ genus erit: ut album nullius

erit genus.

Si ponatur genus quod omnia ſequntur non erit genus:ut ens & unum.

Si ens genus aſſigneuerimus:omnium erit genus:eo quod prædicatur de eis:de nullo enim genus niſi de ſpetiebus prædicatur: quare & unum erit ſpecies entis:accidet ergo de omnibus de quibus genus prædicatur & ſpetiem prædicari :eo quod ens & unum de omnibus ſimiliter prædicantur.

Si in ſubiecta ſpetie aſſignatum genus dicitur. tanq̃ ſcilicet accidens ut album in niue:non erit genus.

Si non uniuocum ſit genus ſpetiei:non erit genus.

Capi.xiii. Si genus ſuſcipit magis & minus : ſpecies autem non ſuſcipit: non erit genus.

Capi.xiiii. Separandum eſt genus a differentia:quoniam genus de pluribus dicitur:quam differentia.Et quoniam ſecũdum interrogationem eius quod eſt quid eſt magis conuenit genus quam differentiã dicere: & quoniam differentia quidem generis qualitatem ſemper indicat: genus autem differentiæ non.

Non oportet ſemper ſi aliquid ſequitur ad aliud non cõuertibiliter ꝙ ſit illud genus:quoniam non ens ſequitur omne quod ſit & non conuertitur:ſed tamẽ nõ ens nõ eſt genus eius:nõ enim ſunt nõ entis ſpecies.

Aduerte ꝙ in rebus ſucceſſiuis exemplum iſtius conſiderationis non habet ueritatem:quia in huiuſmodi rebus ſuum eſſe in fieri conſiſtit : atq; in quadam ſuarum partium ſucceſſione ad inuicem : ut quando fiunt ſunt entia:res enim ſucceſſiuæ dicuntur illæ quibus repugnat omnes partes ſimul permanere:ut motus & tempus:in rebus ergo permanentibus ſolummodo habet ueritatem.quia dum res permanens eſt in fieri:nondum habet eſſe:nam ſi ſic:non amplius fiet:nam habito fine uel forma ceſſat motus & generatio : ut dicitur in primo & generatione com.lv.

Ex capitulo primo quinti libri Topicorum.

Roprium:aut ineſt per ſe & ſemper aut:ad aliud & quando.

Diffi. Per ſe proprium eſt quod ad omnia aſſignatur:& ab omni ſeparat.

Diffi. Proprium ad aliquid eſt quod non ab omni ſeparat: ſed ab aliquo ſtatuto determinat.

Diffi Proprium ſemper eſt quod ſecundum omne tempus uerum eſt & nunquam relinquit ſuum ſubiectum.

Diffi Proprium quando eſt quod ſecundum aliquod tempus uerum eſt: & non ex neceſſitate ſemper conſequitur:

Si non ad omnia. ſcilicet ſub ſpetie. inſit: & ab omni ſeparat:non erit proprium per ſe bene aſſignatum.

Si non ineſt ſiue non inſuit ſiue non inerit:non erit proprium ſemper.

Capi.ii. Si non per notiora poſitum eſt proprium:& ſi omnino ignotius illo cuius eſt propriu:non erit bene poſitum proprium.

Propter noticiam proprium facimus:nam diſcendi cauſa & proprium & diffinitiones facimus.

Capi.iii. Si aliquod nouum quod in proprio fuit aſſignatum multipliciter dicitur uel etiam tota oratio, ideſt deſcriptio in qua ponitur proprium. multipliciter dicitur:non erit bene poſitum proprium.

Quod multipliciter dicitur obſcurum facit quod dictum eſt

Capi.iiii. Si frequenter idem dicitur in proprio. ſcilicet implicite: nõ erit bene aſſignatũ proprium:ut ſi corpus tenuiſſimũ mobile ſurſum proprium ignis:hoc enim frequenter dixit corpus.

Conturbat audientem quod frequenter dicitur.

Capi.vi. Si plura propria quis aſſignet eiuſdem:non determinans quoniam plura ponit:non bene erit poſitum proprium:ut ſi corpus tenuiſſimum & leuiſſimum proprium ignis.

Quemadmodum in diffinitionibus nihil oportet præter ea quæ indicãt ſubſtantiam orationi adiacere:ſic nec in propriis præter eam quæ facit proprium nihil coaſſignandum eſt orationi.

Capi.vii. Si eodem quis uſus eſt cuius proprium aſſignauit:aut aliquo eorum quæ ſunt eius:non erit bene proprium poſitum:ut ſi animalis proprium ſubſtantiam:cuius ſpecies eſt homo.

Capi.viii. Si in aſſignando proprium quis oppoſito aut omnino ſimul natura: aut poſteriore aliquo uſus fuerit:non erit bene poſitum proprium:ut qui dixit boni proprium:quod maxime malo opponitur:oppoſito uſus eſt boni. ſcilicet malo.

Quod ſimul eſt natura & poſterius:non faciet notius.

Oppoſita ſunt ſimul natura.

Si quod nunc proprium eſt aſſignas non determinauit quoniam nũc proprium aſſignauit: non erit bene proprium poſitum.

Quod extra morem ſit omnem:ſemper determinatione indiget:& nõ eſt danda increpationis occaſio.

Si quis tale aſſignauit proprium quod manifeſtum non eſt aliter ineſſe q̃ ſenſu:non erit bene poſitum proprium.

Omne ſenſibile ex ſenſu factum incertum ſit: dubium eſt enim ſi adhuc. ideſt poſtq̃ remotũm eſt a ſenſu ineſt:eo quod ſolo ſenſu cognoſcitur.

Capi.x. Si quis diffinitionem ut proprium aſſignauit:non erit bene poſitum proprium:non enim oportet indicare quid eſt eſſe proprium.

Capi.xi. Si de quo ſubiectum & proprium prædicatur:aut econuerſo:erit bene poſitum proprium:ſi non:non erit bene poſitum:unde hic locus deſtruenti & conſtruenti utilis eſt.

Si ſubiectum propriũ aſſignauit eius quod in ſubiecto dicitur non erit proprium.

Si ſecundum participationem. Id eſt ſecundum partem formalem rei quæ eſt differentia aſſignauit proprium: non erit proprium.

Quod ſecundum participationem ineſt ad quid eſt eſſe conducit: & erit huiuſmodi differentia quædam de aliqua ſpetie dicta. Hic accepit porphirius quod dixit: differentia eſt quæ conducit adeſſe.

Si non contingit ſimul ineſſe proprium: ſed poſterius uel prius q̃ ſubiectum cuius eſt: non erit proprium.

Si eorundem in eo q̃ eadem ſunt non eſt idem proprium non erit proprium.

Vtilis eſt hic locus & in accidente: nam hiſdem in eo quid eadem ſunt eadem oportet ineſſe & non ineſſe.

Capi. xiii. Si eorum quæ eadem ſunt ſpetie: idem ſpetie eſt ſemper proprium: erit proprium: ſi uero non: non erit.

Capi. xiiii. Quod ineſt alicui cui accidit aliquid: & accidẽti inerit ſumpto cum eo cui accidit: & econtra: ut quod ineſt homini & albo homini inerit: & econuerſo.

Non eſt diuerſum uel idem ſimpliciter cui accidit & accidens cum eo cui accidit ſumptum: ſed aliud dicitur eo q̃ diuerſum ſit eis eſſe. Ratio.

Et qui omnino inſtat omnino eſt aduerſandum.

Capi. xv. Nõ é una ſpecies ignis: diuerſum enim eſt carbo & flẽma & lux ſpetie: unúquodq; aũt horũ ignis: & ſubtilior eſt lux carbone & fiãma.

Capi. xvi. Quod eſſe indicat: non proprium: ſed diffinitio eſt.

Si quod totius eſt proprium non uerum eſt de parte: aut per partes non dicitur de uniuerſo: non erit proprium quod aſſignatum eſt proprium: ſi autem uerum eſt de unoquoq; ſimilium partium quod eſt proprium totius: erit proprium: ut terræ proprium deorſum ferri.

Capi. xvii. Si contrarii non eſt contrarium proprium: neq; cõtrarium erit contrarii proprium: ſi uero contrarium contrarii proprium eſt: & contrarii contrarium: proprium erit.

Ad huius loci declarationem ponitur exemplum textus: ut quia iuſtitiæ contrarium eſt iuſtitia: & optimum peſſimo: optimum autem non eſt proprium iuſtitiæ: nec etiam erit peſſimum peoprium iuſtitiæ: ſed bene quia eſt proprium eſſe eligendum: mali proprium erit eſſe fugiendũ unde ut dicit hic locus tenet conſtructiue & deſtructiue.

Si hoc quod ad aliquid eſt eius quod eſt ad aliquid non eſt propriũ: neq; eius quod ad aliquid eſt eius quod eſt ad aliquid erit proprium: ſi uero fuerit: erit proprium. ponit autem exemplum: nam duplum dicitur ad dimidium: & ſuperans ad ſuperatum non eſt autem dupli propriũ ſuperãs: nec erit dimidii propriũ ſuperatũ quia uero unum dicitur ad

duo:& dupli proprium eſt ſe habere ut duo ad unum:erit dimidij pro/prium ſe habere ut unum ad duo:unde tenet hic locus coſtructiue & de ſtructiue:ut dicit.

Si hoc ſecũdum habitum dicitur eſt habitus proprium:& priuationis hoc quod ſecundum priuationem dicitur erit proprium:& econuerſo:ſi uero non:non erit.

Ponit autem exemplum:quia enim uiſus eſt proprium uidere ſecundum q̃ habemus uiſum:erit cæcitatis proprium non uidere:ſecũdum q̃ nõ habemus uiſum apti tamen uidere:quia uero ſurditatis non eſt propri/um inſenſibilitas:neq; auditus proprium erit ſenſus.& hic locus utilis eſt conſtruenti & deſtruẽti.

Si affirmatio uel quod ſecũdum affirmationem dicitur. ideſt prædicatur ſubiecti eſt proprium:non erit negatio:uel quod ſecundum negatio/nem dicitur:ſubiecti proprium:ſi autem ſit negatiò aut quod ſecũdum negationẽ dicitur:ſubiecti propriũ non erit affirmatio neq; qd ſecũdũ affirmationem dicitur.

Hic locus ut dicit textus ſumitur tantum penes prædicata:& eſt ſolum utilis deſtruẽti:quia enim animalis proprium eſt animatum:non erit animalis proprium non animatum.

Si affirmationis affirmatio non eſt proprium: neq; negatio negationis erit proprium:& ſi negatio negationis non eſt proprium neq; affirma/tio affirmationis erit proprium.

Hic locus ut dicit ſumitur tam ex prædicatis q̃ non prædicatis: & tam de ſubiectis quam nõ ſubiectis:& ſolum utilis eſt deſtruenti:ut quia non eſt proprium hominis animal:neq; proprium non hominis erit nõ ani/mal:& econuerſo.

Si affirmationis affirmatio eſt proprium:& negatio negationis erit pro/prium:ſi autem negationis negatio eſt proprium & affirmatio affirma/tionis erit proprium.

Hic locus ut dicit eſt utilis conſtruenti:& ponit exemplum: ut quia pro/prium animalis eſt uiuere:erit non animalis proprium non uiuere: & econuerſo

Si quod aſſignatum eſt pro prium affirmationis eſt proprium:nõ erit idẽ negationis proprium:ſi autem negationis eſt proprium:non erit affir/mationis proprium.

Hic locus ut dicit attenditur penes ſubiecta:& eſt utilis deſtruenti & ponit exemplum:ut quia animalis proprium eſt animatum:nõ animalis pro/prium non erit animatum.

Affirmatio negatìonis & negatio affirmationis non eſt proprium: nam affirmatio negationi omni nõ ineſt:negatio autem affirmationi ineſt quidem:ut proprium autem non.

Et ex hoc infert q̄ hic locus construenti falsus est: si assignatum proprium non est affirmationis proprium erit negationis.

Capi. xviii. Si eorum quæ e diuerso diuiduntur: quod nullius quæ e diuerso diuiditur est proprium: neq; quod positum est proprium: erit proprium huius cuius positum est esse proprium.

Ponit autem exemplum: ut quoniam sensibile quod contra intelligibile diuiditur nullius mortalium animalium est proprium non erit intelligibile dei proprium: & est utilis is locus destruenti.

Si reliquorum quæ e diuerso diuiduntur quolibet sumptum est proprium: singulis eorum quæ e diuerso diuiduntur erit huiusmodi proprium cuius positum est esse proprium.

Ponit autem exemplum: ut quia prudentiæ proprium est per se natum esse rationalis potentiæ uirtutem: sic & temperantiæ erit proprium per se natam esse: concupiscibilis uirtutem: & est utilis hic locus construenti.

Capi. xviiii. Si casus non est casus proprium: neq; casus etit proprium casus: ut quoniam nō est eius quod est iuste propriū hoc q̄ bene: neq; erit iusti proprium bonum.

Si casus est casus proprium: & casus erit casus proprium: ut quoniam homini est proprium gressibile bipes: & homini erit proprium gressibili bipedi.

Si oppositi casus non est proprium oppositi casus: neq; oppositi casus erit proprium oppositi casus: ut quia eius quod est iuste non est proprium bene: neq; eius quod est iniuste erit proprium male.

Si oppositi casus est proprium oppositi casus: & oppositi casus erit proprium oppositi casus: ut quoniam boni est proprium optimum: & mali erit proprium pessimum.

Capi. xx. Si eius quod similiter se habet: quod similiter se habet non est propriū: neq; quod similiter se habet: eius quod similiter se habet erit proprium: ut quoniam non est proprium medici facere sanitatem: neq; erit proprium ædificatoris facere ædificium.

Si quod similiter se habet eius quod similiter se habet est proprium: & quod similiter se habet eius quod similiter se habet erit proprium: ut quoniam medicus similiter se habet ad perfectiuum esse sanitatis: & gymnastes. ideſt præceptor exercitiorum. ad perfectiuum esse euexie. ideſt bone habitudinis. est autem proprium gymnastis perfectiuum euexiæ: proprium erit & medici perfectiuum sanitatis.

Si quod sic se habet eius quod sic se habet non est proprium: neq; quod sic se habet eius quod sic se habet erit proprium. Si autem eius quod sic se habet hoc quod sic se habet est proprium: eius non erit propriū

cuius positum est esse proprium: ut quoniam sic se habet prudentia ad pulchrum & fœdum eo q; disciplina utriusq; eorum est: non est autem prudentiæ disciplinam esse pulchri: nec erit proprium eius disciplinam esse fœdi. Si uero est proprium prudētiæ disciplinam esse pulchri non erit proprius eium disciplinam esse fœdi.

Si quod secundum esse dicitur non eius quod secundum esse dicitur est proprium: neq; quod corrumpi eius quod secundum corrumpi: neq; quod generari eius quod secundum generari dicitur erit proprium: ut quando non est proprium hominis esse animal: neq; eius quod generari aut corrumpi hominem erit proprium generari aut corrumpi animal. Eodem modo accipiēdum est & ex generari ad esse ad corrumpi: & ex corrumpi ad esse & generari.

Si quod est secundum esse positum proprium est eius quod secundum esse positum est: & eius quod secundum generari dicitur: erit hoc quod secundum generari dicitur proprium: & eius quod secundum corrumpi eius quod secundum corrumpi assignatum est: ut quoniam hominis est proprium mortale esse: & eius quod est generari hominem erit proprium generari mortale: & eius quod est corrumpi hominem corrumpi mortale.

Capi. xxi. Si quod magis est eius quod magis est non est proprium neq; quod minus est erit proprium eius quod minus est: neq; quod minime eius quod minime: neq; quod maxime eius quod maxime: neq; quod simpliciter eius quod simpliciter. Et constituenti etiam hic locus utilis est: ut quoniam magis uiuentis magis sentire est proprium: & minus uiuentis minus sentire: & maxime maxime: & minime minime: & simpliciter simpliciter.

Capi. xxiii. Si superhabundantiam. posuit proprium: non erit proprium. Si autem non superhabundantiam posuit proprium erit secundum hoc bene positum proprium: ut hominis proprium animal mansuetum natura bene positum est.

Corrupta re nihil minus erit ratio eius.

Incipiunt propositiones ex primo capitulo sexti libri Topicorum.

Nterimitur diffinitio aut quoniam omnino non est uerum dicere de quo nomen. scilicet diffiniti. & rationem. idest diffinitionem. aut quoniam genere existente non posuit genus nel conueniens genus.

Eorum quæ sunt in diffinitione maxime uidetur genus

fubſtantiam diffiniti ſignificare.
Interimitur etiam quoniam non eſt propria diffinitio:aut quia non dixit quid eſt eſſe rei:aut quoniam ſi dixit non bene.

Capi.ii. Facilius eſt quemlibet feciſſe q̄ bene feciſſe.
Oportet diffinientem planiſſima interpretatione uti: eo ꝙ innoteſcendi gratia redditur diffinitio.
Si amplius dixit in diffinitione quam oporteat interimitur diffinitio:nā omne appoſitum/ideſt quod non eſt de eſſe diffiniti. in diffinitione ſuperfluum eſt.
Si in diffinitione ponatur quod ſit æquiuocum multiplex non bene aſſignatur diffinitio.
Si diffinitio multipliciter dicto diuidens non dixit:non bene aſſignatur diffinitio:incertum enim utrius diffinitionem aſſignauit & maxime huiuſmodi fieri contingit latente æquiuocatione.
Si diffiniens aliquid ſecundum traſlationem dixit ut terram nutricem: non bene aſſignatur diffinitio.
Incertum eſt omne quod ſecundum traſlationem dicitur.
Si diffiniens non uſitatis nominibus utitur:non bene aſſignatur diffini/tio:nam obſcurum eſt omne quod inuſitatum eſt.
Omnes tranſferentes ſecundum aliquam ſimilitudinem traſſerunt.
Diffi. Imago eſt cuius generatio per ſimilitudinem eſt.
Si non manifeſta eſt contrarii ratio ex hoc ꝙ diffinitur contrarium: non bene aſſignatur diffinitio:nam qui bene aſſignat contraria conſigni/ficant.
Si per dicta non ſit manifeſtata cuius eſt diffinitio:non bene aſſignatur diffinitio.

Capitulo.iiii.

Si quod appoſitum eſt in diffinitione in omnibus quidem ineſt: & non ſeparat ab his quæ ſunt in eodem genere:uanum eſt huiuſmodi appo/ſitum:
Oportet genus ab aliis ſeparare:differentiam uero ab aliquo eorum quæ ſunt ſub eodem genere.
Si proprium. ideſt conuertibile eſt quod appoſitum eſt:ablato autem illo:& reliqua diffinitio propria erit. ideſt cõuertibilis. & indicat ſubſtantiam:ſuperfluum erit appoſitum.
Simpliciter dicendum omne ſuperfluum quo ablato quod reliquum eſt manifeſtum facit quod diffinitur.
Si quid eorum quæ ſunt in diffitione nõ omnibus ineſt quæ ſunt ſub ea dẽ ſpetie:talis peius diffnit:q̄ qui uſi ſunt qd ineſt oĩbus quæ ſũt. Quia ut dicit textus:cõe per determinationẽ tandẽ fit cõuertibile:& ſic tota

diffinitio fit conuertibilis:ſed diffinitio in qua ponitur quod non conuenit omnibus nunquam poteſt fieri propria & conuertibilis.

Si idem ex eadem parte. ideſt a parte predicati uel ſubiecti. frequenter dixit:ſuperfluum eſt.

Vnum idem nomen bis dicere non eſt in conuenientium. ut ſcilicet cum dicimus animal greſſibile bipes eſt bipes. ſed frequenter de aliquo idē prædicare.

Si uniuerſali dicto addit & particulare:ſuperfluum eſt:nam idem frequenter dicit.

Capi.iiii. Si non per priora & euidentiora fecit diffinitionem non diffiniuit:plures enim eſſent eiuſdem diffinitiones.

Omnis ductrina & omnis diſciplina ex prioribus & euidentioribus habet fieri.

Non per euidentiora dici diffinitionem dupliciter eſt accipere: aut enim ſimpliciter ex ignotioribus aut nobis ignotioribus: contingit enim utrunq;.

Simpliciter euidentius eſt quod prius eſt poſteriore:ut punctum linea.

Simpliciter melius eſt per priora poſteriora temptare cognoſcere diſciplinabilius enim homini eſt uerum ad eos qui impotentes ſunt cognoſcere neceſſarium fortaſſe per ea quæ illis ſunt cognita facere diffinitionem.

Diffinire per notiora nobis non contingit quidem eſſe rei indicare: niſi contingat idem & nobis notius eſſe & ſimpliciter notius.

Oportet per genus & differentias diffinire eum qui bene diffinit:hæc autem ſimpliciter ſunt priora & euidentiora.

Spetie nota neceſſe eſt genus & differentiam cognoſci.non autem econuerſo.

Per ſimpliciter notiora:ſola una & eadem diffinitio ſemper fiet.

Diffi. Sipliciter notum eſt quod non omnibus notum eſt:ſed quod bene diſpoſitis intellectu.

Si eius quod eſt in quiete & diffinitum:per infinita & quæ in motu ſunt aſſignata eſt diffinitio:interimere conuenit diffinitionem.

Capi.v. Eius quod non eſt ex prioribus diffinire tres ſunt loci:primus ſi per oppoſitum. ſcilicet contrarie. oppoſitum diffiniuit:non ex prioribus diffiniuit:ut ſi per malum bonum.

Simul natura ſunt oppoſita & eadem diſciplina utriſq; eſt.

Quæ ſunt ad aliquid non eſt poſſibile ſine altero alterum cognoſcere: eo q; neceſſarium eſt in alterius diffinitione ſimul ſumi & alterum.

Si eodem uſus eſt ei quod diffinitur non ex prioribus diffiniuit ut ſi ſolem ſtellam eſſe quæ die apparet diffiniuit: nam qui die utitur: ſole

utitur.

Diffi. Dies est solis latio super terram:

Si eo quod ex diuerso diuiditur:illud quod e diuerso diffiniuit:non diffiniuit ex prioribus:simul enim natura sunt quæ ex eodem genere e diuerso diuiduntut.

Similiter si per inferiora superiora diffiniuit: non ex prioribus diffiniuit.

Capi. vi. Si cum res est in genere:non ponitur genus in ratione quid est: peccatum est.

Genus uult quid est significare:& primo ponitur eorum quæ in diffinitione ponuntur.

Si ad plura dicte ex quod diffinitur:non ad omnia assignauit: peccatum est:ut si grammaticam diffiniuit scientiam scribendi quod profertur. scilicet litteras, dicit tamen textus q hic modus diffiniendi tenet quando ad plura dicitur per se & non per accidens: uelut medicina dicitur sanitatem & ægritudinem facere: sed de uno dicitur per se:de alio per accidens.

Diffini. Gramática est scientia scribendi & cognoscendi quod profertur.

Si non ad melius sed ad peius:cum sint plura ad quæ dicitur quod diffinitur:peccatum est.

Omnis disciplina & potestas dicta ad aliud eius quod est optimum uidetur esse.

Si non positum est proprium genus eius quod diffinitur:peccatum est in diffinitione.

Si transcendens dixit genus qui diffiniuit:& non proximum. ideſt immediatum. genus peccatum est.

Proximum genus ponendum est in diffinitione: aut omnes differentias superiori generi addendum: per quas determinatur proximum genus: sic enim nihil erit prætermissum.

Qui tantum superius genus dixit:non dicit inferius genus:

Capi. vii. Si rei non diffiniuit differentiis:aut si omnino aliquid dixit, scilicet pro differentia. quod nullius conuenit differentiam esse: ut animal aut substantiam:non diffiniuit.

Si non inest aliquid quod e diuerso diuiditur dicta differentia: non erit quæ dicta est generis differentia.

Omne genus his quæ e diuerso diuiduntur differentiis diuiditur.

Sicut e diuerso diuisa differentia:nō est autem uera de genere: neutra erit generis differentia.

Omnes quæ e diuerso diuidūtur differentie ueræ sunt de proprio genere

hoc tamen ſub diſiunctione:

Si uera eſt differentia de genere:non facit autem appoſita generi ſpetiem non erit hæc ſpecifica generis differentia.

Omnis ſpecifica differentia cum genere facit ſpetiem.

Si differentia negatione diuidit genus:non erit differentia:accidet enim genus participare ſpetiem:& altera differentiarum ex neceſſitate præ/dicabitur de genere:nam de omni affirmatiuo aut negatiuo uera eſt.

Et ut dicit:hic locus ſolum habet ueritatem ad illos qui ponunt, genus ſeparatum & unum numero:non autem illis qui ponunt genus eſſe co mune participatum multis ſpetiebus.

In quibuſdam neceſſarium eſt uti negatione diffiniente ut in priuatio/nibus.

Diffi. Cæcum eſt quod non habet uiſum:cum natum ſit habere.

Differt nihil negatione diuidere genus. Et hoc intellige ſi differentiæ af firmatiuæ ſunt ignotæ:quia per negationem circumloquimur diffe/rentiam oppoſitam differentiæ affirmatiuæ.

Capi.viii. Si ſpetiem ut differentiam aſſignauit:& genus ut differentiam dixit in diffinitione:non diffiniuit.

Si non quale quid:ſed hoc aliquid ſignificat aſſignata differentia:intelli/mitur diffinitio.

Si differentia diffinitio ſecundum accidens ineſt:interimutur diffinitio.

Nulla differentia eſt eorum quæ ſecundum accidens inſunt:ſicut nec ge/nus:non enim contingit differentiam ineſſe & non ineſſe.

Si prædicatur de genere differẽtia uel ſpecies:aut inferius aliquid ſpetie:non erit diffiniens.

Si prædicatur genus de differentia:non eſt diffiniens:

Genus prædicatur de quibus differentia:non de ea differentia quæ de ſpe tie dicitur:nam ſi ſecundum unamquamq; differentiarum animal præ dicatetur:multa animalia de ſpetie prædicarentur:nam differentiæ de ſpetie prædicantur.

Et amplius omnes differentiæ aut ſpecies aut indiuidua eſſent ſi quidem ſunt animalia:& unumquodq; animalium aut ſpecies eſt:aut indiui/duum:

Si ſpecies aut inferiorum aliquod de differentia prædicatur. ſcilicet uni/uerſaliter non erit diffiniens.

Si non prior eſt differentia ſpetiæ:non erit diffiniens.

Poſteriorem genere:ſpetie autem priorem:differentiam oportet eſſe.

Si diuerſi generis eſt dicta differentia:neq; contenti neq; continentis: nõ erit diffiniens.

Non erit eadem differentia duorum generum non continentium ſe in/

uicem:neq; ſub eodem utriſq; exiſtentibus.

Non neceſſe eſt differentiam omnem proprium genus inferre: eo quod contingit tandem duorum generum eſſe non continentium ſe inui/cem:ſed alterum tantum neceſſe eſt inferre:ut bipes greſſibile:uel uolatile animal.

Capi.viiii. Si loci differentiam aſſignauit ſubſtantiæ: non erit diffiniens.

Vnde dicit q; quidam increpant eos qui in greſſibili & aquatili diuidunt animal:tanquam ſint iſtæ differentiæ loci: ſed non recte increpant.

Si differentiam paſſionem aſſignauit:non erit diffiniens:omnis enim paſſio magis facta abiicit a ſubſtantia differentia autem non huiuſmodi eſt:ſed magis ſaluare uidetur cuius eſt differentia.

Capi.x Si eorum quæ ſunt ad aliquid:non ad aliquid differentiam aſſignauit:non erit diffniens:nam eorum quæ ſunt ad aliquid & differentiæ ad aliquid ſunt.

Si ad id ad quod natum eſt referri ſingulum eorum quæ ſunt ad aliquid aſſignauit:erit diffiniens.

Quibuſdam ad quod natum eſt ſingulum eorum quæ ſunt ad aliquid ſolum eſt uti:ad aliud autem non ut uiſus ad uidendum:quibuſdam autem ad aliud aliquid. Vt ſi aliquis diffiniat ſubtelare ideſt uas concauum tectoris ad deferendum aliqua:q; ſit quo aliquis haurit aquam.

Diffinitio eius ad quod natum eſt:ad quod utetur prudens circa ſingula propria diſciplina.

Si non primi. ſcilicet ſubiecti. aſſignauit quando conringit ad plura. ſcilicet ſubiecta dictum eſſe:non erit diffiniens:ut prudentiam hominis uirtutem aut animæ:& non rationalis. ſcilicet potentie quæ ut dicit eſt primum ſubiectum prudentiæ.

Si nō ſuſceptibile eſt:cuius dicitur diffinita paſſio uel diſpoſitio:uel quod libet aliud:peccauit:ut qui dicit quoniam ſomnus eſt impotentia ſenſus. nam magis ſomnus eſt effectiuum impotentiæ ſenſus: quam ipſi mentum eorum eſt.

Capitulo.xi.

Si ſecundum omnia tempora diffinitio diffinitio non conſonet: accidit peccatum in diffinitione.

Capitulo.xii.

Si ſecundum aliud quid magis dicitur quod diffinitur q̄ ſecundum aſſignatam diffinitionem:interimitur diffinitio.

Si res diffnita ſuſcipit magis quod aut ſecnndum diffinitionem aſſignatur:non ſuſcipit:aut e cotrario quod ſecundum diffinitionem aſſignatur ſuſcipit:res autem non:iterimitur diffinitio.

Si ſuſcipiunt utraq;.ſcilicet diffinitio & diffinitum. magis non autem ſi/
mul.ideſt i eodem empore iterimitur diffinitio:
Si aliquibus duobus propoſitis de quo res magis dicitur: de hoc diffini/
tio minus dicitur:interimitur diffinitio.
Si diffinitum ſimiliter ineſt utriſq; propoſitis:diffinitio autem non ſimi
liter:ſed alteri magis:interimitur diffinitio.
Capi.xiii. Si ad duo diffinitionem aſſignauerit ſecundum alterutrum.
ideſt ſecundum diſiunctionem & alteram partem tantum interimitur
diffinitio:ut bonum quod peruiſum aut auditum delectabile. Dicit
autem ſecundum alteram partem tantum:quia ſi fuerit diffinitio data
per diſiunctionem:ita q; ambæ partes diſiunctiue ſimul referantur ad
diffinitum.poteſt dari per diſiuncta: ut patet in diffinitione enunci/
ti in primo perihermenias & problematis in quarto capitulo primi To
picorum.
Capi.xiiii. Si ſit ad aliquid quod diffinitur:& non dictum eſt in diffini/
tione ad quod dicitur ſecundum ſe:aut ſecundum genus interimitur
diffinitio.
Si alicuius ad aliquid cuius eſt finis aliquis:& non ad finem aſſignauit:in
terimitur diffinitio.
Finis in unoquoq; eſt quod optimū:aut cuius gratia alia quod autem op
timum eſt dicendum in diffinitione.
In quibuſdam ſi non determinauit qualis uel quanti uel ubi uel ſecun/
dum alias circonſtantias:interimitur diffinitio:nam non ſufficit dice/
re ambitioſum qui appetit honorem: ſed addendæ dictæ circunſtan/
tiæ uidelicet qualis uel quanti: uel ubi. nam omnes appetunt hono/
rem.
In his quæ ſunt ad aliquid ſi ad quod genus aſſignatur & ſpecies ad illud
aſſignatur:erit diffinitio:ſi non:non erit.
Si oppoſiti relatiui non ſit oppoſita diffinitio:interimitur diffinitio.
Si contrarii non ſit contraria diffinitio interimitur.
Si quis per priuationem habitum diffiniuit:peccatum eſt in diffinitione
nam ſic diffinientem neceſſe eſſet eo quod diffinitur uti:ſi acciperetur
pro nomine. ſcilicet priuationis. diffinitio. ſcilicet priuationis in qua
ponitur habitus.
Neceſſe eſt priuationem per habitum diffiniri.
Si unum contrariorum per alterum diffinitur:interimitur diffinitio.
Capi.xvi. Si quod ſecundum priuationem dicitur diffiniens non aſſigna
uit habitum:& in quo natum eſt fieri uel ſimpliciter uel in quo primū
natum eſt fieri:interimitur diffinitio.

Capi.xviii. Si eorum quæ ſecundum æquiuocationem dicũtur unam diſ/ finitionem omnium aſſignauit comunem: interimitur diffinitio.

Diffi. uniuoca ſunt quorum una eſt ſecundum unum nomen ratio.

Aequiuocum reſpondenti diuidendum eſt.

Quoniam quidam reſpõdentium uniuocum æquiuocũ dicũt eſſe quãdo non aptatur ad omne aſſignata oratio: æquiuocum autem uniuocum ſi ad utrunq; aptatur: prius. adeſt a principio diſputationis. confitendũ eſt de talibus: aut præſyllogizãdum: quoniam uel æquiuocum uel uniuocum utrum fuerit: magis enim concedunt non præuidentes quod accidere eſt.

Capi.xviiii. Si alicuius eorum quæ complectuntur. ideſt complexorum. aſſignetur diffinitio: conſiderandum auferenti alicuius eorum quæ cõplectuntur rationem: ſi & reliqua. ſcilicet ratio. reliqui. ideſt partis reliquæ ſit: nam ſi non palam quod ne tota totius erit.

Si cum ſit compoſitum quod diffinitur diffinitio fuerit æquicola. ideſt tot partium quod diffinitum: & non plurium: ut ipſe exponit. interi/ mitur diffinitio.

Oportet diffinientem complexam rationem pro nominibus aſſignare: ſic enim & in ſimplicibus qui nomẽ trãſumit nõ diffiniens erit: ut pro tunica ueſtem.

Maius peccatum facit diffiniens ſi per ignotiora nomina tranſumptionẽ fecerit: ut ſi pro tunica nigra colobium atrum dixerit.

Si permutatione nominum non idem ſignificat diffiniens: interimitur diffinitio: ut qui contemplatiuam ſcientiam opinionem contempla/ tiuam dixit.

Capi.xxi. Si diffinitionem alicuius totius aſſignauit partes in recto interi mitur diffinitio uidetur eni qui ſic diffinit partes eaſdẽ eẽ toti cõiteri.

Capi.xxii. Si quod ex his eſt dixit eſſe quod diffinit. ideſt ſi partes diffinitionis ponuntur in obliquo. conſyderandum eſt ſi non natum eſt fieri ex his que dicta ſunt: ſi ſic: interimitur diffinitio.

Si diffinitum in uno aliquo natum eſt fieri primo: ex quibus aut dixit ipſum eſſe non in uno nata ſunt fieri primo: interimitur diffinitio.

In quibus partes inſunt: & totum neceſſe eſt ineſſe.

Si toto interempto ſimul interimuntur partes: non erit eius diffinitio ex his: econtrario enim oportet accidere: partibus interemptis perimi totum: toto uero perempto: non neceſſe eſt partes perimi.

Si totum bonum uel malum: partes autem neutrum ſint: aut econtrario: non erit diffinitio ex his.

Multa per ſe quidem non ſunt bona: permixta autem quibuſdam fiũt bona: & econtrario utrunq; quidem bonum: permixta auté mala: uel neutrum ſunt.

Si totum ex meliore a peiore est: & non est totum meliore quidem peius peiore autem melius: non erit diffinitio ex his.

Si uniuocum est totum alteri parti: non erit ex his diffinitio: nulli enim lit terarum syllaba est uniuoca.

Si non dixit diffiniens modum compositionis totius: non diffiniet: non enim si quolibet modo compoantur partes erit domus.

Capi. xxiii. Dicitur alterum cum altero: aut quia sunt in aliquo eodem susceptibili: aut in loco eodem: aut in tempore eodem.

Capi. xxiiii. Si partium compositionem dixit totum: & non dixit qualis quæ est cumpositio: non diffiniuit: ut si canem dixit esse ignis terræ & aeris compositionem: non enim sufficit dicere compositionem: sed & qualis & quæ determinandum est.

Compositioni idem nullum compositorum est: compositioni enim omni: disolutio contraria: compositio autem nihil.

Si in aliquo nata sunt esse contraria: & diffiniuit per alterum: non diffiniuit: plures enim eiusdem accident diffinitiones.

Capi. xxv. Oportet si non ad totam habeat aliquis conari. ideſt argumẽtari diffinitionem: eo q̃ non sit euidens tota: ad aliquam partium couari quæ sit nota & nõ bene uideatur assignata: nam parte interempta & tota diffinitio interimitur.

Necesse est respondentem aut suscipere quod sumptum est ab interrogãte: aut declarare quid est quod ostensum est in diffinitione.

Quemadmodum in conuentionibus solent inducere legem: & si sit melior quæ inducitur interimit anteriorem: sic & in diffinitionibus faciendum: & diffinitio alia ferenda si uidebitur melior q̃ prior: & interempta erit quæ posita est prius.

Necesse est considerare si quod minus est his quæ oportet habere diffinitionem: aut quod appositum est superflue inspicere.

Propositiones ex primo capitulo septimi libri Topicorum Aristotelis.

N calibus & coniugatis si iustitia idem est fortitudini: & iustus forti: & iuste fortiter.

In oppositis si hæc eadem sunt: & opposita his eadem secundũ quamlibet dictarum oppositionum.

In effectiuis & corruptiuis: & generationibus & corruptionibus: & in omnibus quæ similiter se habent ad alterutrum quæcunq; simpliciter eadem sunt: & generationes eorum & corruptiones eædem: & effectiua & corruptiua.

Capi.ii. Vnum numero oportet esse,quod optimum & maximum di/
citur.

Capi.iii. Si cui alterum idem & alterum:sibi inuicem sunt idem:& si non sunt ambo idem eadem:nec sibi inuicem sunt eadem.

Si aliqua sunt idem:quæcunq; alteri accidunt:& alteri oportet accidere: & quibus alterum eorum accidit & alterum oportet accidere:si autem aliquid horum dissonet:palam quoniam non eadem sunt.

Si non in uno genere utrunq; non idem sunt:aut si genus quidem idem: differentiæ autem non eædem de utroq; prædicantur.

Si hoc quidem susc ipit magis:illud autem non : aut si ambo susc ipiunt: sed non simul:non idem sunt.

Si idem ad utrumlibet appositum non facit idem:aut si idem ab eodem ablato quod relinquitur alterum est: non erunt idem.

Posito altero siue uero siue falso:si alterum interimatur: non erunt idem.

Quæcunq; de altero prædicantur:& de altero oportet prædicati:& de qui bus alterum prædicatur alterum prædicari oportet:si non:nō sunt idē:

Spetie uel genere eadem non necesse est numero eadem esse.

Si non idem sit nomē & diffinitio:non erit diffinitionis assignata ratio.

Capi.iiii. Nullus uel pauci disputantium diffinitionem syllogizant : sed omnes principium diffinitionem accipiunt.

Diffi. Diffinitio est oratio quæ quid est esse rei significat.

Oportet ea quæ in diffinitione ponuntur in eo quod quid est de re so/ la prædicari:prædicantur enim de re in eo quod quid genera & diffe/ rentiæ.

Non cōtingit diffinitionem esse aliud q̄ rem:eo q̄ nihil aliud in eo quod quid est de re prædicatur.

Capi.v. Si opposita diffinitio oppositæ est spetiei:& eā quæ dicta est pro/ positæ spetiei:necesse est esse.

Si contrarii diffinitio manifesta sit: & propositi diffinitio erit manifesta.

Contraria in eodem genere uel in contrariis generibus sunt.

Capi.vi. In casibus& coniugatis necesse est consequentia esse genera ge/ neribus & diffinitiones diffinitionibus:ut si obliuio est scientiæ amis/ sio:& obliuisci:scientiam amittere:& oblitum esse:scientiam amisisse: & uno quolibet eorum concesso necesse est reliqua concedere.

Similiter idem dicit in effectiuis & corruptiuis:& generationibus & cor ruptionibus:& in his quæ sunt similia inter se.& per locum a maiori uel a minori docet construere diffinitionem.

Capi.vii. Oportunissimi locorum sunt qui sunt ex magis uel minus : & simili:& qui ex casibus:& qui ex coniugatis:quare oportet maxime cō tinere:& promptos habere hos:utilissimi enim ad plura.

Neq; unam duorum:neq; duas eiuſdem diffinitiones poſſibile eſt eſſe;
Capi.viii. Difficilius eſt conſtruere q̄ deſtruere diffinitionem.
Facilius eſt unum concludere q̄ plura:& interimenti ſufficit ad unum argumentari.
Deſtruere proprium & genus quam conſtruere facilius eſt.
In aliis corrumpere quam facere facilius eſt.
In accidente uniuerſale facilius eſt deſtruere q̄ conſtruere:particulare uero econtrario:nam conſtruenti quidem ſufficit oſtendere alicui ineſſe. deſtruenti oſtendendum quoniam alicui non ineſt. Capi.viiii:
Facilius eſt diffinitionem deſtruere quam genus proprium uel accidens: conſtruere autem difficilius.
Veriſimile eſt in multis magis quam in paucis peccatum fieri.
Facilimum eſt omnium conſtruere accidēs:quoniam q̄ ineſt tantum difficit oſtendere:deſtruere autem difficillimum:quoniam minima in eo data ſunt.

Propoſitiones ex primo capitulo octaui libri Topicorum ariſtotelis.

Rdinare. **ſcilicet propoſitiones probabiles ad concluſionem probabiliter inferendam** & interrogare proprium eſt dialectici:ad alterum enim opus eius eſt philoſopho autem & demonſtratori nihil horum pertinet.

Capi.iii. In ordine interrogandi quædam propoſitiones ſunt neceſſariæ: & quædam prærer neceſſarias:neceſſarie enim dicuntur per quas fit ſyllogiſmus.
Quæ præter neceſſarias ſumuntur ſunt quatuor:aut enim inductionis gratia: ut detur uniuerſale: aut ampliationis orationis. **ideſt propoſiti.** aut celationis concluſionis:aut ut manifeſtior ſit oratio.
Celantis propoſitum:præſyllogizare erit ea per quæ ſyllogiſmus eius qđ ex principio eſt fieri debeat:& hoc ut plurima fiant argumenta: & erit hoc ſi quis non ſolum neceſſarias:ſed ſi earum quæ ad has ſunt utiles aliquam ſyllogizauerit
Celantem propoſitum non erit concluſiones dicere: **ſcilicet per propoſitiones immediatas.** ſed poſtea ſyllogizare ſubitas:nam ſola ultima cōcluſione dicta:dubium eſt quomodo accidit eo q̄ non præuiderit reſpondens ex quibus accidit non enodatis prioribus ſyllogiſmis.
Vtile erit celanti propoſitum non continuas propoſitiones ſumere: ex quibus ſyllogiſmi:ſed permutatim ad aliam & aliam cōcluſionem poſitis enim conuenientibus iuxta ſe: magis quod accidit erit manifeſtum.
Oportet celantem diffinitinem ſumere ex qua uult propoſitionem uniuerſalem concludere:non in concreto ſed in abſtracto. **quia ut dicit reſpondens credet ſe concedere propoſitionem indefinitam cū cōceda-**

uniuersalem. nam si diceret in concreto. statim respondens magis habeat instantiam: ut si dicat iratus est qui appetit pœnam dabit instantiam de irato parentibus.

Celantẽ proponere oportet: non ut propter ipsum sed alterius gratia prætendentem. scilicet propositionem quam sumit. uerentur enim respõdentes quæ ad positionem sunt utilia.

Celans propositum debet maxime facere dubium utrum quod proponitur aut oppositum sumere uelit.

Celans propositum debet per similitudinem inquirere. & non in propria forma: nam & uerisimile est: & latet magis uniuersale:

Celantem propositum oportet sibimetipsi quandoq; facere instãtiam: insuspecte enim se habet respondentes ad eos qui uidentur iuste argumentari.

Vtile est spondenti dicere quoniam consuetum est qui cedi quod dicitur: pigrescunt enim respondentes quod solitum est negare: instantiam nõ habentes: simul etiam quia utuntur ipsi talibus. scilicet propositionibus ab omnibus concessis. cauent negare ea aliis:

Vtile est arguenti celanti propositum non properare: & si omnino utile sit: nam contra properantes respondeutes magis obstant.

Vtile est celanti propositum non ipsum proponere quod oportet sumere: sed cui hoc consequens est ex necessitate: nam magis conceditur eo quod non simul manifestum sit quod accidere est: & sumpto hoc snmptum est & illud.

Vtile est in ultimo interrogare quod maxime uult sumere: maxime enim prima renuunt respondentes.

Nota ut dicit textus, q̃ ista cautela non debemus uti ad oẽs: quia ad rudes primo ponẽda sũt utilia: nã prima maxime admittũt ne ruditas eoꝝ appareat: nisi sit eis ualde manifestũ qd debet eis cõcludi: in fine aũt cũ aliqua cõtraeos cõcludũtur: aduersantur; per oĩa: & etiã quæ sunt utilia negant. Similiter contra respondentes subtiles & ingeniosos est faciẽdũ quia tales propter ingenii sui subtilitatem omnia principia concedũt: & confidunt de seipsis credentes se nihil passuros per cõcessa ab eis: in fine autem negant etiam quod utile est cum concludi se sentiunt: ualet ergo ista cautela ad mediocres.

Vtile est prolungare & interponere quæ non sunt utilia ad orationem: nã cum sint plura: dubium est in quo falsum sit.

Capi. iiii. Ad ampliandum propositum: uti debet arguẽs inductione aut diuisione eorum quæ cognata sunt: né necessaria autẽ ad cõclusionẽ.

Capi. v. Ad exp lanationem propositi: manifesta exempla & parabolæ sunt ferendæ.

Capi. vi. Vtendum est in disputando syllogismo quidem sapiẽtes magis

q̄ ad plures:inductione autem:e contrario.
Quando inducenti in omnibus:non concedit respondens uniuersale:tūc iustum est inducenti instantiam exigere:non inducente autem eo in aliquibus sic esse:non iustum est exigere in aliquibus non sic esse.
Oportet qui instant in altero q̄ in proposito instantiam inferre:aut dicere quoniam hoc solum est tale.
Qui instant non ferunt instantiam in æquiuoco: & si fertur:arguenti auferendum est hoc in quo est instātia:ablato enim aliquo talium in quo est instantia cogetur ponere in reliquo. Et isto sumitur q̄ propositio in parte falsa est uerificanda per exceptione.
Capi.vii. Disputanti non est utendum syllogismo per impossibile: nam nisi ualde manifestum sit falsum esse non impossibile dicunt esse demonstranti autem nihil differt sic uel sine impossibili syllogizare.
Non debet arguens conclusionem interrogare. an scilicet cōcludatur ex præmissis. Sic enim illo renuente non uidebitur fieri syllogismus.
Si arguens unam orationem frequenter interroget male inquirit.
Probare difficile:& sustinere facile est easdem hypotheses:sunt autem talia quæ natura sunt prima. scilicet principia. & postrema. ideſt ultime conclusiones:nam prima diffinitione indigēt postrema uero per multa terminantur:impossibile est enim demonstrare aliquid eum qui nō incipit a primis principiis & copulat usq̄ ad ultima.
Media uix probare est quæ ualde proxima sunt principio:nam enim contingit plures ad hæc rationes inuenire: cum sint pauca media & eius & principii.

Capitulo.viii.

Est interrogantis se inducere orationem:ut faciat respondentem improbabilissima dicere:quam quæ propter positionem sunt necessaria:respondentis autem est non propter eum uideri accidere impossibile: aut q̄ præter opinionem:sed propter positionem:
Non eædem sunt considerationes & docentibus & discentibus & colluctantibus.neq̄ his qui exercent se inuicem perspectionis causa.
discenti ponenda sunt semper ea quæ uidētur uera:neq̄ enim conatur ullus falsum docere.
Colluctantium est interrogantem quidem uideri aliquid facere omnino: respondentem uero nihil uideri pati.

Capitulo.viiii.

Necesse est respondentem sustinere orationem ponentem aut probabilē positionem.aut improbabilem:
Cum improbabilis sit positio: necesse est conclusionem opponentis fieri probabilem cum uero probabilis improbabilem:nam oppositum semper poni opponens concludet:si autem neq̄ probabile neq̄ impro

babile quod positum est:& conclusio erit talis. Ibi ponit textus q̃ quã/
do positio est improbabilis simpliciter: & quærat opponens aliquid
probabile respondenti non debet respondens simpliciter concedere
probabilia. Si uero probabilis sit conclusio:tunc concedenda sunt om/
nia probabilia. Si uero neutra sit positio:tunc danda sunt omnia proba/
bilia & improbabilia:dummodo sint magis probabilia conclusione:
quia principia oportet esse magis talia conclusione.

Si non simpliciter probabilis uel improbabilis sit positio: sed solum re/
spondenti:quod uidetur sibi uel non uidetur:ponendum uel non po/
nendum erit: si uero alterius opinionem obseruare uoluerit respon/
dens:ad illius intellectum aspicienti ponendum singula uel negan/
dum. Ita q̃ illa solum concedat uel neget quæ autor opinionis conce/
deret uel negaret.

Qui ferunt extraneas opiniones: ut bonum & malum esse idem sicut
heraclitus dicit: non concedunt adesse eidem simul contraria: non
quia non uideatur eis: sed quoniam secundum heraclitum sic dicen/
dum.

Capitulo.viiii.

Necesse est omne quod interrogatur aut probabile aut improbabile: aut
neutrum esse:& ad orationem. idest ad propositum. uel non ad oratio
nem pertinens esse.

Si interrogatum sit improbabile:& non ad orationem:dandum quidem
est:sed significandum quoniam non uidetur: ad cautelam fatuitatis
euitandæ.

Si interrogatum sit probabile & ad orationem:dandum est: quoniam ui
detur quidem sed ualde propinquum ei quod in principio & q̃ inte/
rimitur hoc posito quod positum est.

Si interrogatum neq̃ probabile neq̃ improbabile est: si nihil ad oratio/
nem pertinens est:dandum est sine determinatione. Si autem ad ora/
tionem:significandum quoniam posito eo interimitur quod in prin/
cipio est & qui sic respondet:nihil propter hoc uidebitur pati si præui/
dens singula posuerit.

Interrogantibus improbabiliora conclusione: nihil est concedendum:

Capitulo.x.

Concessum est respondenti nõ intelligenti:dicere quoniam non intel/
ligo:& multipliciter dicto non ex necessitate confiteri uel negare.

Nisi planum sit quod dicitur:non pigritandum a respondente dicere nõ
intelligere:nam sepæ ex eo quod non plane interrogantibus dant ob/
uiat aliquid difficile.

Si notum sit quod dicitur multipliciter autem dictum sit si in oĩbus. mẽ
bris. quidem uerum uel falsum sit quod dicitur dandum simpliciter

uel negandum:si autem in aliquo quidem uerum:in aliquo autem fal/ sum.significandum est quoniam multipliciter dicitur: & propter hoc aliud quidem falsum:aliud autem uerum.

Si non præuiderit respondens dubium:& in alterum, scilicet membrum. inspiciens posuerit:dicendum ad eum qui alterum dedit quoniam nō ad hoc inspiciens dedi:sed ad alterum eorum.

Pluribus existentibus quæ sub eodem nomine & eadem oratione sunt:fa cilis est dubitatio.

Si planum sit & simplex qđ interrogatur:aut sic:aut nō respondendū est.

Capi.xi. Singularia omnia concedenda sunt si sint uera & probabilia:ad uniuersale autem temptandum est instantiam ferre.

Sine instantia uel quæ sit uel quæ uideatur:prohibere orationem:proter/ uire est.

Si non contra argumentari habeat respondens:quoniam non est uerum qđ inducitur:multo magis uidebitur proteruire:q̄ ius nec hæc sufficiat ad soluendum:nam plures habemus orationes contrarias opinioni/ bus quas difficile est soluere.

Est in disputationibus proterua respōsio præter prædictos duos modos: syllogismi corruptio.

Ex quibus interimunt inquirentes propositum:his a respondente aduer/ sandum est.

Improbabilem positionem inferre cauendum est a respondente.

Improbabilis positio est multipliciter:nam ex qua incōuenientia conue/ nit dicere:ut si dicat omnia moueri aut nihil.& quæcunq; sunt peioris consuetudinis eligere: & repugnandtia consiliis. ut iniuriam facere q̄ pati melius.

Audientes:non sermocinationes causa odiunt inferentem:sed ut ea quæ sibi uideantur dicentem odiunt.

Quando orationes falsum syllogizant soluendum interimenti propter quid sit falsum:non enim qui quodlibet interimit soluit si hoc falsum sit quod interimitur:sed qui interimit propter quod fit falsum.

Nouit solutionem qui sciuit quoniam propter hoc conclusio fit falsa: & præuidens uidetur esse.

Capi.x. Cōtingit orationē prohibere concludi quadrupliciter:aut enim interimere a quo fit falsum:aut ad interrogantem instantiam inferre. scilicet quærendo quæstionis intellectum:aut aliquam conclusionem collateralē:ut scilicet impediatur arguens. sæpe enim non soluit quod interrogans non potest longius proferre:tertium ad interrogata. idest ꝓmissas:ex hoc scilicet q̄ non bene ordinetur:& non propter falsitatē. dicere instantiam quarta & pessima instantia est ad tempus: quidam enim talibus:instat ad quæ disputare pluris opus est tēporis q̄ præsen/

tis exercitationis.

Ptima earum quæ dicte sunt instantiarum est solutio reliquæ autem prohibitiones quædam sunt & impedimenta conclusionis.

Capi. xiii. Prauus totius est qui impedit comune opus. Ideſt propoſitum quod inuestigari debet.

Necessarium est quandoq; ad eum qui dicit. Ideſt respondet non ad positionem conari Ideſt arguere. quando is qui respondet contraria interroganti obseruat.

Plures in uno impossibile est uincere.

Qui litigatorie interrogat praue disputat: & qui respondendo non concedit quod uidetur: neq; suscipit quicq̃ quod uult interrogans inquire re praue similiter.

Non similiter increpandum est & orationem per se & interrogantem: nã nihil prohibet orationem quidem prauam esse: interrogantem uero optime: ut contingit contra respondentem disputare: & e contrario.

Capi. xiiii. Orationis in se quinq; sunt increpationes: prima quidem quãdo ex interrogatis non cõcluditur neq; quod propositum est neq; omnino: nihil cum sint falsa uel improbabilia: aut omnia aut plura in quibus est conclusio. Secunda est si non fiat ad positionem syllogismus. Tertia si additis quibusdã fiat syllogismus: & hæc sint peiora his quæ interrogãtur: & minus probabilia conclusione. Quarta si ablatis quibusdam fiat conclusio. Quinta si ex improbabilibus & minus credibilibus conclusione: aut si ex ueris sed plus opera indigentibus demonstrari q̃ conclusio.

Nihil prohibet orationem per se quidem esse uituperabilem: ad propositum autem laudabilem: & e conuerso.

Eos qui per falsa uerum concludunt non iustum est increpare: qui est uerum quandoq; ex falsis syllogizare.

Ca. xv. Dif. Philosophema ẽ syllogismus demõstatiuus. φιλοσόφημα.

Diffi. Argumentum est syllogismus dialecticus.

Diffi. Sophisma est syllogismus litigatorius. σοφίσμα.

Diffi. Aporema est syllogismus dialecticus contradictionis. ἄπορήμα.

Capi. xvi. Falsa dicitur oratio. scilicet syllogistica. quadrupliciter: uno modo quando uidetur concludi & non concluditur: alio modo quando concluditur quidem: non autem ad propositum: quod accidit maxime in his quæ ad impossibile dicuntur. Tertio quando ad propositum quidem concludunt: non tamen secundum propriam disciplinam. Quarto si per falsa concluditur.

Capi. xvii. Petere principium quinq; modis contingit: manifestissime quidem: & primo si quis idem quod monstrari oportet petat secundo quando quod particulariter oportet demonstrare uniuersaliter quis petat:

Tertio si quis quod uniuersaliter est ostendere propositio particulari/
ter petat. Quarto si quis diuidens petat quod propositum est. Quinto
si quis eorum quæ sequuntur se inuicem ex necessitate alterum petat.
Petere contraria quinq; modis contingit. Primo si quis opposita petit se/
cundum affirmationem & negationem. Secundo si contraria secun/
dum positionem ut bonum & malum idem. Tertio si quis uniuersali/
ter probans particulariter petierit contradictionem: aut si hoc petens
in uniuersali uniuersaliter contradictionem temptauerit sumere. Quar
to si quis petat contrarium ei quod ex necessitate accidit per ea quæ po
sita sunt. Quinto si quis ea non sumat: talia autem petat ex quibus erit
oppositа contradictio. ut scilicet sunt disperata.

Differt contraria accipere ab eo quod est in principio tantum: quoniam
huiusmodi. scilicet petitionis principii. quidem peccatum est ad con/
clusionem: nam ad illam aspicientes quod in principio est dicimus pe
tere contraria autem sunt in prioribus in eo quod habēt se aliquo mo
do hæc ad inuicem.

Capi.xviii. Ad exercitationem orationum primum oportet assuescere cō
uerti orationes. ideſt facere syllogismos cōuersiuos. sic enim ad quod
dicitur. scilicet ad conclusionem. magis habebimus nos idoneos: &
in paucis. scilicet premissis. plures faciemus conclusiones.

Secundo ad omnem positionem quoniam sic & quoniam non sic ar/
gumentandum: considerandum: & inuenienti solutionem statim quæ
rendum.

Tertio alternatim eligendum quæ sunt ad eandem positionem argumen
ta: hoc enim ad cognoscendum multam idoneitatem facit: & ad argu/
endum magnum habet adiutorium.

Ad cognitionem & ad phisicam prudentiā posse conspicere & conspexis
se quæ utrinq; accidit dicere ex hypothesi nō paruum instrumentū est.

Oportet huiusmodi esse boni ingenii. qui scilicet uolunt prædicta facere
& se exercere in disputationibus.

Secundum ueritatem bonum ingenium est posse bene eligere uerum &
fugere falsum: qui nati sunt bene: possunt facere bene: nam qui amant
& qui odiunt hoc quod profertur facile discunt optimum.

Oportet disputantes terminorum esse idoneos: & probabilium & pri
morum habere se promptos.

Temptandum est & his quæ sæpe incidunt sermocinationes tenere: & in
orationibus.

Propositiones scire memoriter oportet: eo quod determinatas magis eas
inspiciunt secundum numerum in syllogismo.

Propositionem comunem magisq; orationem. ideſt totam argumenta/
tionem. ad memoriam ponendum est. quia ut dicit facilius tenetur q̄

tota argumentatio.
Orationem unam plures facere assuescendum est:ut obscurissime abscõdentibus responderi possit.
Oportet maxime fugere in uniuersale ferre syllogismos.
Exercitium est causa potestatis & maxime circa propositiones & instantias.
Dialecticus est propositiuus & instantiuus.
Proponere est unum facere quæ sunt plura:oportet enim unum omnino sumere ad quod est disputatio.
Instare est quod unum est facere plura:nam aut diuidit:aut interimit:hoc quidem dans:illud autem non dans eorum que posita sunt.
Non est cum omni disputandum necesse est enim contra aliquos prauas fieri disputationes:nam contra eum qui omnino temptat uideri profugere iustum est temptandum syllogismum facere: non pulchrum autem. quia scilicet omnia negat:& oportet fieri disputationẽ certatoriã.
Qui in disputationibus exercitati sunt non possunt abstinere a disputatione certatoria.

Incipiunt propositiones ex primo libro elencorum Aristotelis.

Lii sunt syllogismi elenchi alii cum non sint uidentur esse propter quandam similitudinem.
Alii habent habitum scientiæ bene:alii autem uidentur:tribualiter inflantes se:& fingentes se:& alii quidem pulchri propter decorem:alii autem uidentur componentes se.
Imperiti uelut distantes longe speculantur.
Syllogismus ex quibusdam positis est ut dicatur diuersum quid ex necessitate ab his quæ posita sunt.
Eelencus est syllogismus cum contradictione conclusionis.
Quoniam non est res ipsas ferentes disputare:nominibns pro rebus utimur notis:& ideo quod accidit.
Nomina finita sunt & orationum multitudo:res autem numero infinitæ necesse ergo erit plura eandem orationem & unum nomen signare.
Quemadmodum illi qui non sunt prompti numeros ferre a sciẽtibus expelluntur:eodem modo & in orationibus qui nominum uirtutis sunt ignari paralogizantur.
Quibusdam magis opere pretium est uideri sapientes quam esse & non uideri.
Diffi. Sophistica est apparens sapientia:non existens autem.
Opus scientis est non mentiri de quibus nouit:& mentientem manifesta re posse.

Capi.i Sunt diſputationum genera quattuor:doctrinales: dialecticæ:tẽptatiuæ.litigioſæ.

Diffi Doctrinales ſunt quæ ex propriis principiis cuiuſq; diſcipline:& nõ ex his quæ uidentur eſſe reſpondenti ſyllogizant.

Oportet eum credere qui diſcit.

Diffi Dialecticæ ſunt quæ ex probabilibus ſunt collectiuæ contradictionum.

Diffi Temptatiuæ ſunt quæ ſunt ex his quæ uidentur reſpondenti:& neceſſarium eſt ſcire ei qui ſimulat habere ſcientiam.

Diffi Litigioſæ ſunt quæ ex his ſunt quæ uidentur probabilia: non ſunt autem.

Quæ coniectant qui in diſputationibus decertãt ſunt quinq;:redargutio falſum:inopinabile:ſolœciſmus:& facere nugari.

Qui in diſputationibus corrixantur maxime uolunt uideri redarguẽtes.

Modi arguendi ſophiſticæ ſunt duo: alii quidem ſecundum dictionem: alii extra dictionem.

Modi qui ſunt ſecundum dictionem ſunt ſex numero:æquiuocatio:amphibologia:compoſitio:diuiſio:accentus:figura dictionis.

Sunt tres modi ſecundum æquiuocationem:unum quidem quando oratio uel nomẽ principaliter ſignificãt plura.Secũdus quãdo ſic ſoliti ſumus dicere.Tertius quando compoſitum cum altero plura ſignificat: ſeparatum uero ſimpliciter.

Secundum compoſitionem falſæ ſunt:ut poſſe ſedentem ambulare: uel quod unum ſolum poteſt ferre poteſt plura ferre:& diſcere nunc litteras ſic quidem didicet quas ſcit.

Secundum diuiſionem ſunt:ut quinq; ſunt duo & tria:& poſui te ſeruum entem libertum:& quinquaginta uirorum centum reliquit diuus achilles.

Secundum accentum in his quæ ſunt ſine ſcriptura dialecticis:nõ eſt idoneum facere orationem:in ſcripturis autem & poematibus magis.

Secundum accentum ſunt ut metuo longas pereune lydia noctes: dormis:& heu quianam tanti cinxerunt æthera nimbi.

Secundum figuram dictionis accidunt quando non idem interpretatur ſimiliter:ut maſculinum:fœmininum uel quale quantum:& econuerſo uel hoc aliquid:quale quid.

Capi.iii Extra dictionem paralogiſmorum ſpecies ſunt ſeptem una quidem ſecundum accidens:Secunda in eo quod ſimpliciter & non ſimpliciter.Tertia ſecundum elenchi ignorantiam.Quarta ſecundum conſequens. Quinta ſecundum q̃ in principio eſt ſumere.Sexta q̃ non eſt cauſa ſecundum cauſam ſumere.Septima plures interrogationes ut unam facere.

Diffi. Elenchus eſt contradictio unius & eiuſdem non nominis ſed rei: & nominis non ſynonimi: ſed eiuſdem: ex his quæ data ſunt ex neceſſitate non connumerato quod erat in principio: ſecũdum idem: ad idẽ: ſimiliter & in eodem tempore.

Quidam omittentes aliquid ex his quæ dicta ſunt faciunt apparentem elenchum.

Capi. iiii. Eſt omnes dictos modos fallatiarum reducere in elenchi ignorantiam conuenit enim reſoluere in elenchi diffinitionem.

Qui nõ poſſunt diſtinguere aut interroganti concedunt: aut cõ non dent putantur dediſſe.

Quæ uni & eidem ſunt eadem ſibi inuicem probamus eſſe eadem.

Propoſitio unum de uno ſignificat.

Diffinitio eadẽ eſt unius ſolius: & ſimpliciter rei ut hominis: & unius tantum hominis.

Capi. vi. Sophiſticus elenchus non ſimpliciter eſt elenchus: ſed ad aliquã ſimiliter & ſyllogiſmus.

Quod aliquis non interrogatus arbitratur dandum: & interrogatus ponet idem

Secundum uuamquamq; artem eſt falſus ſyllogiſmus.

Capi. vii. Inconueniens eſt opinari alias ad nomen eſſe orationes alias ad intellectum: & non eaſdem.

Impoſſibile eſt aliquem uidere quod non putat.

Aliud eſt docere q̃ diſputare: quoniam oportet docentem quidem non interrogare: ſed eos manifeſtos facere: illum autem interrogare.

Qui ſecundum rem conſyderat comunia dialecticus eſt: qui autem hoc apparenter facit ſophiſta eſt.

Capi. viii. Qui ob uictoriam ipſam certant ſunt litigioſi homines: & rixe amici eſſe uidentur: nam quis omnino uincere uolunt omnia apprehẽdunt: hi litigioſi ſunt.

Qui propter gloriam certant quæ in differentiis eſt ſophiſtici ſunt.

Non eſt dialecticus circa aliquod genus determinatum: neq; oſtenſiuus illius: neq; talis qualis uniuerſalis neq; enim ſunt omnia in uno aliquo genere: neq; ſi eſſent poſſibile eſſet ſub eiſdem principiis eſſe ea quæ ſunt.

Nulla ars demonſtratiua alicuius: naturæ interrogatiua eſt: non enim poſſibile utramlibet partium dare: nam ſyllogiſmus non fit ex utriſq;.

Eſt experimentum ſumere non ſcientis: & eum qui neſcit rem.

Omnes etiam idiotæ utuntur quodammodo dialectica: & temptatiua: nam omnes uſq; ad aliquid conantur diiudicare pronunciantes.

Arguunt omnes. Scilicet idiotæ & ſine arte participant id de quo artificialiter dialectica eſt: & arte ſyllogiſtica dialecticus & temptatiuus.

Capi.viiii Falſum in aliquo oſtendere & ad inopinabile ducere primo eſt ex eo quod interrogat quodammodo. ideſt celanter ſecundo intetto/gare multa: quamuis determinatum ſit ad quod diſputat. tertio ea quæ uidentur dicere probare. ideſt laudare. nam hoc facit quandam ido/neitatem ut ad inopinabile ducat uel falſum. quarto ſi interrogatus di-cat aut neget aliquid horum ducere ad quæ argumentari idoneus eſt. quinto nullam ſtatim interrogare poſitionem ſed confiteri ob hoc ſe interrogare q̄ diſcere uelit.

Vt ad inopinabile ducat conſiderare debet opponens ex quo genere. ideſt ſecta. eſt qui diſputat: deinde interrogare quod pluribus. ideſt illius recte. habūdat. ideſt uidetur. ſecūdo debet cōſiderare que ex uo luntatibus occultis & manifeſtis opinionibus procedunt tertio conſi-derare ea quæ ſunt ſecundum naturam & legem contraria enim eſſe naturam & legem dicunt quarto conſiderare ea quæ pluribus & ſapien tibus ſunt contraria.

Lex opinio plurium eſt: ſapientes autem ſecundum naturam & ſecūdum ueritatem dicunt.

Capitulo.x.

Facere nugari erit: ſi opponens ſupponat q̄ nihil differat nomen. ideſt no men per ſe ſumptum: uel cum alio. uel orationem dicere: ut duplum & dimidii duplum.

Capitulo.xi.

Contingit ducere ad ſoleciſmum & uideri: & non ducere & uideri: & du cere & non uideri: quemadmodum dicit cecilianus ſi ficus ſit ſecun/dæ declinationis qui dicit ficus naturas ſolœciſmum facit: non uide/tur autem pluribus: qui uero ficos uidetur quidem ſed non facit.

Capitulo.xii.

Ad redarguendum unum quidem utile eſt longitudo: difficile eſt enim ſimul multa conſpicere. Secundum uero feſtinatio: nam tardiores mi-nus præuident. Tertium ira & contentio: conturbati enim minus poſ-ſunt conſeruare orationem elementa autem iræ ſunt: manifeſtum re/ſpondentem facere q̄ uult iniuſte agere: & circa omne impudentem eſſe. Quartum permutatim interrogationes ponere. Quintum propo-ſitum occultare: nam occultatio eſt latendi cauſa: latere autem cauſa fallaciæ.

Ad negantes quæcunq̄ opinantur eſſe ad propoſitum: interrogandum eſt oppoſitum uelut contrarium uelit ſumere: aut duorum ex æquo in terrogationem facere: nam cum dubium eſt quid opponēs uelit ſume-re minus graues fiunt reſpondentes.

Quando reſpondens dedit ſingulare inducenti uniuerſale ut conceſſo utendum eſt uniuerſali: nam plærumq̄ putant & ipſi dediſſe. & audien

tibus uidetur propter memoriam inductionis.

Quando respondens dedit in quibus non nomine significatur uniuersale sed similitudine: utendum est opponenti ad hoc quod expedit illo simili: latet enim plærunq; similitudo.

Quando respondens admittit contrarium debet opponens inquirere sub aliqua disiunctione.

Appositis iuxta se contrariis & maiora & magna uidentur: & peiora & meliora.

Sæpe facit uidere redargui maxime sophistica calumnia interrogantium cum nihil syllogizantes non interrogationem faciunt de hoc quod ultimum est sed conclusiue dicunt uelut syllogizantes: non ergo hoc & hoc.

Opponens debet laudare respõsionem respondentis: si concedit aliquod inopinabile: & interrogare oppositum illius inopinabilis an sit uerum uel falsum: & si concedat illud oppositum fiet contra ipsum uerus elenchus: si non: fiet apparens.

Opponens debet considerare in positione respondentis si sit contrarium prius dictis ab eo.

Si opponens instat argumento opponentis: opponens fingere debet multiplicitatem aliquam in suo dicto.

Si respondens uideat respondentem percipere multiplicitatem in oratione: debet præuenire soluendo illum defectum & interrogare alia: ut credatur uere arguere.

Si opponens non habeat argumentum ad principale propositum debet se transferre ubi habundat argumentis: & si respondens quærat quare se transferat respondeat solummodo in generali q̃ sibi intendit contradicere.

Opponens non debet interrogare omnes propositiones quæ ualent ad propositum: sed ut concessis uti.

Ex secundo libro elenchorum. Capitulo. I.

Circe solutiones paralogismorum utile est ad philosophiam: & ad gloriam circa omnia exercitatum esse uideri: & in nullo in scie se habere.

Qui ab alio facile paralogizatur: & hoc non sentit & ipse a se hoc patitur sæpe.

Non est idem soluere uitium orationis: & interroganti posse obuiare uelociter: nam quod scimus sæpe transpositum ignoramus.

Citius & tardius exercitatione fit magis: quare si manifestũ nobis sit: immeditati autem simus: fallimur: temporibus frequenter.

Facil.us eſt componere paralogiſmos q̄ ſoluere.
Contra litigioſos ſyllogiſmos obſtandum eſt non ut contra arguentes: ſed ut contra apparentes: quare ut non uideantur corrigendi ſunt.
Accidit ſæpe uidentes amphibologiam pigreſcere diuidere: eo q̄ frequēter talia proponantur ne ad omnia uideantur graues eſſe: quare quando data eſt diuidere non pigritandum.
Nulli eorum quæ æquiuoca ſunt conuenit reſpondere ſimpliciter: & ſi de omnibus uerum ſit: quoniam nō oportet ad duas interrogationes unam reſponſionem dare.

Capitulo .ii.

Reſpondens nō debet multa cōcedere: & ſi uera uideanter: ſed dicere trāſeat: uel ita: ſic enim non fiet elenchus.
Si reſpondens aliquod inopinabile cogatur dicere: debet dícere hoc multis uideri ſic enim inopinatum non uidebitur fieri.
Si reſpondens ad inconueniens ducitur: & antecedens ſit propinquum conſequenti: dicere debet q̄ petit quod in principio eſt.
Quando ab arguente uniuerſale non nomine proprio ſumitur ſed in parabola: dicendum eſt a reſpondente quoniam non ut datum eſt neq; ut propoſuit ſumit.
Quando obſcurum eſt & truncatum quod proponitur: non concedendum ſimpliciter.
Quando duo proponuntur reſpondenti: cum alterum quidem eſt: alterū ex neceſſitate uidetur eſſe: debet potius reſpondes negare conſequens quam antecedens: quia difficilius eſt illud ſillogizare: & uniuerſaliter duobus ſibi propoſitis debet quod facilius eſt dare & difficilius ad probandum negare.
Si duo habebant contrarium & reſpondens dare neſciat dicendum eſt contrarium quidem eſſe: nomen autem non eſſe alterius contrarii.
Si dubium proponitur reſpondenti cuius ſunt contrariæ opiniones debet dicere quoniam huius ſunt contrariæ opiniones aſſignando eas: & ſic non putabitur mentiri: & faciet orationem ſine elencho uidéri.
Si reſpondens preſenſerit interrogationes: prius inſurgendum eſt & prædicendum. Sic enim maxime interrogantem prohibebit arguere.

Capitulo .iii.

Diffi. Solutio recta eſt manifeſtati o falſi ſyllogiſmi: ſecundum quam interrogantem. ideſt præmiſſam. accidit falſum.
Falſus ſyllogiſmus ſit dupliciter: aut quia ſyllogizatū eſt falſum: ut quia non eſt ſyllogiſmus ſed apparens.
Debet reſpondens orationes ſyllogiſticas falſum ſyllogizantes interimē

do. scilicet præmissas. soluere:apparẽtes uero diuidendo scilicet præmissas.

Volentibus soluere orationem primum respondendum est si syllogiza/ta est aut non:deinde utrum sit uera conclusio aut non:quatenus diui/dentes uel interimentes soluamus.

Capi.viiii. Ad eos qui p'ures interrogationes unam faciũt:statim in prin cipio determinandum:nã interrogatio una est ad quã una est respõsio.

Nec plura de uno:nec unũ de multis:sed unũ de uno dicendũ uel negãdũ

Cap.x. Orationem aliæ sunt faciles respici:aliæ difficiliores.

Qui est secũdum æquiuocationẽ paralogismus uidemus esse leniss̃imus: & orationes huiusmodi ridiculosæ:& non digne solitione.

Acus oratio est quæ dnb'rare facit maxime mordet enim hæc maxime re spondentem.

Oratio accerrima dicitur quæ ex maxime apparentibus q̃ maxime proba bile interimit.

Socrates interrogabat sed non respondebat:fatebatur enim nescire.

Earum quæ inueniuntur aliarum scientiarum omnium. scilicet a logica quæ ab alliis sumpte sunt:& prius celebratæ particulariter. ideſt solum quantum ad principia augentur ab eis qui accipiunt postea: quæ autẽ ex principio inueniuntur parum in primis solent augumentum sume/re:utilius autem est illo quod postea ex his fit augumentum.

Principium omniũ. scilicet scientiarum. est maximum:quare & diffi/cilimum:quanto enim optimum potestate tanto prauissimum magni/tudine:difficilimum enim est uideri.

Principio inuento facile est addere & augere reliquum.

Qui principia rhetoricæ inuenerunt & aliarum artium omnino ad paruũ quid perduxerunt:qui autem nunc famosiores sunt assumentes a mul tis uelut ex succession̄e particulariter colligẽtes sic auxerunt:tysias qui/dem post priores:tysimachus post tysiam: theodorus autem post hũc.

Artis logicæ ante me. scilicet ante aristotelem, nihil omnino erat prescru tatum:se uelox, ideſt labilis a memoria quia sine arte erat doctrina di/scentibus ab eis:non enim artem sed quæ ab arte sunt dantes antiqui erudire arbitrati sunt.

Reliquum erit omnium uestrum ℞ eorum qui audierunt hoc opus omis sis artis indulgentiam:inuentis autem multas habere gratias.

Expliciunt auctoritates ex secũdo elenchorum Aristotelis.

Incipiunt propositiones ex primo libro rhetoricæ aristotelis: secundum interpretationem georgii trapezuntii ex primo capitulo ℔ de eisdem est rhetorica & dialectica & de ipsius utilitate.

Hetorica cum dialectica conuertitur:nam de eis utraq; est quæ cognoscere quodam modo comuniter est:& nullius determi/

natæ ſcientiæ.

Omnes ſcientiæ rhetorica & dialectica quodammodo participãt:nã oẽs uſq; quaq; tum quærere ac reddere rationẽ:tum defẽdere acaccuſare co nãtur:uerũ multi hæc temeræ nõ nulli exercitatiõe ac habitu factitant.

Quicunq; eloquentiæ artes ad preſens uſq; compoſuerunt:paruam ipſi/ us particulam adinuenerunt.

Fidem facere rethori artificioſum tantummodo eſt:cætera uero accedũt.

Enthymemata perſuaſionis nerui ſunt.

Indignatio miſericordia ira cæteriq; animi affectus nõ de ipſa re ſunt ſed commouendi iudicis cauſa.

Quiddam (ut ariopagitæ) recte prohibent litigãtem præter rem quicq; dicere:non enim oportet in iram:aut inuidiam aut in miſericordiam impellendo a recto iudicem flectere:ne ſimiles ei ſimus qui eam qua uſu/ rus ſit regulam prius inflectit.

Perſpicuum eſt nihil ad litigãtem pertinere niſi ut oſtendat utrum res ſit nec ne:& utrum factum ſit an non:ſi uero magnum aut paruum iuſtũ aut iniuſtum:quæ legiſlator nõ determinauit:ea non a litigantibus accipere ſed per ſe ipſum iudicem ſcire oportet.

Maxime conuenit ut quæ recte poſitæ ſunt leges cuncta ipſe determinẽt quæ determinari queant:& quam minima iudicibus relinquant:primũ quia unum aut paucos prudentes qui leges ferre ac iudicare poſſint facilius eſt inuenire q̃ multos:deinde quoniam longi temporis conſideratione leges feruntur:cum iuditia breuiſſime conficiantur:itaq; difficile eſt ut bene a iudicibus iuſtum & conducibile diſtribuatur.

Legumlatoris iudicium nõ de ſingulis nec de preſentibus:ſed de uniuerſalibus & de futuris eſt:præter uero ac iudex de preſentibus iam determinatiſq; iudicant:inde fit ut cum & ament & oderunt:ſua quoq; utilitas connexa ſit:nõ ſatis queant ueritatem perſpicere:ſed propria uel uoluntas uel dolor iudicia ſua obumbret.

Factum eſſe aut non factum:& fore aut non fore:eſſe quoq; uel non eſſe: hæc omnia cum non poſſit legiſlator preuidere iudicibus relinquẽda neceſſario ſunt.

Melior ac ciuitatibus utilior deliberatiua preceptio eſt:q̃ iudicialis.

Minus in deliberationibus conducit præter rem dicere:minuſq; maliciæ deliberatio habet:q̃ iuris dictio cum ſit comunis:hic enim de ſuis qui audit iudicaturus eſt:itaq; nihil aliud demonſtrare oportet:niſi q̃ ſic ſe habet ut conſiliarius dicit.

Perſpicuum eſt fidem demonſtratione fieri:tunc enim uehemẽter credimus cum demonſtratum eſſe putauerimus.

Diffi. Enthymema rhetorica eſt demonſtratio.quod præcipuũ eſt in demonſtratione perſuaſione.

De quolibet ſyllogiſmo dialectica uel uniuerſa uel pars ei⁹ q̄dā cōſiderat.
Eiuſdē uirtutis eſt ut ueri & ueriſimilis conſideratio.
Homines ſatis ad ueritatem nati ſunt:& ut plurimū ueritatē cōſequūtur.
Oportet ut ſicut in ſyllogiſmis ita in rhetoricis contraria perſuadere] poſſimus non ut utraq; faciamus:(nā mala faciunda non ſunt:)ſed ne nos lateant quomodo ſe habeant:& ut cum alii non iuſte utantur oratione ſoluere poſſimus
Aliarum artium nulla de cōtrariis ratiocinatur:ſed dialectica & rhetorica id ſolæ faciunt:cum utraq; ſimiliter de contrariis ſit:q̄uis non ſimiliter res ſubiecte ſe habent:ſed ſemper uera præſtantioraq; ſecundum natu/ rā melius ſyllogiſmo colligūtur:ac ut ſimpliciter dicā credibiliora ſūt
Abſurdum eſt ſi non poſſe corpore ſibi præſidio eſſe turpe ſit:ratione ue. ro non ſit:quod hominis magis eſt:q̄ uſus corporis:
Officium rhetoricæ non eſt perſuadere:ſed poſſe quæ in ſingulis credibi lia ſunt perſpicere:ueluti etiam in cæteris artibus:nec enim eſt medici/ næ ſanitatē inducere:ſed quo ad uſq; poſſibile ſit:ad hoc uſq; pducere: cū poſſibile ſit eſſe eos qui nullo poſſint pacto ſanari bene tātū curare.
Rhetoricæ eſt tam quod credibile eſt q̄ quod credibile uidetur perſpice/ re:ut dialecticæ tam ſyllogiſmum q̄ apparentem ſyllogiſmum.
Dialecticus cauillator non uiribur ſed electione:rhetor uero tā ſcientia q̄ electione orator erit cauillator enī.i.ſophiſta ſit ſi in utēdo ſyllogiſmū apparentē eligit:quia uiribus dialecticus electione cauillator ē:ſed hæc in oratore nō deſtingūtur:nam uiribus utrúq; uidet ſ.tam quod credi/ bile q̄ quod apparet & cū finis ſuus perſuadere ſit nō eſt demōſtrādus cauillator ſi etiam apparentibus d perſuadendum utatur.

Capitulo ſecundo q[uo]d hec rhetorica quod eius ſubiectum.

Diffi Rhetorica eſt uis qua quod in unaquaq; re probabile eſt perſpicitur.
Perſuaſionum aliæ ſine arte ſunt:aliæ artificioſæ.
Diffi Perſuaſiones ſine arte ſunt quæ non a nobis excogitatur:ſed cū ex ſint aſſumuntur:ut teſtes cruciatus ſcripta:artificioſe uero:quæ ratione ac uia a nobis excogitari poſſunt.
Perſuaſionú quæ ratione parantur genera ſunt tria:nam alia in moribus ſunt eius qui dicit:alia in auditore modo quodam afficiēdo:alia in ra/ tione ipſa cum demonſtraremus aut demonſtrare uideamur.
Probis & magis & facilius de omnibus ſimpliciter credimus:nam probi tas dicentis:non(ut quidā eorum qui artē ſcripſerūt nihil affert ad pro bandū:ſed forte(ut breui abſoluam)præcipuam mores fidem faciunt.
Non ſimiliter iudicium reddimus cum dolemus & cum lætamur:aut cū diligimus aut cum odimus.
Rhetorica eſt quaſi propago dialecticæ:& eius negotii quod cum de affe ctibus ſit æquum eſt ut ciuile appelletur.

Enthymema ſyllogiſmum thæthoricum:extremnm uero rhetoricam inductionem appello.

Si multis aut ſimilibus ſic ſe habere oſtendas:ibi quidem inductio:hic autem extremum uocatur

Si cum quædam ſint aliud quid illorum cauſa eueniat præter illa:quoniam illa ſunt:aut uniuerſaliter aut ut in plurimum:ibi quidem ſyllogiſmus:hic autem enthymema uocatur.

Ars nulla conſiderat ſingularia ſingularia enim iufinita ſunt & ſciẽtia neqeunt contineri.

Conſultamus de his quæ uidentur utroqꝫ poſſe pacto fieri:nã de his quæ dicitur fieri aut fore aut ſe habere non poſſunt nemo ſic exiſtimans cõſultabit:cum non aliter q̃ ſic conſultari poſſit.

Fluunt entymemata ex probabilibus & ſignis.

Diffi. Probabile eſt quod ſemper fere ſolet fieri: uerũ nõ ſimpliciter : ſicqꝫ ſe habet ad illud ad quod eſt probabile:ut uniuerſale ad particulare.

Probabile qđ græce εικοϛ dicitur eſt & cetera nã ſi particulariter capiãtur ſtatim apparet quod poſſũt aliter ſe habere:ut in hoc hæc mater diligit filiũ ſuum uel ſic medea diligit filiũ ſuum hoc iam nec eſt nec apparet probabile:hæc uero propoſitio mater diligit filiũ probabilis eſt & habet ſe ad illud qđ eſt ꝓbabilis ut uniuerſale ad particulare:hæc gre.ta.

Signorum aliud quidem ſe habet ut ſingulare quiddam ad uniuerſale:ut ſi quis aſſerat omnes ſapientes iuſtos eſſe:quoniam ſocrates cum eſſet ſapiẽs iuſtus erat:aliud ut uniuerſale quiddam ad particulare:ut ſi quis fabricicare hominem dicat:& eius ſignum eſſe ꝙ crebro reſpiret.

Probabilium & ſignorum quod neceſſarium eſt argumentum dicitur:nã cum nõ poſſint ſoluere quod dictum eſt tunc potant argumẽtum eſſe allatum quaſi demonſtratum ſit atqꝫ concluſum.

Diffi. Exemplum eſt non ut totum ad totum:neqꝫ ut pars ad totum:neqꝫ ut totum ad partem : ſed ut pars ad partem:ſimile ad ſimile : quando utraqꝫ ſub eodem genere ſunt:ſed unum altero magis perſpicuum.

Capitulo tertio de tribus generibus cauſarum & finibus ipſorum.

Ex tribus oratio cõſtituitur:ex eo qui dicit:de quo dicit & ad quem:ideſt ad auditorem penes quem etiam finis eſt.

Neceſſe eſt auditorem aut ſpectatorem eſſe:aut iudicem:iudicem aut præteritorum aut futurorum.

Diffi. Qui de futuris iudicat ſenator eſt:qui de præteritis iudex: qui uero de facultate ſpectator eſt.

Tria ſunt genera dicendi:deliberatiuum:iudiciale:demonſtratiuum.

Deliberatiuæ orationis aliud ſuaſio:aliud diſſuaſio eſt:nam ſemper & qui priuatim conſulunt & qui publicæ concionantur horum alterum aggrediuntur

Iudicialis orationis aliud accusatio aliud defensio:horum enim alterum occupant litigantes.
Demonstratiue orationis aliud laus aliud uituperatio.
Consulenti tempus futurum accomodatur litiganti preteritū:demonstrā ti præcipue presens.
Omnes secundum ea quæ presentia sunt laudant aut uituperant.
Consulenti finis est utile aut contrarium:nam qui suadet ad melius horta tatur:qui autem dissuadet quasi a peiore dehortatur: litiganti finis est iustum aut iniustum:laudanti aut uituperanti honestum uel turpe:
Argumēta & probabilia & similiter signa rhetoricæ propositiones sunt.
Diffi. Enthymema est syllogismus ex probabilibus & signis constans.

Capitulo.iiii.De quibus deliberatio esse soleat.

Tenendum est non de omnibus bonis aut malis consiliarium consulere: sed de his quæ possunt fieri & nō fieri:sed neq; de cunctis contingenti bus(sunt enim quædā a natura quædam a fortuna bona quæ q̄uis con tingentia sint nihil tamen ad ea confert deliberatio:sed de his quæ/ cunq; ad nos referri nata sunt:quorumq; origo ac causa in nobis est.
Verum est rhetoricam ex resolutiua scientia & ea ciuili quæ de moribus est:composita esse.
Maxima de quibus omnes consultant & quæ deliberantes aggrediuntur quinq; ferre numero sunt:de opibus:de bello ac pace:de regionis loco rum custodia:de his que inferunt & efferuntur:de legumlatione.
Non solum rerum accessiones:uerum etiam expensarum attenuatio nos reddunt ditiores.
Similia a similibus fieri consueuerunt.
Ad ciuitatem tutandam non minimum est ciuem legislationis esse saga/ cem:nam salus ciuitatis in legibus sita est.
Ad ferēdas leges peregrinationes:quibus multarum gentiū leges cogno sci:possunt:perutiles sunt.
Ad publica cōsilia diligenter perscripta rerum gestarū hystoria utilis est.

Capitulo.v.De fœlicitate ac fine deliberantium.

Diffi. Fœlicitas est uel fortuna secūda cum uirtute:uel per se sufficientia uitæ:uel uita tuta & iocundissima:uel possessionū facultas & corporis uires cū factiua conseruatiua amplificatiuaq; horum uirtute.
Diffi. Nobilitas gentis & ciuitatis est indigenas esse aut uetustissimos:& primos duces illustres:multos quoq; ea ex gente in rebus quæ expetun tur præclaros extitisse.
Diffi Priuata nobilitas est quæ a uiris aut a mulieribus est:legittima ab ip sis procreatio:& aut uirtute aut diuitiis aut alia re laudata primos cla/ ros fuisse:multosq; famosos ea ex gente uiros, & mulieres iuniores ac seniores fuisse.

Eſt fœminarū uirtus corporis quidē forma & proceritas: animi uero pudicitia & operandi ſtudium abſq; illiberalitate.

Ciuitates quibus haud bonæ ſunt mulieres: ſecuti lacedæmoniis eæ media pene felicitatis parte priuantur.

Diffi. Amæna ſūt quibus frui queas: quibus uero fruimur ex his nihil magni præter uſum conſequimur.

Diuitem eſſe in utendo magiſq; in poſſidendo conſiſtit: utētis enim operatio eſt: poſſeſſio uero ipſa diuitiæ ſunt.

Diffi. Gloria eſt cum uirtuoſus a cūctis exiſtimatur: aut id habere putatur quod cuncti uel plures: uel probi uel prudentes expetunt.

Diffi. Honor eſt benefacturæ gloriæ inditium.

Honorantur maxime atq; merito qui beneſitia contulerunt: deinde qui conferre queant.

Multi honorem aſſequuti ſunt q̄uis parua præbuerint: ſed modus profuit atq; occaſio.

Honoris partes ſunt ſacra: memorationes: decantationes carminū: aut ſolutæ orationis ad laudem recitatio: loci primi conſceſſus ſepulcra: imagines publici uictus. ad hæc etiā barbara: ut inclinati: loco credere: munera quoq; ſed alia apud alios honoratiora ſunt.

Diffi. Munus eſt rei alicuius donatio: atq; honoris ſignū quapropter tam æris auidi quā ambitioſi donari cupiunt: cum id donatio habeat quod utriq; appetunt.

Corporis uirtus eſt ſanitas:

Pulchritudo alia in alia ætate eſt: nam iuuenis pulcher eſt: cui commodū ad ſubeundos & curſus & uiolentiæ labores corpus eſt: aſpectuq; inſuperiocundum. uir uero pulcher qui & labores bellicos ſuſtinere queat: & ita iocundus aſpectu eſt ut ſimul quoq; dum uideatur terreat.

Diffi. Vires ſunt quibus poſſis quod mouere cupias: ita mouere ut uelis: Mouemus aut trahentes aut pellentes aut eleuantes: aut deiiciētes: aut cōprimentes.

Corporis certatiua uirtus ex magnitudine robore uelocitateq; conſtat.

Pancratiſta dicitur qui percutiendo & luctando olympia uincebat, pentachlus uero qui quinq; certaminibus uicerat, pugnis ſcilicet cæſtu curſu ſaltu & luctatione. & dictus eſt a πέντε & ἆθλ. σ certamē.

Qui præmere ac retinere poteſt luctator eſt: qui pulſando pellere percurſor eſt qui utriſq; pancratiſta eſt: qui omnibus moribus pentachlus eſt.

Senectus bona eſt quæ tarde inuadit & dolores non infert.

Qui ualitudinarius eſt & non robuſtus cum facile patiatur & doleat uitæq; breuioris ſit non eſt felix.

Diffi. Amicus eſt qui quæ fore bona amico putat: ea propter ipſum agit

amicum.

Diffi. Secunda fortuna est cum omnia uel plurima uel maxima bona eorum quorum ipsa fortuna causa est forte eueniant atq; permaneant.

Capitulo.vi.De bono ac utili.

Non de fine sed de his quæ sunt ad finem quilibet consulit.

Diffi. Bonum est quod sui ipsius gratia est expetendum:& id cuius gratia aliud quiddam appetimus.& quod omnia expetũt uel quæ sensum habent:uel quæ intellectum aut habent:aut si haberent expeterent & efficiens atq; conseruans & id ad quod hæc consequuntur.

Quicquid qui de singulis est intellectus tribuit:id unicuiq; bonum est.

Exercitatio plerumq; sanitatem efficit.

Acquisitiones bonorum & malorum abiectiones necessario bonæ sunt:

Maioris boni pro minore: & minoris mali pro maiore acceptio bona est.

Cum uoluptatem omnia animalia secundum naturam appetunt:iocũda ac spetiosa bona:bona esse necessarium est.

Fœlicitas per se ipsam expetibilis est & sufficiens:omnesq; animi & corporis uirtutes gratia eius appetimus.

Viuere per seipsum expetendum est:& si nihil aliud bonum inde sequeretur.

Dici solet mala cunctis similiter hominibus obesse.

Quod maius est q̃ oporteat id malum est.

Multi quasi omnes apparent.

Nemo laudat quod bonum non est.

Possibilia duplicia sunt:scilicet quæ uix fiunt:& quæ facile.

Diffini. Facilia sunt quæ uel sine dolore uel breui tempore fiunt.

Diffi. Difficile est quod cum dolore aut multo tempore fit.

Capitulo.vii.De maiore & minore.

Excessus generum & eorum quæ in generibus maxima sunt proportionaliter se habent:ut si uir maximus maior est quam fœmina maxima: omnino quoq; uiri fœminis maiores:& si omnino maiores sunt fœnis uiri:uir quoq; maximus maxima femina maior.

Cum quippiam ex aliquo sequitur:hoc ex illo non sequetur.

Quod sequitur aut simul sequitur:ut si sanus est sequitur quod uiuat: ex hoc uero illud non sequitur:aut postea:ut scire ex adiscere:aut potestatæ ut ad sacrilegium furtum.

Maioris boni efficientia.ipsa quoq; maiora sunt.

Quod per se expetibile est:eo quod non per se maius bonum est.

Sine causa & principio impossibile est aliquid esse aut fieri.

Cum duo principia diuersorum sint, quod a maiore principio est maius est.

Duorum principiorū aut cauſarum qđ maioris principiū eſt cā: maius eſt.
Quod rarius eſt: eo maius eſt quod habeamus ut aurum ferro.
Cuius contratium maius id maius eſt.
Cuius priuatio maior id maius eſt.
Sicut cauſe principia ſe habēt ad maius & minus ſic & effectus: & e cōtra.
Quorum exceſſus eligibilior aut pulchrior eſt: & ipſa eligibiliora & pulchriora ſunt: & e contra rerum meliorum exceſſus meliores ſunt & pulchriorum pulchriores.
Quorum cupiditas melior & laudabilior eſt: & ipſa meliora & laudabilio ra ſunt.
Quarum ſcientia pulcbrior eſt magiſq; expetitur: ipſe quoq; res pulchrio- res ſunt magiſq; expetuntur.
Pericles in funebri ait oratione ita ciuitatem iuuentute ablata deformem eſſe: ut annus ſi uer ab eo remoueretur.
Accipere q̄ facere beneficiū eligibilius uidetur: illud enī uel ſi nemo ſciat te accepiſſe profecto eliges: hoc: ſi occultum futurū eſt te contuliſſe nō uideris electurus.
Eligibilius eſt iuſtum uideri q̄ eſſe: at ſanum eſſe non ita.
Vno plura meliora ſunt: duo enim in unū compoſita totū maius efficiūt.

Capitulo. viii. De numero policiarum in ſpetie ac finibus earum.

Cunctis utilitas perſuadet.
Tot ſunt principantes quot reſpublicæ quare quattuor reſpublicæ ſūt ſcilicet populi paucorum optimatum: unius quod principatur ac iudicat.
Dif Populus eſt ciuitas uel reſpublica ī qua ſorte magiſtratus declarātur.
Diffi Paucorū poteſtas eſt reſpublica in qua cēſu magiſtratus declarātur.
Diffi Optimatū poteſtas eſt reſpublica in qua qui diſciplina legibus poſita excellunt principantur.
Qui legibus ſemper optemperarunt ii optimi uidentur.
Diffi. Monarchia eſt reſpublica in qua unus omnium dominus eſt.
Diffi Monarchia ſi ordine quodam conſtituta eſt: regnum dicitur: inordinata uero tyrannis appellatur.
Popularis ſtatus finis libertas eſt: paucorum uero diuitiæ: optimatū autē quæ ad diſciplinam & ad leges pertinent: tyrannidis nero cuſtodia.
Nō ſolū rationibus ſed oratiōe affecta & morata fidē facimus: credimus enim eo facilius quo qualis quidam orator uidetur: ideſt ſi uir bonus ſi beniuolus aut utrunq;.

Capi. viiii. De honeſto ac laudabili quæ ad demōſtratiuū genus pertinēt.

Honeſtum eſt quod cum bonum ſit idcirco iocundum quoniā bonū eſt.
Diffi. Virtus eſt uis quædam productiua & conſeruatiua rerum bonarū: uiſq; bene faciendi multa & magna & omnia in omnibus.
Neceſſe eſt ſi uirtus benefacié di uis eſt: maximas eos eſſe uirtutes quæ plu

rimum aliis conferunt quapropter iuſtos ac fortès maxime laudãt:cũ alii bello alii pace utiles hominibus ſint:deinde liberales:non enim cõtendunt de pecuniis ſed largiuntur eas quas ſummopere cæteri cupiũt

Diffi. Iuſtitia eſt uirtus qua ſinguli ſua ſecundum leges poſſident.

Diffi. Iniuſtitia eſt per quam aliena ſinguli contra leges retinent.

Diffi. Fortitudo eſt uirtus quam actui bonarum rerum ut leges iubent in periculis ſumus legibuſq; adminiſtratiua huius contrarium timor eſt.

Diffi. Liberalitas eſt uirtus pecuniis benefactiua illiberalitas contrarium.

Diffi. Magnanimitas eſt uirtus magnorum beneficiorum effectiua:huius contraria puſillanimitas.

Diffi. Magnificentia eſt uirtus magnitudinis ſumptuum effectiua huius contraria modicitas.

Diffi. Prudentia eſt mentis uirtus qua de bonis ac malis quæ ad fœlicitatem pertinent bene poſſumus conſulere.

Non ſemper quod iuſte fit honeſtum eſt:cum enim damnatur quis:turpẽ magis eſt ſi iuſte fit:q̃ ſi iniuſte.

Alceo dicenti uellem tibi aliquid dicere:ſed pudor impedit:ſapho reſpondit:ſi bona laudabiliaq; cuperes:nec lingua turpe aliquid dicere mediꝛtareris:nullus oculos pudor retineret.

Laudabilius eſt inimicos ulciſci potius q̃ reconciliari::nam malũ pro malo reddere iuſtum eſt:omneq; iuſtum laudabile.

Apud laconas comam nutrire laudabile eſt:nam quoniam non eſt facile ſeruile quicq̃ facere opus crinitum hominem:libertatis id apud eos indicium eſt.

Laudabilius eſt nulla uti arte fabrili:liberum nanq; eſt non uiuere ad aliũ.

Virtutis eximiæ eſt cunctis benefacere.

Laus ex operationibus eſt.

Diffi. Laus eſt oratio magnitudinem uirtutis oſtendens.

Veriſimile eſt bonum eſſe ex bonis:& bene educatum bonum eſſe.

Laudamus eos qui fecerunt:quoniam facta ſigna ſunt habitus:nam & eũ qui non fecit laudaremus ſi talem eſſe crederemus.

Non oportet ſecunda fortuna confidere nimiũ:ſed his quæ a ſeipſo ſunt.

Capitulo.x.De accuſatiõne & defenſione.

Diffi. Iniuriari eſt ſponte præter leges officere.

Legum alia propria alia comunis.

Diffi. Propria legem dicimus qua ciues ſcripta utuntur: comunem uero qua non nulla etiam ſi ſcripta non ſunt apud omnes tamen ualere uidentur.

Sponte facimus quæcunq; cognoſcentes & non coacti facimus.

Quæ ſponte facimus cuncta eligimus.

Nemo ignorat quæ eligit.

Diffi. Voluntas est appetitus boni cum ratione.nullus enim aliquid uult nisi cum bonum esse putauerit.

Appetitiones irrationabiles sunt ira & concupiscentia.

Necesse est quæcunq; homines agunt septem eos causis agere: fortunas ui:natura:consuetudine:ira:cupiditate:neq; oportet secundum ætates aut habitus ea quæ aguntur distinguere.

Si accidit ut iracundi aut cupidi iuuenes sint:non propter ætatem agunt quæ agunt:sed propter cupiditatem ac iram.

A fortuna sunt quæcunq; ita fiunt:cum eorum causa indeterminabilis: sit nec huius gratia:nec semper:nec ut plurimum:nec ordine fiant.

Natura fiunt quæcunq; causam ordinatam in se ipsis habent:nã aut semper aut ut plurimum sic eueniunt.

Vi fiunt quæcunq; preter cupiditatem ac rationem propter res ipsas fiũt: consuetudine fiunt quæcunq; ideo faciunt quoniam sæpe fecerunt.

Ratione fiunt quæ cum sint ex bonis conferreq; uideantur uel ut finis uel ut ad finem:propter utilitatem aguntur:nam quædam etiam intemperantes agunt utilia uerũ nõ propter utilitatem sed propter uoluptatem.

Ira fiunt quibus ulciscimur.

Differũt pœna & ultio:nam pœna eius qui patitur gratia fit: ultio autem eius qui facit ut expleatur.

Cupiditate agunt quæcunq; iocunda uidentur.

Consuetudo & ea in quibus assueti sumus iocunda sunt:nam multa eorũ quæ natura iocunda non sunt cum uoluptate faciunt qui assueti sunt.

Quæcunq; propter se agunt homines omnia uel bona sunt uel bona esse utuntur.& aut iocunda aut uidentur iocunda.

Ponimus malorum uel apparentium malorum reiectionem:aut minoris pro maiore assumptionem in bonorum numero.cum eligibilia' quo/dãmodo sint:& similiter doloris uel apparentes doloris reiectionem: aut minoris pro minore assumptionem iocundis connumeramus.

Capitulo.xi.De iocundis.

Diffi. Voluptas est motus animæ quidã ac affectio tota simul & sensibiliter in naturam proficiscens:dolor autem contrarium.

Cum sæpe ipsum ipsi semper propinquum sit:& ipsius quidem semper natura sit:ipsius uero sæpe consuetudo:nature consuetudo similis est: & quod uiolentum non est.

Cupiditatum aliæ irrationales sunt ut quas ex nulla cogitatiõe cupimus: quales sunt quæ natura esse dicũtur ut quæ sunt per corpus:rationales uero sunt cum quædam persuasi cupimus: nam multa & expectare & possidere cupimus cum audierimus persuasiq; fuerimus.

Necessarium est iocunda omnia esse uel in sentiendo presentia:uel in recordando præterita uel in separando futura.

Præſentia ſentimus:præterita meminimus:futura ſperamus.
Iocundum eſt ſeruato meminiſſe pericli:lætatur enim uir poſt labores cum multa tuliſſe multaq; geſſiſſe recordetur:cuius cauſa eſt:quoniam malum etiam non habere iocundum eſt.
Nemo iraſcitur illis quos ulciſci putat impoſſibile:illis etiam qui potẽtia excedunt aut non iraſcuntur aut minus iraſcuntur.
Iraſci iocundum eſt.
Amantes cum alloquuntur aut ſcribunt aut quicq̃ aliud faciunt ad eum quem abſentem amãt gaudent:in omnibus nanq; his quaſi ſentire putant eum quem amant cum eius recordentur.
Amoris inditium omnibus eſt ſi non ſolum cum adeſt quem amant letãtur:ſed abſentis etiam memoriam tenẽtes amant:iccirco etiam cũ mæſti ſunt quoniam nõ adeſt & in luctu & in fletu ineſt quædã uoluptas.
Vlciſci iocundum eſt:nam qui iraſcũtur magnopere dolent non ulti:ſperantes autem gaudent.
Vincere iocũdũ eſt:nec cõtẽtioſis ſolũ ſed oĩbus:exceſſus nanq; imaginatio fit:cuius rei oẽs aut moderate aut magis etiã q̃ oporteat cupidi ſũt
Quoniã uincere iocundũ eſt ludos etiam oẽs qui pugnæ aut cõtentionis ſpetiem habent iocũdos eſſe neceſſe eſt:ſæpe nanq; ipſis uictoria ineſt.
Honor atq; gloria iocundiſſimorum eſt.
Nulli cura eſt ut ab his quos quiſpiam nimiũ deſpicit ueluti a pueris aut bæſtiis honor aut gloria conqueratur.
Amicus iocundorũ eſt:nam & amare iocũdũ eſt: nullus enĩ unum amat qui uino non lætatur.
Amari iocundum eſt:imaginatio enim fit bonum ſibi ineſſe.
Admirationi eſſe iocundum eſt:quoniam & honorari.
Aſſentationibus aures præbere iocundum eſt:nam adulator & amare & admirari uidetur.
Varietas & uiciſſitudo iocũda eſt:quod enim uno modo ſemper ſe habet ſacietatẽ generat unde dictũ eſt uiciſſitudinẽ omniũ rerũ iocundã eſſe.
Diſcere ac admirari iocundũ eſt: in admirando enim diſcendi cupiditas ineſt:in diſcendo autem reditus eſt in naturam.
Beneficiũ tam conferre q̃ recipere ex iocũdis eſt:nam qui recipit qđ cupit adipiſcitur:qui autem confert habet habũdatq; his quæ uterq; appetit.
Quoniam bene mereri iocũdum eſt:idcirco ſubuenire propinquis & mãca ſupplere hominibus ſuaue eſt.
Euadere a periculis tanto iocundius eſt:q̃to propius periculo fuimus.
Quoniã oĩa genere cõiuncta ꝑm naturã cõiuncta ſũt iccirco ut plurimũ q̃ ſimilia ſunt ac genere cõiũcta iocũda ſunt:ut hõ homini:æquus æquo: adoleſcẽs adoleſcẽti hinc & prouerbia celebrata ſũt:æqualis æqualẽ delectat qđꝫ ſemp ſimile a ſimili amatur & qđ bællua bælluã cognouit.

Neceſſe eſt omnes:licet alios plus alios minus:ſe ipſos amare.
Sua unicuiq; iocunda eſſe neceſſe eſt:ut opera orationes liberi.
Quoniam principari iocundum eſt:ideo ſapientem eſſe iocundum uide/
tur:nam ſapere principantis eſt.
Diffi. Sapientia eſt multarum ac mirabilium rerum ſcientia.
Quoniam ut plurimum homines ambitioſi ſunt: iccirco increpare alios
iocundum eſt.
In quocūq; unus quiſq; ſibi optimus eſſe uidetur:in eo uerſari iocūdū eſt.

Capitulo.xii. Quomodo ſe habentes & quibus iniuriantur.

Homines quæ uſitatiſſimæ ininriæ ſunt ab eis cauent:ueluti etiam a mor
bis qui ſolent inuadere: quo autem nondum aliquis laborauit ab eo
nemo cauet.
Dupliciter ſunt aliqui egentes:aut enim'neceſſariis ut inopes:aut ſuperua
caneis ut diuites.
Iaſo theſalus dixit opus eſſe in quibuſdam iniuriari:ut iure quoq; multa
facere poſſis.
Homines ea facilius committunt quæ multi factitāt:ueniam enim in his
ſe conſequuturos putant:ſimiliter ea quæ celari commodius poſſunt.

Capi.xiii. De iniuria iureq; factis.

Eſt quiddam natura iuſtum & iniuſtum quod omnes uaticinantur etiam
ſi nulla inter ſe ſocietas aut pactio ſit:quale antigone apud ſophoclem
dicere uidetur:cum iuſtum eſſe aſſerat ſepulturæ polynicē tradere: non
enim nūc aut nudius tertius uerū ſemper id uiget:nemoq; ſcit ex quo
ita conſtitutum eſt.
Diffi. Iniuriam pati eſt cum a uolentibus iniuſta inferuntur.
Diffi. Aequum & bonum eſt quod præter legem ſcriptam iuſtum eſt.
Dicuntur aduerſa fieri fortuna quæcunq; cum præter opinionē fiant:non
fiunt ex prauitate.
Errore dicuntur fieri quæcunq; nec præter opinionē nec ex prauitate fiūt.
Aequum eſt rebus humanis ad ignoſcendum commoueri:& non legem
ſed legis ſcriptorem:& non uerba:ſed ſententiam ſpectare:nec factum
ſed uoluntatem:nec partem ſed totum:nec quis nunc ſed quis ſemper
aut fere ſemper fuerit conſiderare:& meminiſſe bonorum magis quæ
in ſe collata ſunt quam malorum:& eorum bonorum magis quæ reci/
pit quam quæ facit:& non iniquo animo iniuriam ferre:& oratione di
ſceptare potius uelle quam re:& in arbitrum magis quam in forum uel
le deſcendere:nam arbiter ad æquum & bonum:iudex ad legem ſpe/
ctat.

Capitulo.xiiii. De maiore ac minore iniuria.

Iniuria maiorem quæ a maiore proficiſcitur iniquitate:quo circa & quæ
minima ſunt crimina maxima iuterdum uidentur: interdum etiam ex

magnitudine damni iniuria extimatur:ut illa cui nullum potest supli/
cium exæquari:sed omnis pœna minor inuenitur:& cui remedium af/
ferri non potest.

Diffi. Accerba atq; inaudita iniuria est: in qua non potest qui passus est pœnam sumere:cum res nullum remedium patiatur:nam ultio & pœ/na remedium est.

Si qui perpessus est turpitudinem ferre non potest: maiore supplitio' qui fecit dignus est.

Maior iniuria est si solus aut primus fecit:aut si pauci eo crimine conta/minati sunt.

Maius peccatum quod bælluarum magis est:& quod ex præmeditatione magis fit:& quod qui audiunt magis timent quam misereantur.

Amplificat iniuria qui multa iusta euertit aut contempsit.ut iusiurandū: datam dexteram:hospitium:fidem:affinitates:multorum nanq; crimi/num exaggeratio fit.

Vbiq; peccabunt qui apud iudices pēccant.

Summa iniuria est si quis eum ledit qui de se bene meritis est:plura nāq; peccat:& q̄ non benefacit & q̄ male.

Is uituperandus est qui iustitiam secundum leges scriptas solūmodo ser/uat:melior enim qui non coactus iustus est:scripta uero coacti seruant: sed non coacti minime.

Qui ea committit quæ leges prohibēt:& de quibus supplicia sunt:is mul to magis ea commitet de quibus nullum supplicium est.

Capitulo.xv. De inartificiali fide.

In artificialem fidem quæ propria est iudicialium causarum quinq; nume ro faciunt scilicet leges testes:pacta:questiones:iusiurandum.

Iudex quasi argenti & auri cognitor est:ut uere iustum ab adulterato di/scernat.

In morbis non confert aduersus medicum cauillari.

Non tantum medici error efficit:quantum si ob audire principibus assue scimus.

Probatæ leges id maxime uetant:ut ne quis se legibus prudentiorem ue/lit ostendere.

Prouerbio fertur nunq̄ beneficium in sene collocandū.

Fatuus est qui cæso patre liberis pepercit.

Testes cū corrumpi non possunt fide digniſſimi sunt.

Testibus nunq̄ opus esset:si ratione res satis cognosci posset.

Diffi. Pactum est lex quædam de particulari.

Leges non approbantur a pactis:pacta uero cum legittima sint: a legibus comprobantur.

Diffi. Lex pactum quoddam est:quare qui non credit euertitq; pactum:le

ges euertit.
Quæ uoluntaria ſunt pactis ut plurimum facimus: quare ſi quis pacta infirmat: is uſum hominum inter ſe penitus euertit.
Homines cum ab eis pecunia petitur facile peierant.
Melius eſt aliqua de cauſa prauum eſſe q̄ de nulla.
Diffi. Peierare eſt mente ſed non ore falſum iurando dicere.
Incipiunt propoſitiones ex ſecundo libro rhetoricæ ariſtotelis ſecūdum interpretationem georgi trapezuntii.
Ex primo capitulo. Quod auditores efficiendi ſunt.
Vdicii cauſa rhetorica eſt.
Non eadem iudicibus uidentur: cum diligunt & cum oderunt nec iratis & quietis: ſed uel omnia aduerſa uel magnitudine diuerſa ſunt.
Reus nullam aut paruam iniuriam feciſſe: iudici amanti uidetur: contra uero ei qui oderit.
Tria ſunt quæ præter demonſtrationem fidem faciunt: prudētia uirtus beniuolentia aut enim propter ſtultitiā non recte opinantur: aut recte ſentientes propter improbitatem non dicunt ut ſentiunt: aut q̄uis recte ſentiant uirtuoſiq; ſint. tamen cum beniuoli non ſint. facile credūtur ſponte non optime conſulere.
Diffi Affectus ſunt quibus homines commoti differenter iudicāt.
Capitulo. ii. De ira.
Ira eſt apparentis ultionis appetitus cum dolore: propter apparentem immerito in ſe uel in ſuos contemptum.
Neceſſe eſt ad omnē iram uoluptatē quandā ſequi propter ſpem ultionis
Iocundum eſt ſi quis putat ſe conſequnturum quæ expetit.
Nemo quæ ſibi impoſſibilia utuntur expetit.
Contemptus eſt actus opinionis in id quod nihili dignum exiſtimatur.
Tres contemptus partes ſunt: deſpectus: detractio: contumelia.
Quæ nihili ducimus hæc deſpicimus.
Diffi. Detractio eſt cum alicuius uoluntati quiſpiā impedimento eſt: non ut ſibi quicq̄ eueniat ſed ne illi.
Diffi. Cōtumelia eſt dāno atq; dolore in his afficere in qbus turpe patiēti ē: nō ut ad aliud qddā ſibi fiat q̄ qd factū ē: ſed ut uoluptate afficiatur.
Qui par pari reddūt non contumeliantur ſed ulciſcuntur.
Eſt uoluptatis contumeliantibus cauſa: q; arbitrentur malefaciēdo eis magis excellere.
Egrotantes: pauperes: amantes: ſitientes: ac uniuerſaliter cupientes: & nō aſſequentes iracundi ſunt: ac facile incenduntur: & maxime aduerſus eos qui propter preſentem fortunam ſe contemnunt.
Delectat ſi preter opinionem factum ſit quod optatur.

Deridentibus & ſubſannantibus atq; conuitiantibus: ac uilipendentibus ea qbus maxime ſtudent: iraſcuntur homines: ut q philoſophia gloriãtur: philoſophiam: & qui forma formam contemnentibus.

Iraſcuntur homines amicis magis q̃ inimicis putãt: enim ſibi magis oportere ab illis bene fieri q̃ nõ: & aſſuetis honorare: ſi ſimiliter erga ſi ipſos non habeant: paruipendi enim ab his arbitrantur.

Par eſt ne a minoribus maiores contemnantur.

Contemptus ſignum eſt non animaduertere.

Iraſcuntur homines his qui in aduerſa fortuna geſtiũt: nã uel inimititiarũ uel contemptus id ſignum eſt.

Iraſcuntur homines his qui cum in cæteros liberales ſint erga ſe nõ ſunt: contemni enim utuntur: cum ſoli indigni iudicati ſint.

Capitulo. iii. De manſuetudine.

Diffi. Manſuetudo eſt depreſſio iræ atq; ſedatio.

Manſueti ſunt homines his quos pœnitet & qui fatentur: nam' quaſ pœnas ſumpſerint q̃ dolent factum: ceſſant ab ira.

Negantes ſeruos atq; cõtradicentes multo magis punimus: cũ uero ſe iure puniri fatentur: ceſſamus ab ira: cuius cauſa eſt: quoniam manifeſta negare irreuerentia eſt: irreuerentia uero contemptio eſt atq; deſpetus.

Diffi. Manſueti his qui humiliter ſe gerunt ſumus.

Quod humilitate ira ſedatur canes etiã oſtendũt: qui ſedẽtes nõ mordẽt.

Impoſſibile eſt ſimul timere atq; iraſci.

Nullus iratus cõtẽnit: eſt.n. cõtẽptus abſq; dolore: ira uero nõ ſine dolore

Mites ſunt homines in ludo: in ioco: in die feſto: in fœlicitate: in ſucceſſu: in conſumatione ac uniuerſaliter in nõ dolendo: & in laudabili uoluptate: ac ſpe bona.

Sedat iram tempus.

Sedat maiorem hominis iram ſumptum ab illo prius ſupplitium manſueſcnnt enim cum iram in alium effuderint.

Sedatur ira ſi maiora incommoda paſſi ſunt qui deliquerunt: q̃ irati eos affeciſſent: quaſi enim ſupplicium ſumpſiſſe arbitrantur.

Non ex iure facto aut dicto ira proficiſcitur.

Minus moleſte ferunt homines cum puniuntur: ſi ignoraturos alios putant q̃ propter ſe ipſos: & pro quibus paſſi ſunt.

Cæteris qui nõ ſentiũt nõ iraſcuntur homines: nec defũctis quaſi in extrema paſſi nec dolituri nec cogniturí ſint: quod irati cupiunt: q̃obrẽ probe pœta cum achillis iram ſedare uellet q̃ in hectorem iam mortuũ gerebat dixit: ſurdam enim terram iratus uexas.

Diffi. Amare eſt uelle alicui quæ bona putet: illius nõ ſui gratia eorumq; actiuum eſſe intẽtum poteſt.

Capitulo. iiii. De amicitia & amore & eorum contrariis.

Diffi. Amicus est qui amat & redamatur.
Qui in bonis congratulatur & in dolore condolet non alia de causa nisi amati amicum esse necesse est.
Quibus eadem bona ac mala sunt:& qui eisdem amici:& eisdem inimici sunt:amici sunt:nam his eadem uelle necesse est.
